


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


ANDOVER-HARVARD LIBRARY
AH 5MFL 4

S.364
Schröder

יהוה



~~19. B. 15~~
17. 22

# INSTITUTIONES
AD
# FUNDAMENTA
# LINGUAE HEBRAEAE.

IN USUM
STUDIOSAE JUVENTUTIS
EDIDIT

NICOL. GUIL. SCHROEDER
LINGUAR. ORIENTAL. ET ANT. HEBR.
IN ACAD. GRONINGANA PROF. ORD.

EDITIO TERTIA.

GRONINGAE,
APUD JOANN. HENRIC. BOLT,
BIBLIOPOLAM.
MDCCCX.



# PRAEFATIO.

*Quemadmodum aliae quaecunque artes atque disciplinae, ita et grammatica Linguae Hebraeae, longa cultura paulatim expolita est, et a rudioribus initiis ad jucundum quendam nitorem perducta. Non quidem eam neglexerunt, per plura abhinc saecula, Judaeorum doctores, valde tamen imperfectam, et maximis defectibus laborantem, tradiderunt. Felicius, post renatas literas, in ea excolenda versati sunt nostrates eruditi, praesertim recentiores, et, quo propius quique ab his nostris temporibus abfuerunt, eo fere accuratius et emendatius eam exposuerunt.*

*Hos inter insignibus meritis et laudibus eminere celeberrimum A. SCHULTENSIUM, cui universa literatura Orientalis immensum quantum debet, latere neminem potest. Cum enim ad pernoscendam veram indolem Sermonis*

* He-

*Hebraei, olim quidem opulenti, nunc autem in tenuibus tantum reliquiis, quas unus sacer Codex continet, conservati, maximam utilitatem adferant veteres Dialecti, intima cognatione cum eo conjunctae; Vir ille summus opportuno hoc subsidio, quo alii vel destituti, vel non satis instructi, fuerant, in suis, quas edidit,* Institutionibus *tam felici usus est successu, ut rem grammaticam nova luce perfuderit, et a naevis non paucis, qui eam adhuc deformabant, liberaverit. Ac praesertim quidem omnem curam et industriam in id intendit, ut praeclarum illud, sed multis adhuc anomaliis obscuratum, analogiae decus, sine quo nullius Linguae intermortuae principia satis evidentia atque certa esse possunt, Grammaticae Hebraeae tandem restitueret et vindicaret.*

*Etsi vero tanta laus et praestantia est Operis hujus Schultensiani, diffiteri tamen haud possum, id mihi non adeo exercitiis academicis, quibus juvenes tirocinio imbuendi sunt, quam quidem adjuvandis et promovendis eruditiorum studiis, accommodatum videri. Nam non tantum plurima continet, quae profundioris sint disquisitionis, et ab ingeniis usu nondum exercitatis difficulter percipiantur; sed etiam amplior atque diffusior est commentarius, quam ut in statis, et praefinito quotannis tempore absolvendis, praelectionibus commode satis emetiri queat.*

*Hoc*

*Hoc incommodo cum, inter docendum, non obscure intellexerim retardari discentium progressus, animum tandem induxi, edita quadam hujus disciplinae epitoma, viam, quam Vir ille clarissimus aperuit et emunivit, auditoribus meis aliquanto reddere planiorem et faciliorem.*

*Quod ipsum cum hoc opusculo praestare conatus fuerim, hanc mihi praecipuam legem praescripsi, ut simul praecepta grammatica ad justam, quoad possem, analogiae normam exigerem, et quaecunque a Schultensio, vel aliis eruditis, hanc in rem egregie observata sunt, in usus meos converterem, simul brevitatis studio tantum concederem, quantum perspicuitatis habenda ratio permitteret.*

*Praeceptorum causas, quando in promtu erant, neque nimis longam, aut difficilem, demonstrationem requirebant, adjicere haud neglexi, quod non tantum memoriae sublevandae, et judicio acuendo, inserviant, sed ipsam quoque Linguae indolem penitius praebeant introspiciendam.*

*Ordinem regularum non eundem tenui, quem Cl. Schultensius, sed, prout fini, quem mihi proposui, maxime conveniret, immutavi. Quasdam enim regulas, tironibus minus necessarias, omisi; nonnullas loco magis opportuno, ubi, ope praecedentium, facilius intelligerentur, exhibui, aliquas longiores, et praeceptorum numero molestas, in plures breviores dis-*

 per-

*pertivi; paucas denique novas adjeci, quae difficiliora quaedam paulo plenius declararent, aut subsequentibus, quasi fundamenti loco, praestruerentur.*

*Sed in ordinandis quoque majoribus Sectionibus opus esse mutatione quadam, existimavi. Ita formas illas rariores, vulgo dictas anomalias, quae ex Dialecto Chaldaica, aut Syriaca, repeti solent, suis locis inserere, et per totum opus distribuere, quam ad finem rejicere, et una in Sectione conjunctim exhibere, malui, ut ita cum legibus frequentiore usu receptis facilius comparari possent, et, quam parum inde discedant, clarius appareret.*

*Potissimum autem doctrinae* Nominum *alius locus assignandus fuit. Eam cum antiquiores plerique Grammatici* Verborum *pertractationi praemiserint, Schultensius, quod, ob certas, illi tempori peculiares, rationes, numeris regularum Cl. ALTINGII se alligasset, nihil quidem potuit mutare, parum tamen hanc methodum sibi placere, cum alibi, tum in ipsa praefatione, Institutionibus praemissa, non obscure significavit. Enimvero praeposterum hunc ordinem esse, indubio argumento est, quod, ex perpetua Linguae Hebraeae lege, Nomina a Verbis deriventur, atque ideo, nisi horum indoles prius perspecta fuerit, illorum formae, flexiones, variarumque mutationum, quas subeunt, rationes, satis accu-*

ra-

*rate doceri, et intelligi, non possint. Multo itaque rectius Judaeorum Grammatici, quos inter DAVIDEM KIMCHIUM nominasse suffec rit, ut artem ab Arabibus acceperunt, ita et in eo suos duces sequuti sunt, ut prius de Verbis, quam de Nominibus, agerent: neque ab hac via nostrates deflexissent, nisi morem in tradendis Linguis Occidentalibus usitatum ad Hebraeam, non optimo consilio, traduxissent.*

*In appendice, quam subnexui, non id meum fuit institutum, ut Syntaxeos Hebraeae late patentem ambitum complecterer; quod uti non diffiteor opus mihi valde arduum videri, ita et plus otii, atque ampliora spatia, quam quae mihi concessa fuerunt, requirit. Sed, motus laudabili exemplo, quod in* Grammatica Arabica *Cl. ERPENIUS praebuit, nonnisi praecipua quaedam eorum, quae Hebraeorum construendi ratio sibi propria et peculiaria habet, selectis regulis exponere constitui. Quo enim longius Hebraea syntaxis ab Occidentalium Linguarum indole deflectit, eo magis necessarium duxi, studiosos juvenes nonnullis praeceptis adjuvari.*

*Analogiae, etiam in hac Grammaticae parte, servandae, quantam potui, curam habui, Dialectis, praesertim Arabica, cujus vivus usus plurimum lucis adfert, saepe in subsidium vocatis. Adjutum quoque me profiteor ob-*

*observationibus Virorum doctorum, qui specialia quaedam capita sibi exponenda sumserunt; quale est illud de Temporum et Modorum in Verbis usu, in quo ad certas leges adstringendo clarissimi KOOLHAAS industria haud ita pridem enituit. Vereor tamen, ne, in materia difficili, et nondum satis pro dignitate exculta, non omnem errorem evitaverim. Sperandum est, fore, ut quaecunque syntaxeos Hebraeae partes adhuc obscuritate premantur, consociata plurium eruditorum opera aliquando uberius illustrentur, omnique eo lumine, quod recipere possunt, perfundantur. Scripsi Groningae, d. XX. Martii,* MDCCLXVI.



# INSTITUTIONES
## AD
## FUNDAMENTA
# LINGUAE HEBRAEAE.



## SECTIO I.
### DE LITERIS.

I. Prima Linguae Hebraeae elementa sunt *Literae* & *Puncta*. *Literae* omnes sunt consonantes, numero XXII. vel, si malis, XXIII. Earum *Nomen*, *Figuram*, & *Potestatem*, haec tabella exhibet: *Tabella literarum.*

| *Nomen.* | *Figura.* | *Potestas.* |
|---|---|---|
| Aleph | א | (᾿) Spiritus lenis Graecorum. |
| Beth | ב | β *b.* |
| Gimel | ג | γ *g.* |
| Daleth | ד | δ *d.* |

A He

*Sect.* I. *de literis.* *Reg.* I.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| He | ה | (ʽ) | *h.* | Spiritus asper Graecorum. |
| Vav | ו | | *v.* | Pronuntiandum ut nostrum *w.* |
| Zain | ז | ζ | *z.* *ds.* | |
| Chet | ח | | *ch*, | ex gutture efferendum. |
| Tet | ט | τ | *t*, | durius. |
| Jod | י | | *j.* | |
| Caph | ך כ | κ | | lenius, *c.* |
| Lamed | ל | λ | *l.* | |
| Mem | ם מ | μ | *m.* | |
| Nun | ן נ | ν | *n.* | |
| Samech | ס | σ | *ſ*, | lenius. |
| Ain | ע | | *hg.* | |
| Pe | ף פ | π | *p.* | |
| Tſade | ץ צ | | *tſ.* | |
| Koph | ק | κ | | durius. |
| Reſch | ר | ϱ | *r.* | |
| Schin | שׁ | σχ | *ſch.* | |
| Sin | שׂ | σ | *ſ*, | durius. |
| Tav | ת | ϑ, | | vel τ mollius. |

Quinque literae, *Caph*, *Mem*, *Nun*, *Pe*, & *Tſade*, duplicem figuram habent; priorem, כ, מ, נ, פ, & צ, in principio & medio vocum, poſteriorem, ך, ם, ן, ף, & ץ, in fine.

Quinque literae interdum nonnihil dilatantur, hoc modo: *Aleph*, ﬡ; *He*, ﬣ; *Lamed*, ﬥ; *Mem* finale, ﬦ; & *Tav*, ﬨ. Id fit, ut linea impleatur, ubi opus eſt.

II. Ad-

II. Addenda nonnulla sunt de literarum quarundam pronuntiatione. *Sect. I. de literis. Reg. II. Pronuntiatio quarundam literarum.*

1. *Aleph*, א, non confundenda cum nostra *vocali* A, est *consonans*, quae vocalem antecedere & sequi potest: scilicet est spiritus lenis, qualem ore efflamus, quoties in Latino vel Graeco sermone vocalem ab initio syllabae pronuntiamus. Graeci per *Spiritum*, quem vocant, *lenem*, in initio vocum, exprimunt.

2. Sex literae, *Beth*, *Gimel*, *Daleth*, *Caph*, *Pe*, & *Tav*, si nullum sibi inscriptum habeant punctum, quod *Dagesch* vocatur, ex plurimorum Grammaticorum sententia cum quadam *adspiratione* pronuntiantur, ut sonent *Bheth*, *Ghimel*, *Dhaleth*, *Chaph*, *Phe*, & *Thav*; atque tum *adspiratae* vocantur. Sed si punctum illud inscriptum habeant, carent adspiratione.

3. *Jod*, י, cum sit *consonans*, non confundenda est cum *vocali i*, & *iota* Graecorum.

4. *Ain*, ע, litera est soni difficillimi, & in occidentalibus linguis ignoti. Per *hg* utcunque expressi. Est spiritus asperrimus, & ex imo gutture proferendus; ut fere sit soni mixti ex *Chet* & *Gimel*;

Sect. I. de literis. Reg. II. III. IV. quem vero cum imitari non possint nostrates, vulgo per *ng* exprimunt, prout sonat *n* in Gallicis *mon*, *ton*, & sim.

5. *Schin*, שׁ, & *Sin*, שׂ, unam proprie literam constituunt, sed, pro diverso situ puncti superscripti, diversis modis efferendam.

*Divisio literarum.* III. Dividuntur literae, secundum *organa loquelae*, quorum in iis proferendis praecipuus usus est, in quinque classes; ut sint *Gutturales* אהחע, *Labiales* בומף, *Palatinae* גיכק, *Linguales* דטלנת, *Dentales* זסצרש.

Datur etiam alia divisio in *Radicales* & *Serviles*. *Radicales* dicuntur, quae *Radicem*, seu *formam primitivam*, constituunt; *Serviles*, quae ad Radicales accedunt in derivatione, conjugatione, declinatione, & compositione. Omnes quidem Serviles possunt esse Radicales; sed non omnes Radicales possunt esse Serviles. Hae undecim, גדזחטסעפצקר, semper sunt Radicales, nisi quod ד & ט, in certo casu, pro ת Servili, substituantur. Reliquae undecim, אבהויכלמנשת, modo sunt Radicales; modo Serviles.

*Motus & quies literarum.* IV. Quando litera ita pronuntiatur, ut ipso sono percipiatur motus ejus organi, ad quod illa pertinet, tum dicitur

*moveri*. Cum itaque omnes literae ſint meri motus organorum, omnes natura ſua ſunt *mobiles*. *Sect. II. de punctis. Reg. IV. V. VI.*

Quaedam tamen, ſcilicet אהוי, vulgo *Ehevi* dictae, motum ſuum ſaepe amittunt, ita ut ſonus illis proprius ſupprimatur, & plane non percipiatur; atque tum *quieſcere*, vel *otiari*, dicuntur.

## SECTIO II.

## DE PUNCTIS.

V. Ad *Puncta* referuntur *primo*, Vocales: *ſecundo*, ſchevata; *tertio*, notae quaedam diacriticae conſonantium; *quarto*, Accentus. *Puncta.*

VI. *Vocales* ſunt decem, quinque longae, & totidem breves. Earum nomen, figuram, ſitum ad conſonantem, & poteſtatem, haec tabella exhibet: *Tabella vocalium.*

Longae ſunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Kamets* | אָ | valet | *a longum*. |
| *Tſeri* | אֵ | —— | *e longum*. |
| *Chirek magnum* | אִי | —— | *i longum*. |
| *Cholem* | אֹ vel אוֹ | —— | *o longum*. |
| *Schurek* | אוּ | —— | *u longum*. |

Sect. II. de punctis. Reg. VI.

Breves sunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Patach* | אַ | valet | *a breve.* |
| *Segol* | אֶ | —— | *e breve.* |
| *Chirek parvum* | אִ | —— | *i breve.* |
| *Kamets Chatuph* | אָ | —— | *o breve.* |
| *Kibbuts* | אֻ | —— | *u breve.* |

Admodum probabile est, veteres Hebraeos non quidem vocalium notis prorsus caruisse, pauciores tamen habuisse, easque omnes ancipites. Sed Masorethæ plures invenerunt, atque discrimen inter vocales longas & breves constituerunt, ut genuinam pronuntiandi rationem conservarent, & ad posteros propagarent.

Attamen *Chirek*, si rem recte reputemus, anceps mansit vocalis. Nam *magnum* a *parvo* non tantum nomine & figura non differt, sed etiam, quod vulgo *parvum* vel *breve* dicitur, passim valet vocalem longam; ut שָׁלִשִׁם *tribuni*, *Exod.* 14: 7. pro quo scriptum שָׁלִישִׁים *Ezech.* 23: 15. Ut itaque Cholem sine Vav, ita Chirek sine Jod, longa esse vocalis potest, & est quam saepissime.

Aliud pristini moris vestigium in eo remansit, quod *a* longum, & *o* breve, ambo gerant nomen *Kamets*, & unam eandemque habeant figuram. Nam *a* longum sono obscuriore, quo ab *o* parum differt, olim pronuntiarunt. Veruntamen qua nota illae vocales a se invicem dignoscendae sint, inferius docebitur.

VII.

VII. *Schevata* dicuntur illa puncta, quae literis nullam vocalem habentibus supponuntur. Sunt quinque; quorum nomen & figura sic se habent: *Sect. II. de punctis. Reg. VII. VIII. Schevata*

| | | |
|---|---|---|
| *Scheva simplex* | חְ | |
| *Chateph Patach* | חֲ | *Schevata composita* |
| *Chateph Segol* | חֱ | *Schevata composita* |
| *Chateph Kamets* | חֳ | *Schevata composita* |
| *Patach furtivum* | חַ | |

Postrema quatuor, quia, in locis deinceps indicandis, pro schevate simplici substituuntur, *vicaria schevatis* appellantur.

VIII. Scheva simplex nullum sonum vocalem habet, sed solam vocalis absentiam indicat. *De sono Schevatum.*

Schevata cum vocalibus brevibus, Patach, Segol, & Kamets Chatuph, composita, harum quidem vocalium sonum imitantur, valentque *a*, *e*, & *o*, brevissimum; non tamen sunt vocales, quatenus vocalibus Hebraei certam aliquam moram tribuerunt, qua schevata composita prorsus carent.

Patach furtivum, ut figura cum vocali Patach convenit, ita & sonum *a*

Sect. II. de punct. Reg. VIII. IX.

exprimit, sed brevissimum, nihilque morae habentem, qui raptim, & quasi furtim, ante quasdam literas, vocali destitutas, pronuntiatur.

De usu Schevatum.

IX. Omnis litera mobilis, posita in initio aut medio vocis, neque habens propriam sibi vocalem, accipit scheva, vel simplex, vel compositum; ut יִשְׁאֲלוּ; פִּקְדֹתָם. Paucae quaedam literae pro schevate, in medio vocis, Patach furtivum assumunt; ut יַחֲד, pro יַחְד; שָׁמַעַתְּ, pro שָׁמַעְתְּ.

Ad literas אוי, in medio vocis vocali carentes, non comparens scheva indicat, eas non moveri, sed quiescere; ut הוֹלִיד, קָרָאתָ.

Ad ultiman vocis literam, tam mobilem, quam quiescentem, scheva omittitur; ut פְּרִי, דְּבָרוֹ, גְּלֵה, קָרָא, פָּקַד.

Scribitur tamen, in fine vocis, non tantum schevatis vicarium, Patach furtivum; ut שְׁמַע, רוּחַ; sed & ipsum scheva, ad literam Caph; ut דֶּרֶךְ, בָּךְ; nec non alio schevate, ejusve vicario, Patach furtivo, proxime praecedente; ut שָׁמַעַתְּ, אָמַרְתְּ, pro שָׁמַעְתְּ. Sed ad Nun finale scheva nunquam scribitur; ut שְׁמַעַן, pro שְׁמַעְןְ.

X. No-

X. *Notae diacriticae consonantium* sunt tres; Punctum literae ש; Dagesch; & Mappik. *Sect. II. de punctis. Reg. X. XI. XII. XIII. XIV.*

XI. *Punctum literae* ש, pro diverso suo situ, modo *Schin*, שׁ, modo *Sin*, שׂ, designare, supra jam indicatum est *Reg.* II. Nunc adhuc addendum, cum hoc puncto, ad scribendi compendium, coalescere punctum vocalis Cholem; & quidem cum puncto literae Schin, si Cholem proxime praecedat; ut מֹשֶׁל, pro מֹשֶׁל; cum puncto autem literae Sin, si Cholem proxime sequatur; ut בְּשֹׂרָה, pro בְּשֹׂרָה. Ita unum punctum geminam habet virtutem; alteram, qua vel Schin, vel Sin, alteram, qua vocalem Cholem, designat. *Notae diacriticae consonantium. Punctum literae* ש.

XII. *Dagesch* est Punctum mediae literae inscriptum; estque geminum, lene, & forte. *Dagesch*

XIII. *Dagesch lene* solis inscribitur literis בגדכפת, quando pronuntiandae sunt sine adspiratione; ut בָּבֶל *Babhel*, non *Bhabhel*; יִכְּנֹד *jibhgodh*, non *jibhghodh* *Dagesch lene.*

XIV. *Dagesch forte* figura quidem & situ a Dagesch leni non differt, sed ha- *Dagesch forte.*

Sect. II. de punctis. Reg. XIV. XV. XVI. XVII.

bet plane aliud officium. Indicat enim, literam, cui inscribitur, duplicatam esse: quae duplicatio cum cadere possit in omnes literas, omnes, nulla excepta, Dagesch forte recipere possunt. Sic מִנִּי sonat *minni*; יִקֹּד *jikkodh*.

Literis בגדכפת inscriptum Dagesch forte, simul eas duplicat, simul privat adspiratione; ut לִבּוֹ sonat *libbo*, non *libhbho*, neque *libhbo*.

Quomodo Dagesch lene & forte a se invicem discernenda sint, intelligetur ex iis, quae inferius, ubi de Syllaba, dicentur.

Mappik. XV. *Mappik* est Punctum mediae literae He inscriptum, quando ea, ad finem vocis posita, & vocali destituta, non quiescit, sed movetur; ut דִּבְרָהּ, נֹגַהּ. Sic illa ab He quiescente, quae multum diversae indolis est, discernitur.

Accentus. XVI. Ad Puncta referuntur denique *Accentus*, qui dividuntur in Tonicos, & Euphonicum.

Accentus Tonici. XVII. *Accentuum Tonicorum* geminum officium est; alterum, ut tonum figant, sive, ut indicent, quaenam cujusque vocis syllaba elatiore tono pronuntiari debeat; alterum, quod Hebraeis plane singulare est, ut verborum interpunctioni inserviant, partim sermonem in mem-

membra majora & minora dividendo, partim nexum, magis minusve propinquum, quem unius membri verba inter se habent, indicando; qnod posterius officium pluribus exponere, non est praesentis loci & instituti. *Sect. II. de punctis. Reg. XVII. XVIII. XIX.*

Enumerari solent accentus tonici XXXV. diversa habentes nomina, figuras, & situs. Eorum tabellam *Buxtorfius*, *Altingius*, *Schultensius*, aliique Grammatici, exhibuerunt. Sed hujus minutae supellectilis recensione nolo tirones fatigare. Nota accentus tonici nobis erit lineola perpendicularis, infra vocem posita, qualis dicitur accentus *Silluk*; ut אָמַֽר.

XVIII. Unaquaeque vox habet unum accentum tonicum. Tonum Hebraei figunt vel in ultima vocis syllaba, vel in penultima; ut omnes voces vel *acutae* sint vel *penacutae*. Plerumque tonum ponunt in syllaba ultima; in penultima minus frequenter, nec nisi speciali ratione ita postulante. *Situs accentus tonici.*

XIX. Saepe fit, ut voces duae, rarius tres, ad summum quatuor, praesertim breviores, & monosyllabae, ipsoque sensu arctius cohaerentes, in pronuntiatione inter se connectantur, & quasi unam in vocem coalescant, ita ut sola ultima tonum habeat, priores autem accentu tonico priventur. Signum hu- *Lineola Makkaph.*

Sect. II. de punctis. Reg. XIX. XX.

hujus arctioris conjunctionis est *Lineola*, quae dicitur *Makkaph;* ut אֶל־מָקוֹם *ad locum;* כָּל־הָאָרֶץ *tota terra;* כִּי־שְׁאַל־נָא *nam interroga nunc;* אֶת־כָּל־אֲשֶׁר־בָּם *omne quod in ipsis.*

Accentus euphonicus.

XX. *Accentus euphonicus* est, qui, praeter tonicum, in certis tantum casibus adhibetur, tanquam rite instituendae pronuntiationis subsidium. Lineola est perpendicularis, infra literas ponenda. Usus ejus varii quidem sunt; praecipue tamen observandi hi duo:

*Prior*, ut vocali, cui apponitur, aliquam addat longiorem moram, atque moneat, eam non breviter & raptim pronuntiandam esse; ut יַֽעַזְבוּ *relinquent;* וְֽלָקַחְתָּ *et accipies;* לֵֽאלֹהִים *Deo.*

*Posterior*, ut moneat, vocalem, cui apponitur, cum sequente consona, scheva habente, non esse unam in syllabam connectendam; ut פָּֽקְדוּ *pa-kdu*, non *pak-du;* וַֽיְהִי *va-jhi*, non *vaj-hi.*

Utroque hoc usu quia accentus euphonicus, ad instar *freni* cujusdam, inhibet quasi cursum pronuntiationis, a Judaeorum Grammaticis *Methegh* (מֶתֶג, *frenum*,) vocari solet.

SEC-

## SECTIO III.

Sect. III. de Syllaba Reg. XXI. XXII.

## DE SYLLABA.

XXI. Ex conjunctione literarum & vocalium *Syllabae* nascuntur. Ea conjunctio, quemadmodum & illa syllabarum atque vocum, ita fit, ut in scribendo & legendo a dextra ad sinistram procedatur. *Syllaba.*

XXII. 1. Omnes Hebraeorum syllabae incipiunt litera consonante; ut פָּקַד. *Syllabae constitutio.* Quando, aliis in Linguis, vocales incipiunt, vel etiam absolvunt, syllabam, Hebraei literam א, valentem idem quod spiritus lenis Graecorum, ut supra jam dictum est, *Reg.* II. praemittunt; ut אָמְנוֹן, Ἀμνών, אֵלִי Ἠλί.

2. Vocalem praecedit, in eadem syllaba, vel una litera consonans; ut פָּקַד; vel, ad summum, duae; ut פְּקוֹד. Trium vero consonantium concursus ante unam vocalem non permittitur, sed, secundum leges deinceps proferendas, evitatur. Sic pro לְפְּקוֹד dicitur לִפְקוֹד.

3. Unam in syllabam Hebraei unam tantum vocalem admittunt; adeoque nullas habent diphthongos.

In

Sect. III. de syllaba. Reg. XXII.

In una voce יְרוּשָׁלַםִ *Hierosolyma* duae vocales, Patach & Chirek, uni Lamed subjiciuntur. Sed per compendium ita scripserunt Librarii pro יְרוּשָׁלַיִם, ut plene scribitur *Jer.* 26: 18. & alibi.

4. Quando syllaba in vocali desinit, *pura* dicitur; sed quando post vocalem adhuc accedit consonans mobilis, syllaba vocatur *mixta*. Sic in פָּקַד prior syllaba est pura, posterior mixta. Litera quiescens si vocalem sola sequatur; quia non pronuntiatur, syllaba manet pura. Sic in בְּרֵאשִׁית posterior quidem syllaba mixta, sed prior pura est.

5. In medio vocis una tantum litera mobilis in syllabam praecedentis vocalis recipitur. Quare, si concurrant ibi duae vocali carentes, prior ad syllabam vocalis praecedentis, posterior ad syllabam vocalis sequentis, referri debet; ut נִפְקְדוּ non legendum est *niphk-du*, sed *niph-kdu*.

6. In fine vocis, etsi plerumque una tantum consonans vocalem sequitur; ut פָּקַד; interdum tamen duae adsunt, sed nunquam plures; ut שָׁמַרְתְּ, קֹשְׁטְ.

De motu & quiete literarum אהוי.

XXIII. 1. Quatuor literae quieti obnoxiae, אהוי, semper moventur, quando

do vocalem, cujus ad syllabam pertinent, praecedunt; ut אָמַר, הָלַךְ, יָלַד. *Sect. III. de syllaba. Reg. XXIII.*

Peculiare quid habet unum Vav, puncto Schurek notatum, quod, initio vocis, ob solam euphoniam, in quietem cadit. Sic pro וְמִי *omi* dixerunt & scripserunt וּמִי, quod legendum *umi*; quasi scriptum esset אוּמִי. Simili ratione Syri literam Jod mittunt in quietem, pro יְתֵב *jtbebb* scribentes יְתֵב, quod pronuntiant *itbebb*, quasi scriptum esset אִיתֵב.

2. Eaedem literae, אהוי, quando vocalem, cujus ad syllabam pertinent, sequuntur, saepe servant suum motum; ut יֶאְסֹר, נֶהְפַּךְ, שָׁלַוְתִּי, בָּיְתָה.

3. Litera He in medio vocis semper est mobilis, & nunquam quiescit.

4. Literae אהוי motum suum amittere, & in quietem ire solent, quando, propria vocali destitutae, sequuntur vocalem huic quieti commodam & opportunam; quae ipsa vocalis ideo paulo longiorem in sonum producta pronuntiatur.

*Aleph*, quia lenis est spiritus, qui, quando vocalem sequitur, parum percipi potest, tam in medio quam in fine vocum quiescit, quae fere cunque voca-

Sect. III. de syllaba. Reg. XXIII. XXIV. calis praecedat; ut מָצָא, לַאדֹנִי, רָאשִׁים, פָּארָה, מָצוֹא, רֹאשׁ, רִאשׁוֹן, פֶּרֶא.

*He* tantum in fine vocum quiescit, quando, carens puncto Mappik, sequitur vocales Kamets, Tseri, Cholem, & Segol; ut גּוֹלֶה, גָּלָה, גֵּלֶה, גָּלֹה.

*Vav*, tam in medio, quam in fine, vocum, in vocalibus opportunis, Cholem & Schurek, quiescit; ut לוֹ, הוֹלִיד, פִּקְדוּ, הוּקַם.

*Jod*, item in medio & in fine, in opportunis vocalibus, Tseri, Segol, & Chirek, quiescit; ut דְּבָרֶיךָ, דִּבְרֵי, בֵּיתִי, יִירַשׁ.

De otio literarum אהוי XXIV. 1. *Otiari* dicitur litera, quae, etsi scribitur, nihil tamen confert ad pronuntiationem, haud secus ac si plane non adesset: quo ipso differt litera *otians* a *quiescente*; haec enim vocali proxime praecedenti addit aliquam longiorem moram, quod illa non facit.

2. Eaedem illae literae, אהוי, quae *quieti* obnoxiae sunt, certis in casibus *otiantur*; & quidem

*Primo*, quando non vocalis, sed solum scheva, proxime praecedit; ut אִתְּי, צַוְּארֵי, חֵטְא. Se-

*Secundo*, quando quiescens litera vel praecedit; ut הַבִּיאֹת; vel sequitur; ut חֹטְאִים. *Sect. III. de syllabis. Reg. XXIV. XXV.*

*Tertio*, quando proxime sequitur Dagesch forte; ut מַה־זֶּה, legendum ac si scriptum esset מַזֶּה, prout scribitur *Exod* 4: 2. Item הֲמִיתִיו, legendum ut הֵמִתִיו, 1 *Sam.* 17: 35.

*Quarto*, *Jod*, quando sequitur vocalem quieti ipsius non opportunam; ut דְּבָרָיו, legendum ut דְּבָרָו, prout scribitur multis in locis.

XXV. Ad syllabas rite constituendas utilis est distinctio inter *scheva mobile* & *quiescens*. *Scheva vel mobile vel quiescens.*

Scheva *mobile* dicitur, quod ponitur sub consonante, quae syllabam incipit.

Scheva *quiescens* dicitur, quod ponitur sub consonante, quae syllabam claudit.

Quare *mobile* refert consonantem ad vocalem consonantis sequentis; *quiescens*, ad vocalem praecedentis, adeoque semper syllabam efficit mixtam.

1 Quando prior duarum consonantium, unam vocalem praecedentium, effertur, ei adhaeret aër cum vi quadam ex ore explosus, quem vocarunt *motum schevatis*: sed quando consonans

vocalem sequitur, hic aër cohibetur, & ore absorbetur, quod dixerunt *schevatis quietem*. Discrimen clare sentiet, qui comparabit, exempli causa, סָמַךְ cum יִסְמֹךְ, לָמַד cum יִלְמַד, & sim.

*Ubi scheva sit mobile, ubi quiescens.*

XXVI. 1. Scheva esse *mobile* intelligitur *Primo*, quando ad primam vocis literam ponitur; ut פְּקוֹד.

*Secundo*, quando in medio vocis aliud scheva proxime praecessit; ut נִפְקְדוּ. conf. *Reg.* XXII. 5.

*Tertio*, quando sub litera per Dagesch forte duplicata collocatur; ut פִּקְּדוּ.

*Quarto*, quando sequitur vocalem longam accentu euphonico notatam; ut פָּקְדוּ.

*Quinto* denique omne scheva compositum est mobile; ut עֲבֹר, יֶאֱסֹר, הֶחָרֵב.

2. Scheva esse *quiescens* cognoscitur *Primo*, quando est in fine vocis, sive unum; ut דֶּרֶךְ; sive geminum; ut יֵרְדְּ.

*Secundo*, quando sequitur vocalem brevem nullo accentu notatam; ut עַלְמָה, דַּרְכִּי.

*Tertio*, quando sequitur vocalem longam, saepe & brevem, accentu tonico notatam; ut פָּקַדְתִּי, אַרְצָה, יָכֹלְתִּי.

Quar-

*Quarto*, patach furtivum quoties adest, pro schevate quiescente substitutum est, adeoque suam consonantem adnectit praecedenti vocali; ut רוּחַ, יָחַד, pro יָחְד. *Sect. III. de syllaba. Reg. XXVI. XXVII.*

XXVII. Ad syllabae constitutionem pertinet quoque usus utriusque *Dagesch*, lenis & fortis. *De usu Dagesch lenis.*

*Dagesch lene*, literis adspiratis בגדכפת, solius euphoniae gratia, insertum, ut eas privet adspiratione, ubi ea incommoda foret, adhibetur

*Primo*, in vocis principio, medio, & fine, quando proxime praecedit litera mobilis, habens scheva quiescens, expressum vel omissum; ut לְמֶלֶךְ תֵּן, *Psalm.* 72: 1. עֵץ פְּרִי, *Gen.* 1: 11. יֶהְגֶּה, *Psalm.* 1: 2. אָמַרְתְּ, *Jud.* 17: 2.

Quodsi, in media voce, minus incommoda fuerit, post scheva quiescens, literae adspiratio, ea saepe manet, nullumque adest dagesch lene; ut לִבַבְכֶם, *Psalm.* 31: 25.

*Secundo*, dagesch lene in principio vocis adhibetur, quando oratio, vel nova orationis periodus, vel saltem novum periodi membrum, inchoatur; ut בְּרֵאשִׁית, *Gen.* 1: 1. כִּי, *Psalm.* 6: 6. בִּשְׁאוֹל, ibid.

Sect. III. de syllaba. Reg. XXVIII. *Tertio*, in principio vocis, quando alia litera adspirata proxime sequitur; ut בְּפֶרֶךְ, *Lev.* 25: 53.

*De usu Dagesch fortis.* XXVIII. 1. *Dagesch forte* literam, cui inscribitur, ita duplicat, ut prior referenda sit ad vocalem praecedentem, posterior ad sequentem.

Quare illud semper ante se vocalem habet; eaque nota a dagesch leni, post scheva quiescens posito, facile discerni potest.

2. Prior litera, quae proprie per dagesch forte exprimitur, quia claudit syllabam praecedentis vocalis, semper censenda est scheva quiescens habere, syllabamque mixtam efficere; ut פִּקֵּד, pro פִּקְקֵד.

Quodsi tamen duplicetur litera quieti obnoxia, atque vocalis praecedens quieti opportuna sit, tunc prior quiescit, posterior manet mobilis; ut צִיּוֹן, pro צִיְּיוֹן, non pro צִיְיוֹן.

3. Prima vocis litera rarius per dagesch forte duplicatur; quod tamen ubi fit, prior ad ultimam vocalem vocis praecedentis referenda est, ut הִרְחַבְתָּ לִּי, *Psalm.* 4: 2. lege, ac si scriptum esset הִרְחַבְתָּל לִי.

4. Litera, habens scheva mobile, potest, & solet, per dagesch forte duplicari; ut פִּקְּדוּ, valens idem quod פִּקְקְדוּ.

Non

Non raro tamen ex tali litera dagesch omittitur, duplicatione neglecta, per molliorem pronuntiandi rationem; ut יְשָׂאוּ, pro יִשְׂאוּ; חִקְכֶם, pro חֻקְּכֶם; וַיְבָרֵךְ, pro וַיְבָרֵךְ. S. a. III. de sylla ba. Reg. XXVIII. XXIX.

5. Ultima vocis litera, si vocali destituta sit, non recipit dagesch forte, quia commode duplicari non potest: Quare voces *apocopen* passae, quae dagesch habuerunt, id amittunt; ut יְגַל, pro יְגַל, ex יְגַלֶּה; הַט, pro הַט, ex הַטֵּה.

6. Literae gutturales, אהחע, & *Resch*, etsi dagesch forte possunt recipere, plerumque tamen, quia earum duplicatio incommodior est, solius euphoniae gratia illud aversantur; ut פֵּעַל, pro פִּעֵל, בֵּרֵךְ, pro בִּרֵּךְ; quare dici solent *literae indagessabiles*.

Interdum hae literae, praesertim Resch, dagesch recipiunt, nulla euphoniae ratione habita; ut רֻאּוּ, *Job*. 33: 21. כָּרַּת שָׁרֵּךְ, *Ezech*. 16: 4. הַרְּאִיתֶם, 1 *Sam*. 10: 24. 17: 25.

XXIX. Dagesch forte est vel *Compensativum*, vel *Characteristicum*, vel *Euphonicum*. *Dagesch forte vel compensativum, vel characteristicum, vel euphonicum.*

*Compensativum* est, quod literam omissam compensat, per sequentis du-

Sect. III. de syllaba. Reg. XXIX.

plicationem, ut צִלְלוֹ, pro צִלְלוֹ; יִפָּקֵד, pro יִנְפָּקֵד.

*Characteristicum* est, quod inservit formae vocis per literae duplicationem constituendae atque designandae; ut גַּמָּלִים, גִּבּוֹר, פִּקֵּד.

*Euphonicum* est, quod, cum salva Linguae analogia abesse posset, tantummodo suavioris, aut fortioris, pronuntiationis causa inseritur. Hoc occurrit,

*Primo*, in media voce, ad literas praesertim sibilantes, quae ibi facile se duplicant; ut אִשָּׁה, pro אִישָׁה; יִסֵּבּוּ, pro יִסֵּבוּ, *Jud.* 18: 23. 1 *Sam.* 5: 8. לִיסּוֹד, pro לִיסוֹד, 2 *Chron.* 31: 7. הַצְּפִינוֹ, pro הַצְפִּינוֹ, *Exod.* 2: 3. Item ad alias interdum literas, ubi subest peculiaris emphasis; ut in לָמָּה *quare?* pro לָמָה.

*Secundo*, in principio vocis, quae cum alia praecedente, in vocalem, literamve quiescentem, exeunte, arctius cohaeret; lineola makkaph vel intercedente, vel non intercedante; ut שָׁכְנָה־לָּה, *habitavit sibi*, *Psalm.* 120: 6. וַיַּגִּידוּ לּוֹ, *et indicabant ipsi*, *Gen.* 42: 29. הֶרָה נָּסוּ, *montem versus fugerunt*, *Gen.* 14: 10.

Hoc

Hoc dagesch euphonicum saepe graviorem quandam indicat animi affectionem, atque πάθος loquentis; ut קוּמוּ צְּאוּ, *surgite exite!* (in urgente periculo) *Gen.* 19: 14. אוֹיָה־לִּי *ebeu mihi! Psalm.* 120: 5. מַה־טּוֹב וּמַה־נָּעִים *quam bonum! & quam suave! Psalm.* 133. 1. ubi & brevius scribi potuisset מַטּוֹב, & מַנָּעִים; quemadmodum reperitur מַזֶּה, *quid hoc? Exod.* 4: 2 pro מַה־זֶּה; item מַתְּלָאָה, *quae fatigatio! Mal.* 1: 13. pro מָה־תְּלָאָה.

*Sect. III. de Sylla- ba. Reg.* XXIX. XXX.

XXX. Exponenda restat lex, amplissimum usum habens, de *syllabarum temporibus*, quae huc redit, syllabas Hebraeas ita fere constitutas esse, ut, post consonantem unam, vel duas, singulae habeant minimum duo tempora.

*Syllaba Hebraea duo minimum tempora requirit.*

*Tempus* hic dicitur breve temporis spatium, ad certam quasi mensuram exactum; quod quantum sit, inde intelligi potest, quod vocalis brevis unius sit temporis, longa duorum. Porro litera, quae vocalem sequitur, vel mobilis, vel quiescens, quia & ipsa aliquid morae requirit, syllabam suno tempore auget. Denique accentus, tam tonicus, quam euphonicus, quia syllabam, ad quam ponitur, nonnihil producit, unum ei tempus addit. Sed quae literae

*Sect.* III. *de sylla-ba. Reg.* XXX. rae vocalem praecedunt, quia ad syllabam producendam revera nihil conferunt, nullo tempore eam augere censentur. Unde sequitur, nullum tempus tribuendum esse schevati mobili, vel simplici vel composito.

Exempla hanc doctrinam, paulo obscuriorem, illustrabunt. In בגר prioris syllabae unum tempus occupat vocalis brevis, alterum addit accentus tonicus; posterioris syllabae tempus unum efficit iterum vocalis brevis, alterum addit litera mobilis, quae vocalem sequitur. Quodsi autem pro illo dicas כבגר, priori syllabae nullum ideo novum tempus accedit. Porro in קצה prior syllaba tria tempora habet, scil. vocalem longam, & accentum tonicum; posterior duo, vocalem brevem & literam quiescentem. In יעמר prior continet duo tempora, vocalem brevem, & accentum euphonicum; posterior quatuor, vocalem longam, literam vocali subjunctam, & accentum tonicum; sed literae, quae cum schevate composito vocalem praecedit, nullum tempus datur. In סריסים prima syllaba constat temporibus tribus, vocali longa, & accentu euphonico; secunda duobus, vocali longa; tertia quatuor, vocali longa, litera vocalem sequente, & accentu tonico. Denique in יוצאת priori syllabae, vocalem longam habenti, duo sunt tempora; posteriori quinque; nam duo occupat vocalis longa, tertium addit litera qui-

quiescens, quartum litera syllabam claudens, quintum accentus tonicus. Apparet itaque, syllabam posse plura quidem, non autem pauciora, tempora habere duobus.

*Sect. III. de syllaba. Reg. XXXI. XXXII.*

XXXI. Vocalis brevis, cum sit unius temporis, non potest syllabam absolvere, sed indiget *complemento*, quod addat tempus secundum.

*Vocalis brevis syllabam non absolvit.*

XXXII. Complementa temporis in vocali brevi deficientis, quinque sunt generum.

*Complementa vocalis brevis.*

1. Litera mobilis, quae vocalem sequitur, eaque vel expressa, vel per dagesch forte inserta; ut יִפְקֹד; פַּקֵּד pro פַקְקֵד.

2. Litera mobilis, quae ex sola analogia adesse intelligitur, ubi dagesch forte ex litera indagessabili omissum fuit; ut מַהֵר pro מַהֵּר, sive מַהְהֵר.

3. Litera quiescens; ut קָצָה.

4. Accentus tonicus; ut בֶּגֶד.

5. Accentus euphonicus; ut יַעֲשֶׂה.

## SECTIO IV.

### DE MUTATIONE PUNCTORUM GENERALI.

XXXIII. Vocales omnes, longae, & breves, natura sua sunt mu-

*Vocales mutabiles, & immutabiles.*

Sect. IV. de mutat. punctor. generali. Reg. XXXIII. XXXIV.

*mutabiles*, ut vel tolli, substituto schevate, vel ex brevibus longae, & vicissim ex longis breves, fieri, possint.

Sed vocales sunt *immutabiles*, ubi Linguae analogia non permittit eas mutari, atque in iis positus est necessarius character formae vocum.

Exempli causa, in יָשָׁר, *rectus*, Kamets prius est mutabile, & ab eo fit יְשָׁרִים, *recti*, ubi abiit in scheva: sed in פָּרָשׁ, *eques*, eadem vocalis est immutabilis, & inde fit פָּרָשִׁים, *equites*, non פְּרָשִׁים. Si enim prius Kamets hic periret, vera vocis forma, qua פָּרָשׁ pro פֶּרֶשׁ dictum fuit, non amplius dignosci posset.

*Oppositio vocalium directa & obliqua.*

XXXIV. Quando vocalis longa mutatur in brevem oppositam, aut brevis in longam oppositam, oppositio est vel *directa*, vel *obliqua*.

*Directe* sibi invicem opponuntur longae & breves, quae sunt plane ejusdem soni; scilicet Kamets & Patach; Tseri & Segol; &c.

*Oblique* sibi invicem opponuntur quae sonum non eundem, sed vicinum, habent; quales sunt soni *a* & *e*, *e* & *i*, *o* & *u*. Hac ratione saepe contingit, ut Tseri corripiatur in Patach, aut Chirek breve; & vicissim Chirek breve in Tseri

pro-

producatur; item Cholem Kibbuts sibi substituat, & Kamets Chatuph producatur in Schurek. Sic a גָּדַל *crevit*, fit גְּדַלְתֶּם *crevistes*; ab אֵם *mater*, est אִמּוֹ *mater ejus*; pro בֵּרַךְ *benedixit*, substituitur בֵּרֵךְ; a תֹּם *integritas*, venit תֻּמִּי *integritas mea*; הֻסַּבָּה *cinctus fuit*, in הוּסַב contrahitur.

*Sect. IV. de mutat. punctor. generali. Reg. XXXIV. XXXV. XXXVI.*

XXXV. Vocalis brevis, quia sola syllabam absolvere nequit, secundum *Reg.* XXXI. vel tollitur, substituto schevate; vel in longam oppositam producitur; vel aliud syllabae complementum accipit. Sic a פָּקַד *inspexit*, non fit פָּקַדוּ, sed פָּקְדוּ, *inspexerunt*; a עַל *super*, non fit עַלָיו, sed עָלָיו, *super ipsum*; a עִם *cum*, non fit עִמוֹ, sed עִמּוֹ, *cum ipso*.

*Mutatio vocalis brevis complemento carentis.*

XXXVI. Vocalis longa, si ponatur in syllaba mixta, neque additum habeat accentum tonicum vel euphonicum, corripitur in oppositam brevem. Sic a יִפְקֹד fit, retracto accentu, יִפְקָד; a יֵשׁ fit, deducto accentu, יֶשְׁכֶם, vel יֶשְׁכֶם.

*Vocalis longa, in syllaba mixta, carens accentu, corripitur.*

Hinc etiam dagesch forte, quia semper syllabam mixtam efficit, *Reg.* XXVIII.

*Sect. IV. de mutat. punctor. generali. Reg. XXXVI. XXXVII. XXXVIII.*

XXVIII. 2. non patitur ante se vocalem longam, nisi praesens adsit accentus; ut a סָבִ֫וֹ fit, accentu deducto, סְבִיבָה, non סָבִיבָה.

Ut vocalis longa in syllaba mixta, post ablatum accentum tonicum, manere possit, saepe additur euphonicus; ut אֵין־דָּבָר; quem tamen librarii interdum omiserunt; ut אֵין־כָּמוֹךָ, *Psalm.* 86: 8.

*Distinctio Kamets Chatuph a Kamets.*

XXXVII. Quandoquidem vocalis longa non adhiberi solet in syllaba mixta quae accentu caret, *Reg.* XXXVI. sequitur, figuram (ָ), in tali syllaba occurrentem, non esse Kamets, vocalem longam, sed Kamets Chatuph, vocalem brevem; ut קָרְבָּן, lege *Korban*; חָנֵּנִי, lege *chonnéni*.

Hac una nota Kamets & Kamets Chatuph a se invicem discernuntur. Observandum tamen, scheva quiescens, in quod exit syllaba mixta, interdum, post Kamets Chatuph, fieri compositum & mobile, scilicet Chateph Kamets; ut אָהֳלוֹ, pro אָהְלוֹ; imo hoc Chateph Kamets, sequente alio schevate, in Kamets Chatuph transire; ut אָהָלְךָ; ubi duae priores syllabae habent Kamets Chatuph, ultima Kamets. Utriusque mutationis ratio ex sequentibus intelligetur.

*Correptio vocalis longae ante dagesch compensativum.*

XXXVIII. Litera ultima vocis defectivae, hoc est, ejus quae, per quandam

dam contractionem, passa est literae penultimae elisionem, quam primum nova syllaba accedit, accipit dagesch forte, quo litera elisa compensetur: quo in casu praecedens vocalis longa, si accentum amiserit, corripienda est in oppositam brevem, secundum *Reg.* XXXVI. Sic a עָם *populus*, quod est a עמם, fit עַמִּים *populi*; ab אֵם *mater*, quod est ab אמם, est אִמּוֹ *mater ejus*.

*Sect. IV. de mutat. punctor. generali. Reg. XXXVIII XXXIX. XL.*

XXXIX. Dagesch forte, quando, secundum *Reg.* XXVIII. 6. ex literis gutturalibus & Resch omittitur, compensatur vel ita, ut praecedens vocalis brevis in oppositam longam producatur; vel ita, ut vocalis brevis maneat quidem, sed valeat, hoc in casu, idem quod longa, atque duo syllabae tempora impleat, secundum *Reg.* XXXII. 2. Prior compensatio vocatur *explicita*, posterior *implicita*. Sic pro בְּהַר est בָּהָר *in monte*; pro בִּרֵּךְ dicitur בֵּרֵךְ *benedixit*; sed pro יַחֵּל *exspectare*, mansit, omisso dagesch, יַחֵל; pro הַחַי *vivus*, promiscue scribitur vel הָחָי, vel הַחַי; & sim.

*Compensatio Dagesch omissi ex literis indagessabilibus:*

XL. 1. Vocales longae, quando sunt mutabiles, non consistunt in syllaba ter-

*Vocalis longa, ab accentu remotior, quando tollatur.*

*Sect. IV. de mutat. punctor. generali. Reg. XL. XLI.* tertia, & ulteriore, ab accentu tonico, sed, ob festinantem pronuntiationem, tolluntur, substituto schevate; ut פְּקַדְתֶּם *inspexistis*, pro פְּקַדְתֶּם, a פָּקַד *inspexit*; לְבָבֵנוּ *cor nostrum*, pro לְבָבֵנוּ, a לֵבָב *cor*.

2. Vocales longae, quando sunt immutabiles, in syllaba tertia, & ulteriore, ab accentu tonico, non tolluntur, sed manent; & accentu euphonico fulciuntur; ut הָרְשָׁעִים *improbi*; לֵאלֹהִים *Deo*; יִירָשֵׁם *occupabit eos*; הוֹלִידוֹ *gignere eum*; מוּסָרִי *disciplina mea*.

*Mutationes vocalium ex euphonia, vel dialecto.* XLI. Restant adhuc aliae quaedam regulae, minus generales, de mutationibus vocalium, vel ex solius euphoniae studio, vel ex diversa olim pronuntiandi scribendive ratione, enatis. Earum praecipuae hic non sunt omittendae.

1. Tseri & Chirek-longum, nec non Cholem & Schurek, saepe sibi invicem substituuntur, ob soni affinitatem; ut יִפְקֵד & יִפְקִיד; לֵרָא & לִירָא; יָקוּם & יָקֹם.

2. Schurek & Kibbuts interdum inter se permutantur, ita ut Kibbuts sit vocalis longa, Schurek autem brevis; ut צֻרִים, pro צוּרִים; יְמֻתוּ, pro יְמוּתוּ; & vi-

vicissim הוּלְּלוּ, pro הִלְּלוּ; הוֹלֶדֶת, pro הֻלֶּדֶת. Sect. IV. de mutat. punctor. generali. Reg. XLI.

3. Vocalis longa interdum resolvitur in brevem oppositam & dagesch forte; praesertim si sequatur litera sibilans; ut פִּזְּרָה, pro פּוֹזְרָה; יִסְּבוּ, pro יָסֹבּוּ.

4. Vocalis longa, quando accipit accentum, interdum brevem sibi substituit; ut יָמֹת, pro יָמֻת, quod ex יָמוּת.

5. Vocalis longa, accentum habens, ante literam schevatam, saepe transit in brevem, quam primum collocatur in medio vocis, ubi quatuor temporum syllabae non amantur. Sic a קָם fit קַמְתִּי, pro קָמְתִּי; a פָּקַד fit פָּקַדְתָּ, pro פָּקָדְתָּ; a עֵת est עַתָּה, pro עֵתָּה.

6. Vocalis brevis, accentum habens, interdum longam sibi substituit; ut יָבֵךְ, pro יָבְךְ, ex יִבְכֶּה. Sic יֵט, pro יֶט; חֶרֶב, pro חָרֶב.

Huc pertinet, quod Patach, accentum habens, ante literam Vav, ob diductiorem & quasi pinguiorem ejus sonum, in Kamets transire soleat; ut יְתָו, pro יְתַו, ex יִתְוֶה; יְתָאו, pro יְתַאו, ex יִתְאֶוה. Inde est, quod scribatur Kamets in מָוֶת,

*Vid. IV. de mutat. punctor. generali. Reg. XLII.* מות, forma ducta ex מָוֶת; atque ita in similibus.

*Mutationes quaedam vocalium, ad euphoniam literarum gutturalium.* XLII. 1. Literae gutturales patiuntur quidem ante se Chirek breve, ut נִחַם, יִהְיֶה; saepius tamen id mutant in Patach, vel Segol; ut יַאְסֹר, vel יֶאְסֹר, pro יִאְסֹר; נֶהְפַּךְ, pro נִהְפַּךְ; יֵחַם, pro יִחַם; לַעְזוֹר, pro לִעְזוֹר.

2. Literae gutturales mobiles, nec non Resch; in fine vocis positae; pro praecedente Tseri aut Segol saepe Patach assumunt; ut נֹטַע, pro נֹטֵעַ; סַגַּר, pro סַגֵּר; וַיָּסַר, pro וַיָּסֵר. Huc pertinet וַיַּרְא, pro וַיֵּרָא, & hoc, secundum *Reg.* XLI. 6. pro וַיִּרְאֶה, ex יִרְאֶה.

3. Eaedem literae gutturales, etiam in media voce positae, Tseri & Segol interdum in Patach vertunt; ut הַמַּעֲרָ, pro הַמֵּעֵר; וַיִּעַף, pro וַיִּעֵף, ex יָעֵף.

4. Literae gutturales, si Kamets sub se habeant, praecedens Patach in Segol mutare amant, ad soni varietatem; ut נֶאְצָה, pro נַאְצָה; הֶהָרִים, pro הַהָרִים; אֶחָיו, pro אַחָיו.

*Aliae ob quiescentes.* XLIII. 1. Literae Aleph & He, in fine vocis quiescentes, praecedens Patach

tach in Kamets mutare solent; ut קָרָא, pro קָרַא; גָּלָה, pro גָּלַה. *Sect. IV. de mutat. punctor. generali.*

2. Literae quieti obnoxiae, אוי, si praecedat vocalis earum quieti non commoda, saepe aliam commodam substituunt; ut יֹאסֵף, pro יַאְסֵף; הוֹלִיד, pro הֻלִיד & הַוְלִיד; יוֹם, pro יַוְם; תְּהוּ, pro תֶּהְוִי; יִשְׁתַּחוּ, pro יִשְׁתַּחֲוּ; בֵּיתוֹ, pro בַּיְתוֹ; גָּלִיתָ, pro גָּלַיְתָ. *Reg.* XLIII. XLIV.

3. Eaedem literae, אוי, scheva ante se habentes, suam vocalem rejiciunt saepe in ejus locum; ut רָאשִׁים, pro רְאָשִׁים; יָקוּם, pro יְקוּם; כִּיתְרוֹן, pro כְּיִתְרוֹן.

4. Interdum illae, post rejectam vocalem, prorsus excidunt; ut שֵׁרִית, ex שְׁאֵרִית; תּוֹמִים, ex תְּאוֹמִים; עָרִים, ex עֲיָרִים.

5. Ad easdem literas, אוי, in quietem pronas, duae vocales interdum in unam, in qua illae quiescant, contrahuntur; ut חַטָּאת, pro חַטַּאַת; יְצֵאת, pro יְצֵאַת; אָחוֹת, pro אֲחַוַת; גָּלוּת, pro גָּלֻוְת; תַּבְנִית, pro תַּבְנִיְת.

XLIV. Dictum est supra, *Reg.* XXII, 6. admitti quidem, in fine vocis, duas consonantes unam vocalem sequentes: at- *Duae consonantes in fine vocis unam sequentes vocalem,*

*Sect. IV. de mutat. punctor. generali. Reg.* XLIV. XLV. XLVI. attamen, quia earum concursus saepe ingratus est, atque durioris soni syllabas parit, ad eum evitandum factae sunt variae quaedam mutationes vocalium, quas notas habere magni interest, ad intelligendam multarum formarum analogiam.

*Interdum nihil mutationis in vocalibus afferunt.* XLV. Nihil mutationis in vocalibus ob illum concursum consonantium accidit,

*Primo*, quando duae consonantes mobiles ejus sunt indolis, ut haud difficulter post unam vocalem pronuntiari possint; ut נֵרְדְּ, קֻשְׁטְ, וַיֵּבְךְּ, וַיַּשְׁקְ, אָמַרְתְּ, פָּקַדְתְּ, atque ita semper in postrema hac forma.

*Secundo*, quando vel penultima, vel ultima, mittitur in quietem, aut in otium; ut רֹאשׁ, גּוֹי, עִיר, וַיָּאוֹר, וַיִּין, חֵטְא, גֵּיא, שָׁוְא, וַיַּרְא.

*Tertio*, quando duae similes literae concurrunt, ubi prior excidit; ut חֹק, pro חֹקֶק; פִּי, pro פִּיִי, item, quando prior est Nun, simili ratione excidens; ut אַף, pro אַנְף.

*Saepe ad evitandum consonantium concursum nova vocalis assumitur.* XLVI. 1. Quando autem ille consonantium, in fine vocis unam vocalem se-

sequentium, concursus efficit syllabam Sect. IV.
durioris pronuntiationis, duplici mo- de mutat.
do evitatur, scilicet vel nova vocali punctor.
in subsidium assumta, vel per vocalis generali.
transpositionem. Reg. XLVI.

2. Nova vocalis, quae in subsidium, facilioris pronuntiationis gratia, assumitur, plerumque est Segol; ut אֶבֶר, pro אֵבְר; קֹדֶשׁ, pro קֹדְשׁ; קֶצֶף, pro קֶצְף; יֶרֶף, pro יֶרְף, יֶקֶשׁ, pro יֶקְשׁ; תֶּרֶב, pro תֶּרְב, quod factum ex תַּרְב, secundum *Reg.* XLI. 6.

3. Hoc Segol subsidiarium, si ante se vel Chirek vel Patach habeat, eas vocales etiam ipsas, suavioris soni causa, vertere solet in Segol. Sic בֶּגֶר est pro בִּגְר; כֶּבֶשׂ pro כִּבְשׂ; דֶּרֶךְ pro דַּרְךְ; מֶלֶךְ pro מַלְךְ; יֶגֶל pro יַגְל, in forma apocopata ex יַגְלֶה; similiter תֶּמֶם pro תַּמְם; הֶגֶל pro הַגְל; הֶרֶף pro הַרְף; &c.

Huc refer גַּת, contractum ex גֶּנֶת, quod analogia requirit pro pristino גַּנְת, a quo mansit גִּתּוֹת. Similiter בַּת contractum est ex בֶּנֶת, cujus forma primaria fuit בַּנְת, unde descendit בִּתּוֹ, pro בִּנְתּוֹ. Mitto alia hujus generis plura.

 4. Quod-

*Sect. IV. de mutat. punctor. generali. Reg. XLVI. XLVII.*

4. Quodsi duarum consonantium, dicto modo concurrentium, alterutra sit gutturalis, pro subsidiario Segol assumitur Patach, commodior vocalis; ut בֶּטַח, pro בֶּטֶח, ex בֶּטְח: יֶשַׁע, pro יֶשֶׁע, ex יֶשְׁע; Item לַהַב, ex לַהְב; פֹּעַל, ex פֹּעְל; יַעַל, ex יַעְל; יִשְׁתַּחוּ, (ex quo fit יִשְׁתָּחוּ, secundum *Reg.* XLIII. 2.) ex יִשְׁתַּחְו.

5. Quodsi penultima illarum literarum fuerit Jod mobilis, subsidiaria vocalis assumitur Chirek, tanquam huic literae commodior; ut בַּיִת, pro בַּיְת; שַׁיִת, pro שַׁיְת.

Sed Vav penultima, si sit mobilis, servat Segol, mutat tamen praecedens Patach in Kamets, secundum *Reg.* XLI. 6. ut עָוֶל, pro עַוֶל; מָוֶת, pro מַוֶת: quae עָוֶל & מָוֶת etiam in עוֹל & מוֹת transire possunt, secundum *Reg.* XLIII. 2.

*Potest ille concursus etiam evitari per vocalis transpositionem.*

XLVII. 1. Alter modus evitandi ingratum concursum duarum consonantium unam vocalem in fine vocis sequentium, is est, ut haec vocalis a sua litera ad proxime sequentem trajiciatur; ut בְּאַר, pro בֵּאְר: סְגֹר, pro סֹגְר; קְחַת, pro קֶחְת. Sed Chirek, sic traji-

cien-

cienda, potius Patach, vel Segol, sibi substituit; ut הבש, ex דבש; תשע, ex תשע; שכם, ex שכם. *vel ... de mutat. punctor. generali. Reg. XLVII. XLVIII.*

Huc referendum est, quod reperitur שאת, pro שאת; quod ex שאת; item מצאת, pro מצאת, quod ex מצאת, contractum erat, secundum *Reg* XLIII. 5.

2. Hanc vocalis trajectionem amant imprimis voces ultimam Jod habentes, quae litera tunc in Chirek commode quiescit. Sic פרי est pro פרי; יהי pro יהי, in forma apocopata ex יהיה; יחי pro יחי, quod a יחיה.

3. Quodsi vocalis trajicienda fuerit Patach, Tseri, Segol, aut Cholem, ea in Chirek transit, ut Jod quiescere possit. Sic ארי est pro ארי, per transpositionem orto ex ארי; similiter חצי est pro חצי, orto ex חצי; מרי pro מרי, ex מרי; דפי pro דפי, ex דפי.

XLVIII. Patach furtivum in locum schevatis quiescentis substituitur, *Patach furtivum ubi in locum schevatis substituatur.*

*Primo*, ad literas ה, (scilicet mobilem & mappikatam) ח, & ע, quando eae in fine vocis proxime sequuntur vocales Tseri, Chirek, Cholem, Schurek;

*Sect. IV. de mutat. punctor. generali.*

& hujus vicariam Kibbuts; ut שׁמֻעַ; יְהוֹשֻׁעַ; רוּחַ; גָּבוֹהַּ; שִׂיחַ.

*Reg. XLVIII. XLIX.*

*Secundo*, ad literas ח & ע penultimas, sequente aliqua literarum בגדכפת vocalem non habente; ut שָׁמַעַתְּ, pro שָׁמַעְתְּ; וַיִּחַדְּ, pro וַיִּחַדְ.

*Schevata composita ubi in locum simplicis substituantur.*

XLIX. 1. Schevata composita, ad quascunque literas, in locum schevatis simplicis possunt substitui: rarius tamen hoc fit ad literas non gutturales; & quidem vel ad faciliorem pronuntiationem, vel ad sonum vocalis, cujus in locum scheva successit, quodammodo exprimendum. Sic scribitur רִטֲפַשׁ, pro רֻטְפַשׁ, quia illud mollius & suavius pronuntiatur. Pro זְהַב reperitur זֲהַב, quia ortum est ex זָהָב. Similis ratio in שִׁבֲּלִים, צְלָצֲלִים, aliisque.

2. Ad literas gutturales pro schevate simplici mobili semper substituitur compositum, ut illae facilius & clarius pronuntiari possint; & quidem plerumque vel Chateph Patach, vel Chateph Segol, adhibetur; Chateph Kamets autem fere non occurrit, nisi quando scheva ex vocali Cholem ortum fuit; ut אֲשֶׁר; הֱיֵה; חֳדָשִׁים, a חֹדֶשׁ; פֹּעֳלִים; יֹאחֳזוּךְ; פָּחֳרָה; תָּשְׁחֳרִי, a תְּשְׁחֹר.

Ante

Ante literas durioris soni, Chet & Ain, pro Sect. IV.
Chateph Patach interdum vocalis Patach assu- de mutat.
mitur; ut החלותי; החלם; הערותי. Etiam punctor. generali.
sub Aleph, in vocis initio, nonnunquam Tseri Reg. XLIX. L.
pro Chateph Segol positum reperitur; ut אפו, pro אפו, *Exod.* 16: 23. אתיו, pro אתיו, *Jesaj.* 21: 12.

3. Scheva simplex quiescens ad literas gutturales saepe manet; ut נהפך; שלחת; יעמדו; saepe scheva compositum sibi substituit, & quidem tale, quod sua compositione conveniat cum praecedente vocali, si ea fuerit Patach, Segol, aut Kamets Chatuph; ut יעלה, pro יעלה; האזן, pro האזן; החרב, pro החרב. Sin alia vocalis praecedat, fere Chateph Patach adhibetur; ut תהלך, pro תהלך. In fine vocis scheva compositum nullum habet locum.

L. Quandoquidem Hebraei uni vocali Mutatio-
nunquam plures quam, ad summum, nes ex
duas consonantes praemittunt, secun- duorum
dum *Reg.* XXII. 2. sequitur, ferri non schevatum mo-
posse duorum schevatum mobilium con- bilium
cursum, sed aliquam fieri debere mu- concursu
tationem. natae.

1. Concurrente gemino schevate simplici mobili, prius in vocalem brevem,

*Sect.* IV. *de mutat. punctor. generali Reg.* L.

plerumque Chirek, mutatur, posterius fit quiescens; ut, si voci פְּקֹד praemittatur לְ, pro לְפְּקֹד substituitur לִפְקֹד.

Illud Chirek si praecedat literam Jod, ea in quietem abit, suo schevate amisso; secundum *Reg.* XXIII. 4. ut לִיסֹד, pro לְיְסֹד.

Litera Vav, hoc in casu, loco illius Chirek, accipit Schurek, & in ea vocali quiescit; ut וּבְרֵךְ, pro וְבְרֵךְ. Conf. *not.* ad *Reg.* XXIII. 1.

2. Concurrente schevate simplici mobili, & schevate composito, in locum prioris ea substituitur vocalis brevis, quae occurrit in compositione schevatis sequentis, addito accentu euphonico ad syllabae complementum; ut לַעֲבֹד, pro לְעֲבֹד; לֶאֱנוֹשׁ, pro לְאֱנוֹשׁ; לַחֲלִי, pro לְחֲלִי.

Ad literam Aleph haec puncta, in quibusdam frequentioris usus vocibus, contrahuntur, scil Patach & Chateph Patach in Patach, Segol & Chateph Segol in Tseri; ut לַאדֹנָי, pro לַאֲדֹנָי; לֵאלֹהִים, pro לֶאֱלֹהִים; לֵאמֹר, pro לֶאֱמֹר.

3. Concurrente schevate composito, & simplici mobili, pro priore substituitur

tur ea vocalis brevis, quae in compositione adest, & posterius fit quiescens; ut יַעַבְרוּ, pro יַעֲבְרוּ, ex יַעֲבֹר; נֶהֶפְכָה, pro נֶהְפְּכָה, ex נֶהְפַּךְ; יַעַבְדוּ, pro יַעֲבְדוּ, ex יַעֲבֹד. *Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LI. LII. LIII.*

## SECTIO V.

### DE VERBO PERFECTO.

*Verbum.* LI. Partes orationis tres sunt, *Verbum*, *Nomen*, & *Particula*. Initium ducimus a *Verbo*, quod in eo *Radix*, seu forma primitiva, unde & Nomina & Particulae derivantur, contineatur.

*Species Verbi.* LII. In Verbo *primo* considerandae sunt *Species*, quae dicuntur; *secundo*, modus eas inflectendi.

*Primitiva & derivatae.* LIII. *Species* verbi dicuntur variae ejus formae, quae singulae per sua Tempora, Modos, & Personas, inflecti possunt; suntque vel *primitiva*, vel *derivatae*.

*Primitivam* Speciem solae literae radicales constituunt, quae in omni Verbo, originali forma, tres sunt, nunquam plures, nunquam pauciores; ut פָּקַד, יָכֹל, יָלַד.

Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LIII. LIV. LV.

*Derivatae* Species a primitiva sic deducuntur, ut ad illas tres radicales literas addantur serviles, una vel plures, quae peculiarem singularum characterem constituant. Hae literae serviles vel per geminationem radicalium oriuntur; ut פִּקֵּד; vel aliae sunt a radicalibus diversae; ut נִפְקַד, הִפְקִיד; vel denique ex utroque genere conjunguntur; ut הִתְפַּקֵּד. Quaedam derivatarum Specierum solis vocalibus a se invicem differunt, scilicet *Activae* & *Passivae*; ut פִּקֵּד & פֻּקַּד.

Verbum Perfectum.

LIV. Verbum, cujus tres literae radicales semper praesentes adsunt, & mobiles, *Perfectum* dicitur.

Species Verbi perfecti.

LV. Solent vulgo septem Species Verbi perfecti recenseri, una primitiva, sex derivatae. Primitiva *Kal* dicitur, a קַל, *levis*, quia, tam forma, quam significatione, aliis omnibus simplicior & quasi levior est; vel *Pahal*, a verbo פָּעַל *fecit*, quo Paradigmate veteres Grammatici utebantur; quare & omnes derivatae ab eodem denominatae sunt: sed quoniam illud, ob secundam literam gutturalem, dagesch non recipientem, minus commodum est, recentiores aliud

Pa-

Paradigma, פָּקַד *inſpexit*, ſubſtituerunt. Sect. V. de Verbo perf. Reg. LV.
Illarum ſeptem Specierum haec eſt tabella:

I. *Kal*, vel *Pahal*, ut פָּקַד.
II. *Niphal*, ut נִפְקַד.
III. *Pihhel*, ut פִּקֵּד.
IV. *Puhhal*, vel *Pohhal*, ut פֻּקַּד, vel פָּקַּד.
V. *Hiphil*, ut הִפְקִיד.
VI. *Hophal*, vel *Huphal*, ut הָפְקַד, vel הֻפְקַד.
VII. *Hithpahhel*, ut הִתְפַּקֵּד.

1. Hae quidem ſunt Species uſus frequentioris; ſed plures aliae dantur, quarum praecipuas quasdam, ſuperioribus jungendas, hic apponam:

VIII. *Hothpahhal*, ut הָתְפָּקַד,
vel *Huthpahhal*, ut הֻתְפַּקַּד.
IX. *Paahel*, ut פָּאקֵד, vel פָּקֵד.
X. *Hithpaahel*, ut הִתְפָּקֵד.
XI. *Hothpaahal*, ut הָתְפָּקַד.
XII. *Pohel*, ut פּוֹקֵד.
XIII. *Pohal*, ut פּוֹקַד.
XIV. *Hithpohel*, ut הִתְפּוֹקֵד.
XV. *Piihel*, vel *Peehel*, ut פִּיקֵד, vel פֵּקֵד.

XVI.

*Sect. V. de Verbo perf. Reg. LV. LVI.*

XVI. *Puubal*, ut פֻּוקַד.
XVII. *Pih-el*, ut פִּקְאֵד.
XVIII. *Piblel*, ut פִּקְדֵד.
XIX. *Publal*, vel *Poblal*, ut פֻּקְדַד, vel פָּקְדַד.
XX. *Hitbpablel*, ut הִתְפַּקְדֵד.
XXI. *Pebalbal*, ut פְּקַדְקַד.

2. Nullum hodie Verbum superest, & forte olim nullum exstitit, in quo uno omnes hae Species usu receptae essent; sed in alio hae, in alio illae, usitatae sunt, vel pauciores, vel plures. Uno tamen פָּקַד utor Paradigmate, ut discrimen, quod est inter diversas Species, clarius cognoscatur.

*Singularum Specierum significatio.*

LVI. Species derivatae ei fini inserviunt, ut primitivae significationem variis modis immutent, eique addant aliam atque aliam vim & potestatem, quam singulae sibi habent propriam & peculiarem.

I. *Kal*, vel *Pahal*, פָּקַד, significationem habet simplicem, vel transitivam, vel intransitivam; ut שָׁבַר *fregit*; עָמַד *stetit*.

II. *Niphal*, נִפְקַד, 1. plerumque passiva est notionis transitivae in Kal; ut נִשְׁבַּר *fractus fuit*. 2. ducitur etiam ab iis, quae in Kal sunt intransitiva; ut a בְּאֹשׁ

בָּאַשׁ *foetuit*, eſt נִבְאַשׁ *foetidus factus eſt*. 3. ſaepe vim reciprocam habet; ut a שָׁמַר *cuſtodivit*, eſt נִשְׁמַר *cuſtodivit ſemet*, i. e. *cavit ſibi*. 4. a vi paſſiva, per quendam tropum, nonnunquam tranſit in activam; ut a שָׁפַט *judicavit*, eſt נִשְׁפַּט *judicatus fuit*, & hinc, per metonymiam, *diſceptavit judicio*.

*Sect. V. de Verbo perf. Reg. LVI.*

III. *Pihhel*, פִּקֵּד. 1. ea quae in Kal intranſitiva ſunt, tranſitiva reddit; ut ab אָבַד *periit*, eſt אִבֵּד *perdidit*; a טָמֵא *immundus fuit*, eſt טִמֵּא *immundum reddidit*, aut *declaravit*; a חָיָה *vixit*, eſt חִיָּה *vivere ſivit*. 2. in multis uſum intranſitivum ſervat, ſed auctum intenſiore quadam poteſtate; ut ab הָלַךְ *iyit*, eſt הִלֵּךְ *itavit*, *graſſatus eſt*. 3. ſimili ratione etiam intendit ſignificationem tranſitivam in Kal; ut שִׁבֵּר *penitus confregit*, a שָׁבַר *fregit*. 4. quaedam in Kal tranſitiva reddit dupliciter tranſitiva; ut a יָלַד *peperit*, eſt יִלֵּד *fecit parere*; unde מְיַלֶּדֶת *faciens parere*, i. e. *obſtetrix*. 5. a Nomine etiam ducit ſignificationem actionis, quae in re, quam illud notat, occupatur; ut a דֶּשֶׁן *cinis*, eſt דִּשֵּׁן *cinerem removit*, quaſi dicas *cineravit*.

IV.

Sect. V. de Verbo perf. Reg. LVI. IV. *Puhhal*, פֻּקַּד, vel *Pohhal*, פֹּקַד, passiva est praecedentis Pihhel; ut הֻלַּל, *laudatus fuit*, ab הִלֵּל *laudavit*, proprie *splendidum fecit*; אֻדַּם *rubefactus est*, ab אִדֵּם *rubefecit*.

V. *Hiphil*, הִפְקִיד, 1. vim effectivam addit notioni activae, passivae, & intransitivae; ut a פָּקַד *inspexit*, est הִפְקִיד *fecit ut aliquis inspiceret*, i.e. *constituit inspectorem & praefectum*; item *fecit ut aliquid inspiceretur*, i.e. *rem alicujus curae & inspectioni commisit*; a עָמַד *stetit*, est הֶעֱמִיד, pro הַעְמִיד, *fecit stare*; a צָדַק *justus fuit*, est הִצְדִּיק *justum fecit*, vel *declaravit*. 2. in multis hujus Speciei verbis vulgari quidem usu recepta est significatio intransitiva, sed quae originem duxit ex illa priore, per quandam Nominis aut Pronominis ellipsin; ut הִשְׁקִיף *prospexit*, proprie *curvum fecit*, scilicet *corpus*, & hinc *prospexit curvato corpore*; הִלְבִּין *albus fuit*, proprie *album fecit*, vel *exhibuit*, scilicet semet, vel suum colorem.

VI. *Hophal*, הָפְקַד, vel *Huphal*, הֻפְקַד, passiva est praecedentis Hiphil; ut הָשְׁכַּב

*factus*

*factus est procumbere*, i. e. *prostratus est*, ab הִשְׁכִּיב *fecit procumbere*, *prostravit*; pro eo etiam הִשְׁכַּב scriptum reperitur. *Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LVI.*

VII. *Hithpahhel*, הִתְפַּקֵּד, 1. significationi Speciei Pihhel addit vim reciprocam; ut a חִזֵּק *validum reddidit*, est הִתְחַזֵּק *semet validum reddidit*, aut *exhibuit*; a נִכֵּר *peregrinum reddidit*; est הִתְנַכֵּר *semet peregrinum reddidit*, aut *simulavit*. 2. ejusdem Pihhel vi intensivae addit frequentativam; ut ab הִלֵּךְ *itavit*, est הִתְהַלֵּךְ *frequenter*, aut *continuo*, *itavit*, q. d. *reddidit semet ambulatorem*.

Paucis indicanda etiam est potestas reliquarum Specierum, quarum Paradigma superius proposui.

VIII. *Hothpahhal*, הָתְפַּקַּד, vel *Huthpahhal*, passiva est ab Hithpahhel ducta; ut הֻטַּמָּא, pro הָתְטַמָּא, *factus*, vel *coactus*, *est semet pollutum reddere*, ab הִטַּמֵּא, pro הִתְטַמֵּא, *semet pollutum reddidit*.

IX. *Paabel*, פָּאקֵד, cujus vero Aleph omitti solet, ut sit פָּקֵד, cum Kamets, quia constituit hujus Speciei characterem, immutabili; usurpatur de actione relativa; ut a בָּגַד *fovit perfidiam*, descendit בָּגֵד, pro בָּאגֵד, *perfidiam erga alterum exercuit*; unde est derivatum Nomen בָּגוֹדָה *perfidiam exercens*, *Jer.* 3: 7. 10.

X. *Hith-*

*Sect. V. de Verbo Perf. Reg.* LVI.

X. *Hitbpaabel*, הִתְפָּאֵקד, & pro eo הִתְפַּקֵּד, cum vi praecedentis Paahel conjungit reciprocam. Hoc ipsum הִתְפַּקֵּד *semet alteri inspiciendum exhibuit*, reperitur *Jud.* 20: 15. 17.

XI. *Hothpaabal*, הָתְפָּאֳקַד, & pro eo הָתְפָּקַד, passiva est praecedentis *Hitbpaabel*. Hoc ipsum הָתְפָּקַד *factus*, vel *jussus*, *est semet alteri inspiciendum exhibere*, exstat *Num.* 1: 47. 1 *Reg.* 20: 27. & alibi.

XII. *Pobel*, פּוֹקֵד, vim habet actionis relativae, aut mutuae; ut סוֹבֵב *circumcinxit unam rem alteri*; שׁוֹפֵט *judicio disceptavit unus cum altero.*

XIII. *Pobal*, פּוֹקַד, passiva est praecedentis Pohel; ut יוֹדַע *factus est unus alteri notus*; unde מְיֻדָּע *amicus familiaris.*

XIV. *Hitbpobel*, הִתְפּוֹקֵד, ad Pohel addit vim reciprocam; ut a גּוֹלֵל *provolvit versus alterum*, est הִתְגּוֹלֵל *semet ipsum versus alterum provolvit.*

XV. *Piibel*, פִּיקֵד. vel *Peebel*, פֵּיקֵד & פַּקֵּד, ex פִּיקֵד & פִּיקֵד oriunda, significatione affinis est Speciei Pohel. Sic ab אָהַב *amavit*, est אֵהֵב *amorem erga alterum commonstravit*; ab הָתַל *laxum, pendulumque, habuit* labium, est הֵתֵל *labium pendulum alteri ostendit*, i. e. *subsannavit, decepit.*

XVI.

XVI. *Puubal*, פּוּקַד, suavioris soni caussa pro *Puibal* vel *Poibal*, פֻּיְקַד vel פּוֹיְקַד, passiva est praecedentis; ut ab הֵתֵל est הוּתַל *subsannatus*, *deceptus*, *fuit*. *Sect. V. de Verb. Perf. Reg. LVI.*

XVII. *Pib-el*, פִּקְאֵד, vim habuit actionis continuae; ut a שָׂמַל *involvit*, duxerunt שִׂמְאֵל *continuo involvit*, unde descendit Nomen שְׂמֹאל, pro שִׂמְאֵל, *manus sinistra*, quam veteres *veste involvere solebant*. Ex hac *Pib-el* nova Species propagata est *Hipb pebil*, הִפְקְאִיד, cujus evidens exemplum est in הַשְׂמְאִיל *ad latus sinistrum se contulit*.

XVIII. *Piblel*, פִּקְדֵד, significationem fere eandem habet cum Pihhel, sed paulo fortiorem; nam 1. intransitivam notionem, quae est in Kal, vehementius intendit; ut a רַעֲן *patula fuit arbor*, est רַעֲנַן, pro רִעְנֵן, vel רַעֲנֵן, *valde patula fuit*. 2. intransitivam vertit in transitivam, item cum majore intensione; ut a קוּם *stetit*, est קוֹמֵם, pro קִמְמֵם, *valide stabilivit*.

XIX. *Publal*, פֻּקְדַד, quae & *Poblal*, פָּקְדַד, est passiva praecedentis; ut קוֹמַם, pro קֻמְמַם vel קָמְמַם, *valide stabilitus fuit*. Huc refero אֻמְלַל *valde languidus factus est*, ab אָמַל *languit*.

S. CV. de Vario Perf. Reg. LVI. LVII. XX. *Hithpahlel*, הִתְפַּקֵּד, Speciei Pihlel addit vim reciprocam; ut הִתְקוֹמֵם, pro הִתְקַמְמֵם, *semet ipsum valide stabilivit*. Tale est Verbum הִשְׁתַּחֲוָה, pro הִתְשַׁחֲוָה, *semet ipsum valde fecit subsidere*, i. e. *procumbens adoravit*, a שָׁחָה, vel potius שָׁחַו, *subsidit*.

XXI. *Pehalhal*, פְּקַדְקַד, significationem intransitivam in Kal ad summum gradum intendit; ut a סָחַר *vagatus est*, descendit סְחַרְחַר *maximo impetu vagatus est*; a חָלַק *glaber fuit*, venit חֲלַקְלַק *supra modum glaber fuit*.

Omitto alias quasdam Species rarissimi usus; quales sunt e. c. *Schiphel*, שַׁפְקֵד; ut a לָהַב est שַׁלְהֵב *flagravit*, a quo derivatur שַׁלְהֶבֶת *flamma*; item *Tiphel*, תִּפְקֵד; ut a רָגַל est הִרְגַּל *pedissequum egit*; porro *Miphel*, מִפְקֵד; ut a בָּזָה, vel potius בָּזַי, est מִבְזָה, pro מִבְזַי, *contemtum habuit*, unde, praemissa Nun, ducta est nova Species passiva נִמְבְזָה, *contemtus habitus fuit*, cujus unicum exemplum reperitur 1 *Sam*. 15: 9. &c. &c.

*Mutationes, quas Species interdum subeunt.* LVII. Hae Verbi Species interdum subeunt leves aliquas mutationes.

1. Literae serviles, radicalibus praemissae cum Chirek, pro hac vocali etiam Segol, rarius Patach, admittunt; ut הֶכְלִים *ignominia affecit*, pro הִכְלִים; praeser-

sertim si prima radicalis fuerit gutturalis; ut נֶחְתַּם *obsignatus fuit*, pro נִחְתַּם; הֶעֱבִיר *fecit transire*, pro הַעְבִיר; נֶהְפַּךְ *versus fuit*, pro נִהְפַּךְ. *Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LVII.*

2. Si secunda litera radicalis fuerit indagessabilis, eae Species, quae illam duplicant, ut Pihhel, Puhhal, & Hithpahhel, dagesch omittunt, ejusque compensationem adhibent vel explicitam, vel implicitam, secundum *Reg.* XXXIX. ut מֵאֵן *recusavit*, pro מִאֵן; כֹּהֵן *sacerdotio functus est*, pro כִּהֵן; מֹעַךְ *compressus fuit*, pro מֻעַךְ vel מֻעַּךְ; רֻחַץ *lotus fuit*, pro רֻחַּץ; הִתְבָּרֵךְ *sibi ipse benedixit*, pro הִתְבָּרֵּךְ; הִתְנַחֵם *semet consolatus est*, pro הִתְנַחֵּם.

3. Quaecunque Species litera servili He incipiunt, pro ea, ad morem Dialecti Chaldaicae, interdum Aleph substituunt; ut אֶזְנִיחַ *semet subduxit*, pro הֶזְנִיחַ vel הִזְנִיחַ; אֶתְחַבַּר *consociavit se*, pro הִתְחַבֵּר, vel הֶתְחַבֵּר.

4. Quaecunque Species literis servilibus הת incipiunt, plerumque posteriorem, scilicet ת, cum prima radicali, si ea sit ex sibilantibus, זסצשש; transponunt; ut הִשְׁתַּמֵּר *custodivit se*, pro הִתְשַׁמֵּר;

Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LVII. LVIII.

praeterea hoc ת, post ז, in ד, & post צ, in ט, mutant; ut הִזַּכַּר *memorem se reddidit*, pro הִזְתַּכַּר, & hoc pro הִתְזַכַּר; הִצְטַדֵּק *semet justificavit*, pro הִצְתַּדֵּק, & hoc pro הִתְצַדֵּק.

5. Eaedem Species servili syllaba הִתְ incipientes suum ת saepe per dagesch forte inserunt in primam radicalem; ut הִתַּמֵּם *integrum se praestitit*, pro הִתְתַּמֵּם; הִדַּחֵה *semet impulit*, pro הִתְדַּחֵה; הִטַּמֵּא *semet pollutum reddidit*, pro הִתְטַמֵּא; הִנַּבֵּא *prophetam se gessit, vaticinatus est*, pro הִתְנַבֵּא; הִכּוֹנֵן *semet confirmavit*, pro הִתְכּוֹנֵן; הִרוֹמֵם *semet exaltavit*, pro הִרּוֹמֵם, & hoc pro הִתְרוֹמֵם; הִרַּדֵּף *semet fecit persequentem*, pro הִרַּדֵּף, & hoc pro הִתְרַדֵּף.

Verbi Tempora, Modi, Personae, Numeri, Genera.

§. LVIII. Sequitur modus Verbi Species inflectendi. Inflexio fit per Tempora, Modos, Personas, Numeros, & Genera.

1. *Tempora* duo sunt, *Praeteritum*, & *Futurum*. *Praesens* vel per illorum alterutrum exprimitur, vel per Participium, Pronomine personali vel addito, vel omisso.

2. *Modi*, *Indicativus* & *Subjunctivus*, non differunt, sed utroque illo Tempore, una forma, comprehenduntur, neque

que difcrimen aliunde, quam ex fermonis conftructione, intelligi poteft. *Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LVIII.*

*Imperativus* a duobus illis Temporibus diverfus eft; verum non ufurpatur nifi in praecepto pofitivo, hortatione, & precatione; nam in praecepto negativo, five interdicto, dehortatione, & deprecatione, ejus in locum femper fubftituitur Futurum.

Ad Modos referunt quoque *Infinitivum*, & *Participium*, quae tamen proprie funt Nomina.

*Infinitivus* eft Nomen Subftantivum, eam actionem, vel paffionem, vel notionem intranfitivam, quam Verbum finitum ad tempus, numerum, perfonam, & genus, reftringit, in abftracto, & fine ulla reftrictione ad aliquod fubjectum, exprimens; ut, cum פָּקַד fit *infpexit ille*, Infinitivus פְּקֹד, vel פָּקֹד, eft τὸ *infpicere*, vel *infpectio*, hoc eft, *actio infpiciendi*, in abftracto fpectata. Quare ille varias formas, Nominibus convenientes, non tantum mafculinas, fed & foemininas, imo etiam talem conftructionem, qualis eft Nominis aliud Nomen regentis, admittit. Idem, cum quibusdam *Particulis*, quae dicuntur, *praefixis*, בכלמ, *in*, *ficut*, *ad*, *ex*, com-

 po-

Sect. V. de Verbo Perf. Reg. positus, nostra fere *Gerundia* exprimit; ut בִּפְקֹד *in inspicere*, i. e. *inspiciendo*; לִפְקֹד

LVIII. *ad inspicere*, i. e. *ad inspiciendum*.

LIX. *Participium* est Nomen Adjectivum, significans *agentem* vel *patientem*, sive rem sive personam. Quare, secundum leges Nominum, diversum genus, numerum, & constructionem cum alio Nomine, recipit.

3. *Personae*, in Praeterito & Futuro, tres sunt, *prima*, *secunda*, *tertia*. Tertia, quia, in Praeterito, formam habet simpliciorem reliquis, in Paradigmate primo loco ponitur. In Imperativo una est, scilicet *secunda*; ubi *tertia* opus foret, pro Imperativo Futurum usurpatur.

4. *Numeri* in Personis Praeteriti, Futuri, & Imperativi, duo sunt, *Singularis*, & *Pluralis*. *Dualis* exempla non occurrunt.

5. *Genus* denique in Personis duplex est, *masculinum*, & *foemininum*. Prima tamen Persona utriusque Numeri, tam in Praeterito, quam in Futuro, nec non tertia Pluralis in Praeterito, generis discrimen non exprimunt, adeoque sunt generis communis.

*Literae serviles, ad Species inservientes.* LIX. Inflexioni omnium Verbi Specierum per sua Tempora, Modos, Perso-

ſonas, Numeros, & Genera, inſerviunt literae ſerviles, & characteriſticae, quae vel ab initio, vel a fine, accedunt. Illae *Praeformantes*, hae *Adformantes*, dicuntur. *Sect. V. de Verbo Perf. Reg.* LIX. LX.

LX. *Praeformantes* ad duas claſſes referri poſſunt. *Praeformantes.*

1. Prior complectitur eas, quae Futuro per ſuas Perſonas, Numeros, & Genera, inflectendo inſerviunt. Sunt literae, איתנ, vulgo *Ethan* dictae.

א indicat primam Perſonam ſingularem, communis generis.

י ſignificat tertiam maſculinam, tam ſingularem, quam pluralem; in tertia plurali foeminina interdum, ſed rarius, occurrit.

Nempe pro תִּפְקֹדְנָה *inſpicient illae*, dici etiam potuit יִפְקֹדְנָה, ut Arabes conſtanter efferunt. Sic יַעֲמֹדְנָה *ſtabunt illae*, *Dan.* 8: 22. Alia exempla reperiuntur *Gen.* 30: 38. & 1 *Sam.* 6: 12.

ת deſignat tertiam Perſonam foemininam, utriusque Numeri; nec non ſecundam utriusque Numeri, & Generis.

נ denique notat primam pluralem, communis Generis.

Hae Praeformantes Futuro per ſcheva, idque ſub א compoſitum cum Patach vel Segol, praemittuntur; ut

Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LX. יִפְקֹד, אֶפְקֹד, rarius אֶפְקֹד. Ubi autem prima Verbi litera scheva habet, illae, secundum *Reg.* L. 1. pro suo Schevate Chirek accipiunt, א plerumque Segol; ut יִפְקֹד *inspiciet*; אֶפְקֹד *inspiciam*. Sed ante literas gutturales pro Chirek amant Patach vel Segol, secundum *Reg.* XLII. 1. ut תַּעֲמֹד, vel תֶּעֱמֹד, pro תִּעְמֹד; יַחְשֹׂךְ, vel יֶחֱשֹׂךְ, pro יִחְשֹׂךְ.

Quaecunque Species litera servili ה incipiunt, in Futuro admittunt contractionem, qua Praeformantes, exclusa ה, ejus vocalem accipiunt; ut יַפְקִיד pro יְהַפְקִיד, תִּתְפַּקֵּד pro תְּהִתְפַּקֵּד.

Interdum litera ה non excluditur, sed manet: exempla inveniuntur *Psalm.* 28: 7. 45: 18. *Jes.* 52: 5. & alibi.

2. Posterior Praeformantium classis *Modos* quosdam, ut vulgo vocant, constituit. Sunt literae ה & מ.

ה plerumque praemittitur in Infinitivo & Imperativo Niphal. Ejus ratio inferius, *Reg.* LXIV. 2. indicabitur.

מ praeponitur in Participiis omnium Specierum, praeter Kal, & Niphal. Habet scheva; ut מְפַקֵּד. Literam ה servilem, quando Speciem incipit, excludit, plane ut Praeformantes Futuri; ut מַפְקִיד pro מְהַפְקִיד, מִתְפַּקֵּד pro מְהִתְפַּקֵּד.

LXI.

LXI. *Adformantes* duorum ſunt generum, *Syllabicae*, & *Aſyllabae*. *Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LXI. Adformantes Syllabicae.*

*Syllabicae* dicuntur, quae ad ſyllabam Verbi per ſcheva quieſcens clauſam accedunt.

Earum ſex propriae ſunt Praeterito; unam habent Futurum & Imperativus.

In Praeterito

תָּ, vel תָּה, indicat ſecundam Perſonam ſingularem maſculinam.

תְּ, vel תִּי, eandem foemininam.

תֶּם ſecundam pluralem maſculinam.

תֶּן eandem foemininam.

תִּי, vel תְּ, primam ſingularem communis generis.

נוּ eandem pluralem.

Futuri & Imperativi eſt

נָה, vel ן, indicans ſecundam, & in Futuro quoque tertiam, Perſonam pluralem foemininam.

Adduntur Verbo ita, ut Accentus maneat in ſuo loco; exceptis duabus תֶּם & תֶּן, quae eum ad ſuam ſyllabam deducunt; ut a פָּקַד fit פָּקַדְתָּ, פְּקַדְתֶּם. Quare, ſi Verbum deſinat in vocalem longam, ea ante תֶּם & תֶּן corripienda eſt in brevem oppoſitam, ſecundum *Reg.*

 XXXVI.

Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LXI. XXXVI. ut a יָלַד *genuit*, est יְלִדְתֶּם, vel יְלַדְתֶּם, *genuistis*.

Reliquae Praeteriti Adformantes, non ex aliqua necessitate, sed ex sola euphonia, praecedentem Tseri in Patach mutare solent, secundum *Reg.* XLI. 5. ut פָּקַדְתָּ pro פָּקֵדְתָּ.

1. In Adformante תִּי, cum Jod otiante, mansit vestigium veteris pronuntiationis, qua dicebant תִּי, vel תְּ; ut דִּבַּרְתִּי *loquuta es*, *Jer.* 3: 5. pro דִּבַּרְתְּ. Hoc תִּי, vel תְּ, mansit integrum, ubi addendum fuit Pronomen adfixum; ut נְתַתִּיהוּ *dedisti illum*, *Ezech.* 16: 19. רִמִּיתִנִי *fefellisti me*, 1 *Sam.* 19: 17. Ut omnes Adformantes syllabicae originem ex Pronominibus personalibus duxerunt, sic illa ex אַתְּ *tu*, foem. pro quo, simillima ratione, in pluribus locis, scribitur אַתִּי, quia olim pronuntiabant אַתִּי, quod contractum fuit ex אַתְּ הִיא *tu illa*.

2. Adformantis נָה, vel ן, vocalis interdum absorbetur: ut pro שְׁמַעְנָה *audite*; foem. dixerunt quoque שְׁמַעְןָ; unde, secundum *Reg.* XLVI. 4. ortum est שְׁמַעַן, *Gen.* 4: 23.

3. E contrario pro hac Adformante נָה interdum plenius יְנָה scribitur, ut ejus origo ex

הֵנָּה

הנה *illae*, clarius exprimatur; ut pro תגבהנה est תגבהינה *elatae erunt*, *Ezech.* 16: 50. *Sect. V. de Verbo Perf. Reg.* LXI. LXII.

4. Quandoquidem Adformantes Praeteriti syllabicae proprie nihil aliud sunt. quam Pronomina decurtata, mirum non est, eas interdum etiam cum Futuro, Imperativo, & Participio, conjungi. Sic והבאתי *& veniebas tu illa*, 1 *Sam.* 25: 34. ex והבא, & תי, compositum est; item ישבתי *sedens tu*, & מקננתי *nidulata tu*, *Jer.* 22: 23. &c.

LXII. *Adformantes asyllabae* sunt, quarum vocalis cum ultima Verbi litera unam in syllabam conjungitur. Sunt hae tres: *Adformantes asyllabae.*

ה, indicans tertiam Personam Praeteriti singularem foemininam.

Pro ea interdum א scribitur; ut גבהא *alta fuit*, *Ezech.* 31: 5. Nonnunquam alia terminatio foeminina, ת, &, in forma contracta, ת, adhibetur; ut אזלת *abiit*; קראת *vocavit*, pro קראת; עשת *fecit*, pro עשית.

ו, indicans in Praeterito tertiam pluralem communis generis; in Futuro tertiam, &, uti etiam in Imperativo, secundam pluralem masculinam.

Interdum ea, uti in Praeterito, ita & in Futuro atque Imperativo, generis est communis,

*Sect.* V. *de Verbo Perf. Reg.* LXII. LXIII. LXIV.

munis, & foemininum quoque complectitur; ut תִּקְרַבְןָ *appropinquabunt*, foem *Ezech.* 37: 7. חֲרַדְןָ *trepidate*, foem *Jes.* 32: 11. pro quibus alias תִּקְרַבְנָה, & חֲרַדְנָה.

י, designans secundam singularem foemininam Futuri & Imperativi.

Asyllabae Adformantes Accentum ad suam vocalem deducere solent; quare praecedentes vocales, Patach, Tseri, & Cholem, tolluntur, substituto schevate; ut פָּקְדָה a פָּקַד; פִּקְדוּ a פַּקֵּד; תִּפְקְדִי a תִּפְקֹד.

In Hiphil tamen plerumque Accentus in loco suo manet, ut & vocalis, cui adhaeret; ut הִפְקִידָה, תַּפְקִידוּ, הַפְקִידִי. Rarius ille ad finem descendit, vocali vel manente, vel sublata; ut תּוֹסִפִי *perges*, pro תּוֹסִיפִי, *Jes.* 47: 1. 5. יַדְבְּקוּ *assequentur*; pro יַדְבִּיקוּ, vel יַדְבֵּקוּ, 1 *Sam.* 14: 22.

*Una Specierum Conjugatio.* LXIII. Quandoquidem diversae unius Verbi Species per Praeterita, Futura, & Imperativos, ope earundem Praeformantium & Adformantium inflectuntur, apparet, eatenus omnes Species unius esse Conjugationis.

*Infinitivi formatio.* LXIV. 1. Forma Verbi maxime simplex, & primigenia, est in *Infinitivo* mascu-

masculino Speciei *Kal*, habente ad primam literam radicalem vel Kamets, vel scheva, ad secundam Patach, Tseri, aut Cholem; ut שָׁכַב & שְׁכַב *cubare*; גָּדֵל & גְּדֹל *crescere*; פָּקֹד & פְּקֹד *inspicere*. Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LXIV.

Ubi ad primam radicalem Kamets est, vocatur Infinitivus *absolutus*, ubi scheva, *constructus*. Nam prior forma *absolute* usurpatur, sed posterior in *constructione* cum alio Nomine, nobis per Genitivum exprimendo; ut פְּקֹד *inspicere*; & פְּקֹד הַמֶּלֶךְ *inspicere Regis*, i. e. actio, qua Rex inspicit. Eadem haec forma adhibetur in compositione cum Particulis praefixis; ut לִפְקֹד *ad inspicere*, i. e. *ad inspiciendum*.

Foemininae formae sunt complures, vel in ה, vel in ת, desinentes; ut פְּקֻדָּה, פְּקֻדָּה, פִּקְדָה, פְּקֻדָה, פֶּקְדָה, פָּקְדָה, פַּקְדָה, פְּקֹדָה; item, פְּקֶדֶת, פְּקֻדַּת, פְּקֹדֶת. Sic יִרְאָה אֹתִי *timere me*, s. *actio timendi me*, *Deut*. 4: 10. אַהֲבָה אֶת־יְהוָה *amare*, s. *actio amandi*, *Jehovam*, *Deut*. 11: 22. דָּבְקָה־בוֹ *inhaerere*, s. *actio inhaerendi*, *in eo*; ibid. &c.

2. In *Niphal* gemina datur forma Infinitivi, altera נִפְקֹד, vel נִפְקַד, vel נִפְקֹד;

alte-

Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LXIV.

altera הִפָּקֶד, vel הִפָּקֵד, vel הִפָּקֹד. Prior ex Infinitivo Kal פְּקַד, פְּקֵד, vel פְּקֹד, formata eſt, ubi praepoſita litera ſervilis & characteriſtica Nun, pro ſchevate accepit Chirek, ſecundum *Reg.* L. 1. Poſterior, ex altera Infinitivi Kal forma פְּקַד, vel פְּקֵד, vel פְּקֹד ducta, primo fuit נְפְקַד, vel נְפְקֵד, vel נְפְקֹד. Sed, quod ita ſonus literae Nun characteriſticae non ſatis clarus & fortis eſſet, litera ה, de qua dictum eſt *Reg.* LX. 2. habens Chirek aut Segol, praemiſſa eſt, non utique characteriſtica hujus Infinitivi, ſed ſolummodo aſſumta in ſubſidium literae Nun fortius pronuntiandae. Ita dictum eſt הִנְפָּקַד, vel הִנְפָּקֵד, vel הֶנְפָּקֹד; unde tandem ortum eſt הִפָּקַד, vel הִפָּקֵד, vel הִפָּקֹד, litera molliore Nun per dageſch inſerta. Ubi ſi prima radicalis ſit gutturalis, omiſſo dageſch, compenſatio vel explicita, vel implicita, locum habet, ſecundum *Reg.* XXXIX. ut הֵחָלֵץ *extrahi*, pro הִחָּלֵץ, ex הִנְחָלֵץ; הֵהָרֵג *interfici*, pro הִהָּרֵג, ex הִנְהָרֵג. Caeterum loco illius ה etiam א praemitti potuiſſe, (ut ſemper fit in Dialecto Arabica) docet exemplum אִדָּרֵשׁ *requiri*, pro אִנְדָּרֵשׁ, *Ezech.* 14: 3.

3. In

3. In reliquis quoque omnibus Speciebus nulla forma prior & antiquior est Infinitivo masculino; quippe qui non alias habet literas serviles, quam quae ad constituendam cujusque Speciei characterem requiruntur. *Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LXIV. LXV.*

LXV. *Praeteritum* cujusque Speciei, in tertia Persona singulari masculina, si rem recte reputemus, ab Infinitivo non est diversum. Ea enim Praeteriti origo fuit, ut Infinitivum, absolute positum, pro illa Praeteriti Persona usurparent; e. c. פָּקֹד *inspicere*, nulla addita Adformante dicentes pro *inspexit*; unde deinductae sunt reliquae Personae, per Adformantes definitae. *Praeteriti derivatio ab Infinitivo.*

Quibusdam in Speciebus solus loquendi usus leve aliquod discrimen constituit. Ubi enim duae, aut plures, dabantur Infinitivi formae, alia potissimum usurpata fuit pro Infinitivo, alia pro Praeterito.

Sic in Kal formae Infinitivi פָּקַד & פָּקֵד perraro occurrunt, sed in Praeterito fere semper adhibentur. E contrario forma פָּקֹד, quae in Praeterito rarioris usus est, in Infinitivo est frequentissima.

Similiter in Niphal cum gemina esset Infinitivi forma, altera נִפְקַד, vel נִפְקֵד,

vel

Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LXV.

vel נִפְקֹד, altera הִפָּקֵד, vel הִפָּקֵד, vel הִפָּקֹד, posterior Infinitivo, prior Praeterito, potissimum assignata fuit: nec tamen hoc discrimen perpetuum est; nam prior illa interdum etiam in Infinitivo occurrit; ut נִקְבַּץ *congregari*; נִלְחַם *in pugnam conferi*. &c.

Reliquis in Speciebus plerisque, simili quadam ratione, aliquod inter Infinitivum atque Praeteritum discrimen usus loquendi constituit. Ut in Pihhel, cum gemina esset Infinitivi forma, פִּקֵּד & פַּקֵּד, priorem fere Praeterito, posteriorem Infinitivo, destinarunt. Occurrit tamen etiam prior in Infinitivo, posterior in Praeterito; ut חִלֵּץ *extrahere*, *Lev.* 14: 43. נִאֵץ *irritare*, 2 *Sam.* 12: 14. pro quibus vulgo חַלֵּץ, & נַאֵץ; vicissim נַשָּׁה *fecit oblivisci*, quod vulgo נִשָּׁה; יִדָּה *projecit*, pro יָדָה, unde est יַדּוּ *projecerunt*, *Joël*. 4: 3. *Obadj.* 11. *Nach.* 3: 10. Eodem plane modo in Hiphil formam הִפְקִיד, vel הִפְקִיד, Praeterito, הַפְקִיד Infinitivo, potissimum attribuerunt. Reperitur tamen illa prior interdum etiam in Infinitivo; ut הִשְׁאִיר *reliquum facere*; הִדְרִיךְ *calcare*; הֶעֱמִיק *profundum facere*. &c.

Ubi

Ubi autem una tantum fuit forma Infinitivi masculini, nihil quoque discriminis Praeteritum inter & Infinitivum, vulgari quodam usu, poni potuit. Sic הִתְפַּקֵּד, in Hithpahhel, modo est Infinitivus, modo Praeteritum, pro diversa constructione.

*Sect. V. de Verbo Perf. Reg.* LXVI.

LXVI. Reliqua Tempora & Modi cujusque Speciei etiam ipsa ab Infinitivo facillima ratione derivantur.

*Reliquorum Temporum & Modorum derivatio ab Infinitivo.*

*Futurum* formatur, per omnes Species, ab Infinitivo, additis Praeformantibus, &, ubi oportet, Adformantibus; ut in Kal, יִפְקֹד, pro יְפְקֹד, ab Infinitivo פְּקֹד; in Niphal, יִפָּקֵד, per contractionem, pro יְהִפָּקֵד, ab Inf. הִפָּקֵד; in Pihhel, יְפַקֵּד, ab Inf. פַּקֵּד; & sic porro.

*Imperativus* semper convenit cum Infinitivo, & eandem plane formam habet; imo, sua origine, nihil aliud est, quam Infinitivus, qui, voce imperantis pronuntiatus, imperandi vim accepit; ut פְּקֹד, vel פְּקֹד, *inspicere!* i. e. *inspice*, vel *inspicite*. Ab initio nullum discrimen habuit Numeri & Generis; e. c. שָׁמוֹעַ *audire!* non tantum pro *audi*, sed etiam pro *audite*, *Deut.* 1: 16. צָרוֹר *infestare!* pro *infestate*, *Num.* 25: 17. Dein

*Sect.* V. *de Verbo Perf. Reg.* LXVI.

autem, ut Personae, cui imperatur, certior designatio fieret, cum Infinitivo imperante easdem Adformantes, quae erant in secunda Futuri, conjunxerunt. Sic nata est inflexio Imperativi ex Singulari in Pluralem, & ex Genere masculino in foemininum.

*Participium* denique ab Infinitivo, vel solis vocalibus mutatis, vel praeposita Praeformante, derivatur. Prius fit in Kal & Niphal, posterius in reliquis Speciebus.

In Kal duplex est Participium, alterum Activum, alterum Passivum, utrumque duplici sub forma. Activum est פּוֹקֵד & פֹּקֵד, *inspiciens*. Passivum פָּקוּד, & פָּקִיד, *inspectus*; pro quo, forma ex Inf. פְּקֹד ducta, etiam פְּקוֹד, & פְּקִיד, dici potuit.

In Niphal, a forma Infinitivi נִפְקַד fit Participium נִפְקָד.

In reliquis omnibus Speciebus Participium ab Infinitivo formatur sola Praeformante מְ, de qua *Reg.* LX. 2. praeposita; ut in Pihhel, מְפַקֵּד, ab Infin. פַּקֵּד, in Hiphil מַפְקִיד, pro מְהַפְקִיד, ab Infin. הַפְקִיד. &c.

LXVII. Paradigma Verbi perfecti, per ſeptem Species, earumque Tempora, Modos, Perſonas, Numeros, & Genera, inflectendi, tale eſt: *Sect. V. de Verbo Perf. Reg.* LXVII. *Paradigma Verbi Perfecti.*

## I. KAL.

### *Infinitivus.*

| *Conſtructus.* | *Abſolutum.* |
|---|---|
| פְּקֹד | פָּקֹד |

### *Gerundia.*

בִּפְקֹד כִּפְקֹד לִפְקֹד מִפְּקֹד

### *Foemininae Infinitivi formae.*

פִּקְדָה פֶּקְדָה פְּקֻדָה פִּקְדָה פְּקָדָה

et

פְּקֶדֶת פְּקָדֶת פְּקֹדֶת

### *Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | פָּקְדוּ | פָּקְדָה | פָּקַד | 3. |
| פְּקַדְתֶּן | פְּקַדְתֶּם | פָּקַדְתְּ | פָּקַדְתָּ | 2. |
| Comm. | פָּקַדְנוּ | Comm. | פָּקַדְתִּי | 1. |

S. R. V. & Verb. Perf. Reg. LXVII.

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תפקדנה | יפקדו | תפקד | יפקד | 3. |
| תפקדנה | תפקדו | תפקדי | תפקד | 2. |
| Comm. | נפקד | Comm. | אפקד | 1. |

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| פקדנה | פקדו | פקדי | פקד | 2. |

*Participium.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| מפקדות | מפקדים | מפקדה / מפקדת | מפקד |

## IV. PUHHAL.

*Infinitivus.*

פקד

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | פקדו | פקדה | פקד | 3. |
| פקדתן | פקדתם | פקדת | פקדת | 2. |
| Comm. | פקדנו | Comm. | פקדתי | 1. |

Fu-

Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LXVII.

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תְּפֻקַּדְנָה | יְפֻקְּדוּ | תְּפֻקַּד | יְפֻקַּד | 3. |
| תְּפֻקַּדְנָה | תְּפֻקְּדוּ | תְּפֻקְּדִי | תְּפֻקַּד | 2. |
| Comm. | נְפֻקַּד | Comm. | אֲפֻקַּד | 1. |

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| פֻּקַּדְנָה | פֻּקְּדוּ | פֻּקְּדִי | פֻּקַּד | 2. |

*Participium.*

| f. Plur. | m. | f Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| מְפֻקָּדוֹת | מְפֻקָּדִים | מְפֻקָּדָה<br>מְפֻקֶּדֶת | מְפֻקָּד |

## V. HIPHIL.

*Infinitivus.*

הַפְקֵד & הַפְקִיד

*Foemininae Infinitivi formae.*

הַפְקָדוֹת הַפְקֶדֶת הַפְקָדָה

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | הִפְקִידוּ | הִפְקִידָה | הִפְקִיד | 3. |
| הִפְקַדְתֶּן | הִפְקַדְתֶּם | הִפְקַדְתְּ | הִפְקַדְתָּ | 2. |
| Comm. | הִפְקַדְנוּ | Comm. | הִפְקַדְתִּי | 1. |

*Sect.* V. *de Verbo Perf. Reg.* LXVII.

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תַּפְקֵדְנָה | יַפְקִידוּ | תַּפְקִיד | יַפְקִיד | 3. |
| תַּפְקֵדְנָה | תַּפְקִידוּ | תַּפְקִידִי | תַּפְקִיד | 2. |
| Comm. | נַפְקִיד | Comm. | אַפְקִיד | 1. |

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| הַפְקֵדְנָה | הַפְקִידוּ | הַפְקִידִי | הַפְקֵד | 2. |

*Participium.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| מַפְקִידוֹת | מַפְקִידִים | מַפְקִידָה / מַפְקֶדֶת | מַפְקִיד |

## VI. HOPHAL.

*Infinitivus.*

הָפְקֵד & הָפְקַד

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | הָפְקְדוּ | הָפְקְדָה | הָפְקַד | 3. |
| הָפְקַדְתֶּן | הָפְקַדְתֶּם | הָפְקַדְתְּ | הָפְקַדְתָּ | 2. |
| Comm. | הָפְקַדְנוּ | Comm. | הָפְקַדְתִּי | 1. |

Fu-

Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LXVII.

*Futurum.*

| Plur. f. | Plur. m. | Sing. f. | Sing. m. | |
|---|---|---|---|---|
| תפקדנה | יפקדו | תפקד | יפקד | 3. |
| תפקדנה | תפקדו | תפקדי | תפקד | 2. |
| Comm. | נפקד | Comm. | אפקד | 1. |

*Imperativus.*

| Plur. f. | Plur. m. | Sing. f. | Sing. m. | |
|---|---|---|---|---|
| הפקדנה | הפקדו | הפקדי | הפקד | 2. |

*Participium.*

| Plur. f. | Plur. m. | Sing. f. | Sing. m. |
|---|---|---|---|
| מפקדות | מפקדים | מפקדה / מפקדת | מפקד |

## VII. HITHPAHHEL.

*Infinitivus.*

התפקד

*Foemininae Infinitivi formae.*

התפקדות התפקדת התפקדה

*Praeteritum.*

| Plur. f. | Plur. m. | Sing. f. | Sing. m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | התפקדו | התפקדה | התפקד | 3. |
| התפקדתן | התפקדתם | התפקדת | התפקדת | 2. |
| Comm. | התפקדנו | Comm. | התפקדתי | 1. |

*Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LXVII. LXVIII.*

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תִּתְפַּקֵּדְנָה | יִתְפַּקְּדוּ | תִּתְפַּקֵּד | יִתְפַּקֵּד | 3. |
| תִּתְפַּקֵּדְנָה | תִּתְפַּקְּדוּ | תִּתְפַּקְּדִי | תִּתְפַּקֵּד | 2. |
| Comm. | נִתְפַּקֵּד | Comm. | אֶתְפַּקֵּד | 1. |

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| הִתְפַּקֵּדְנָה | הִתְפַּקְּדוּ | הִתְפַּקְּדִי | הִתְפַּקֵּד | 2. |

*Participium.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| מִתְפַּקְּדוֹת | מִתְפַּקְּדִים | מִתְפַּקְּדָה / מִתְפַּקֶּדֶת | מִתְפַּקֵּד |

Reliquarum Specierum Paradigma ut apponam; non est necesse, quandoquidem omnes ad aliquam harum septem facile reduci, & secundum ejus normam inflecti, possunt.

*De Vocalis terminalis varietate.*

LXVIII. Vocalis terminalis, hoc est, quae ponitur ad secundam literam radicalem, non semper manet eadem, quae in Paradigmate comparet, sed in plurimis Verborum formis aliquam varietatem admittit.

1. In *Kal*, Infinitivus, Imperativus, & Futurum, plerumque quidem Cholem, interdum tamen, praesertim in Verbis intransitivis, Patach, rarius Tseri, habent; ut שָׁכַב *cubare*; גָּדַל *crescere*;

*re*; שְׁמַע *audi*; גַּשׁ, quod pro נְגַשׁ, *appropinqua*; תֵּן, pro נְתַן, *da*; יִגְדַּל *crescet*; יִתֵּן, pro יִנְתֵּן, *dabit*. Pro illo Cholem nonnunquam Schurek scriptum reperitur; ut סְפוּן *tabulare*, *Jer*. 22: 14. יִשְׁפּוּטוּ *judicabunt*, *Exod*. 18: 25. Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LXVIII.

Praeteritum, praeter Patach, etiam Tseri & Cholem admittit, praecipue in Verbis intransitivis; ut יָלֵד *genuit*; חָדֵל *flaccidus fuit*; קָטֹן *parvus fuit*; שָׁכֹל *orbus fuit*.

2. *Niphal*, in Infinitivo, Imperativo, & Futuro, non tantum Tseri, sed & Cholem, imo & Patach, recipit; ut הִנָּתֵן *tradi*; נִכְסֹף *desiderio affici*; הֵאָנַח *ingemiscito*, תֵּעָצֵר *cohibebitur*; יִנָּפֵשׁ *recreabitur*.

Praeteritum pro Patach interdum Cholem, aut Tseri, habet; ut נַחְתּוֹם *obsignatus fuit*; נָסֵב *versus est*, pro נִסְבַּב.

Participium, praeter Kamets, accipit etiam Tseri, vel Cholem; ut נִמְצָא *inventus*, unde נִמְצָאִים *inventi*; נָמוֹל, pro נִמְמוֹל, *circumcisus*.

3. *Pihhel*, in omnibus temporibus, pro ordinaria vocali Tseri etiam Patach ad-

Sect. V. de Verbo Perf. Reg. LXVIII.

admittit; ut פַּלֵּג *dividere*, & *divide*; לַמֵּד *docuit*; שִׁלַּח *dimisit*; צִלַּח *radet*. Pauca quaedam Verba amant Segol; ut צַחֶק *ludere*; דִּבֶּר *loquutus est*; כִּפֶּר *expiavit*; כִּבֶּס *lavit*. Cholem, in Infinitivo, habet יַסֹּר *castigare*.

4. *Puhhal* suam vocalem terminalem constanter servat, nisi quod, in Infinitivo, praeter Patach, etiam Cholem, recipiat; ut גֻּנֹּב *furto auferri*.

5. *Hiphil* geminam admittit vocalem, Chirek longum, & Tseri; quod Tseri, non minus quam Chirek, Jod quiescens interdum post se habet. Sic scribi potest הִשְׁמִיד, vel הַשְׁמֵד, & הַשְׁמֵד, vel הַשְׁמִיד, *exscindere*. Ante Adformantes syllabicas Tseri solet adhiberi, quod, in Praeterito, in Patach abit, secundum *Reg.* LXI. Ante asyllabas autem, ut & ante Pronomina Adfixa, amatur Chirek; ut הַאֲזִנָּה, pro הַאֲזֵנָּה, *auribus percipite*, f. הִקְצַפְתְּ *ad iram provocasti*; הֶחֱזִיקָה *confirmavit*, f. תַּפְשִׁיטוּ *detrahetis*; אַרְבִּיצֵם *faciam cubare eos*. Denique pro Tseri etiam Patach substitui potest; quod praesertim fit, si penultima, vel ultima, radicalis fuerit gutturalis, aut Resch; ut

ut הָמְעֵר *fac nutare*; תַּשְׁמִיעַ *facies audire*; הַיְשַׁר *complana*. Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXIX. LXX.

6. *Hophal* in Infinitivo vel Patach, vel Tseri, habet. In reliquis nulla est varietas.

7. *Hithpahhel* pro ordinaria vocali Tseri non raro substituit Patach; ut הִתְחַזֵּק *semet confirmavit*. Etiam Cholem hic admissum esse docet יִרְדֹּף *semet persequentem faciet*, *Psalm*. 7: 6. pro יִרְדֹּף, ex יִתְרַדֵּף, secundum *Reg*. LVII. 5.

## SECTIO VI.

### DE VERBIS IMPERFECTIS.

LXIX. **V**erba *Imperfecta* dicuntur, quae a norma Perfecti plus minusve deflectunt. Cum itaque Perfectum sit, quod tres habet literas radicales, semper praesentes, & mobiles, Imperfecta sunt quae vel plures, quam tres, radicales, vel earum aliquam deficientem, vel denique aliquam quiescentem, habent. Quare dividuntur in tria genera, *Plurilitera*, *Defectiva*, & *Quiescentia*. *Verba Imperfecta.*

LXX. *Plurilitera* sunt, quae quatuor, aut quinque, literas radicales ha- *Verba Plurilitera.*

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXX.

habent. Ea non constituunt formam quandam simplicem & primitivam, sed ex duobus Verbis simplicibus composita sunt, eum in finem, ut diversas eorum significationes junctim comprehenderent.

Quadrilitera pleraque formantur per compositionem duorum Verborum, quae duas literas radicales easdem, unam vero diversam, habent. Sic ex פָּרַשׂ *expandit*, & פָּרַז *fidit*, componitur פַּרְשֵׁז *expandit findendo*; ex כָּבַל *complicuit*, & רָבַל *laxus fuit*, componitur כִּרְבֵּל *complicando laxiorem vestem amicivit*. Ubi literae sono vicinae interdum pro iisdem habentur; ut ex רָטֹב *succosus fuit*, & טָפַשׁ *crassus fuit*, coaluit רִטְפֵּשׁ, a quo venit רֻטֲפַשׁ, pro רֻטְפַּשׁ, *succo ad crassitiem usque repletus est*, Job. 33: 25.

Alias quasdam compositionis leges, vel minus certas, vel minus frequentis usus, studio brevitatis omitto.

Species Quadriliterorum duae occurrunt, altera activa, altera passiva. Prior ut Pihhel, posterior ut Puhhal, inflectitur. Sic a כִּרְסֵם *dentibus discerpendo vastavit*, descendit Futurum יְכַרְסֵם, *Psalm.* 80: 14. plane ut a פִּקֵּד est יְפַקֵּד.

Item

Item ab illo כִּרְבֵּל formatur paſſivum כֻּרְבַּל, a quo eſt Participium מְכֻרְבָּל, 1 *Chron.* 15: 27. prorſus ut a פָּקַד eſt מְפֻקָּד. *Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg.* LXX. LXXI.

Quinquelitera perpauca reperiuntur, ut שַׁלְאֲנַן *quiete quaſi eliquata gaviſus eſt*, *Job.* 21: 23. compoſitum ex שָׁלָא *eliquatus fuit*, & אָנַן *fudit*, *transfudit.* Item שְׁקַעֲרַר *ſubſidit profundius*, a quo deſcendit שְׁקַעֲרוּרָה *demerſio profunda*, conflatum ex שָׁקַע *ſubſidit*, & קָעַר *profundus fuit.*

Verbis Pluriliteris ea non ſunt adnumeranda, quae plures quidem, quam tres, literas habent, ſed non omnes radicales, verum unam vel duas per unius duarumve radicalium duplicationem ortas; talia enim non compoſita, ſed ſimplicia, ſunt, atque ad Species Verbi triliteri derivatas pertinent; e. c. אֻמְלַל non quatuor, ſed tres, literas radicales habet, eſtque Speciei Puhlal ab אָמַל. Similiter גִּלְגֵּל eſt ab uno גָּלַל; חִלְחֵל ab uno חוּל; de quibus inferius.

LXXI. *Defectiva* Verba ſunt, quae aliquam literarum radicalium, primam, ſecundam, vel tertiam, quibusdam in formis amittunt. Unde tres eorum Claſſes exiſtunt, *prima*, eorum quorum prima, *ſecunda*, quorum ſecunda, *tertia*, quorum tertia, litera radicalis interdum deficit. *Verba Defectiva.*

Sect. VI. *de Verbis Imperf.* Reg. LXXII. *Defectiva prima radicali.*

LXXII. Prima Verborum Defectivorum classis continet *primo*, ea quae a Nun, *secundo*, quae a Vav, vel Jod, inchoantur; *tertio*, unum Verbum, primam Lamed habens, scilicet לקח *accepit*.

1. Quae primam radicalem Nun habent, eam amittere possunt & solent,

*Primo*, ubicunque ea, vocali destituta, syllabam claudit. Tum enim eliditur, ea lege, ut secunda radicalis per dagesch forte duplicetur. Hoc fit in Futuro Kal, Praeterito & Participio Niphal, & in Speciebus Hiphil & Hophal totis: ut יטוש *relinquet*, pro ינטוש; נסע *revulsus est*, pro ננסע; נדח *expulsus*, pro ננדח; הסיך *libavit*, pro הנסיך; יטיף *faciet stillare*, pro ינטיף; הקם *vindicatus est*, pro הנקם; מצל *ereptus*, pro מנצל.

Quodsi secunda radicalis dagesch non admittat, ejus omissi compensatio est vel explicita, vel implicita, secundum *Reg.* XXXIX. ut יחת *descendet*, pro יחת, ex ינחת; נחם *consolationem accepit*, pro נחם, ex ננחם.

Saepe tamen Verba, mediam habentia gutturalem, primam Nun servant, &

& normam Verbi perfecti sequuntur; ut יִנְאַק *gemet*; יִנְהֹם *fremet*; יִנְחַל *hereditabit*; יִנְעַם *suavis erit*; atque ita in reliquis formis. *Adn. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXII.*

Normam Verbi perfecti sequuntur quoque multa alia Verba, quibus media non est gutturalis; ut יִנְטֹור *servabit*, *Jer.* 3: 5. יִנְגֹּשׂ *exiget*, *Jes.* 58: 3. הִנָּתֵק *avulsus est*, *Jud.* 20: 31. &c.

*Secundo*, quando prima Nun, vocali carens, vocem incipit, facile illa absorbetur, & prorsus deficit; quod fit in Infinitivo, tam masculino quam foeminino, nec non in Imperativo, Speciei Kal; ut שׂוֹא *ferre*, pro נְשׂוֹא; גֶּשֶׁת *appropinquare*, pro נְגֶשֶׁת, formae פְּקֶדֶת; גַּעַת *tangere*, pro נְגַעַת, quod, ob literam gutturalem, pro נְגֶעֶת substitutum, ejusdem est formae פְּקֶדֶת; גַּשׁ, nec non גְּשָׁ, & גֶּשׁ, *appropinqua*, pro נְגַשׁ, נְגֹשׁ, & נְגָשׁ; unde est foem. גְּשִׁי; plurale masc. גְּשׁוּ; foem. גֵּשְׁנָה, גַּשְׁנָה & גֶּשְׁנָה; & sic in aliis.

Persaepe tamen in Infinitivo masculino, & Imperativo, Nun manet; ut נְבֹל *flaccescere*; נְגֹעַ *tangere*; נְטֹשׁ *relinque*; נְצֹר *custodi*.

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXII. 2. Ad Verba Defectiva referenda etiam sunt, quae a Vav, & quae a Jod, inchoantur. Ea, pluribus in formis, Verbi perfecti normam sequuntur. In multis aliis primam radicalem mittunt in quietem, ut infra, suo loco, dicetur. Quaedam vero Verba a Vav, & omnia a Jod, incipientia, certis in formis has literas defectui habent obnoxias.

*Primo*, Vav, prima radicalis, carens vocali, & syllabam claudens, quando non cadit in quietem, sed mobilis manet, solet elidi; & per dagesch forte inseri secundae radicali, eodem prorsus modo ut prima Nun, & iisdem in locis, scilicet in Futuro Kal, in Praeterito & Participio Niphal, nec non in totis Speciebus Hiphil & Hophal. Sic a וָקַץ *evigilavit*, est יִקַּץ *evigilabit*, pro יִוְקַץ, 1 *Reg.* 3: 15. & alibi; a וָצַק *fudit*, est יִצַּק *fundet*, תִּצַּק *fundes*, אֶצַּק *fundam*, יִצְּקוּ *fundent*, &c. pro יִוְצַק, & sic porro; a וָצַר *formavit*, est אֶצּוֹר *formabo*, pro אֶוְצוֹר, *Jer.* 1: 5. a וָסַר *erudivit*, est אֶסַּר *erudiam*, pro אֶוְסַר; unde אֶסָּרֵם *erudiam eos*, *Hos.* 10: 10. a וָשַׁר *rectus fuit*, est יִשַּׁר, pro

יִוְשַׁר,

ישר; unde ישרנה *recta ferentur*, 1 *Sam.* 6: 12. &c. a תם *completus fuit*, puto esse יתמו *complebuntur*, *Deut.* 34: 8. Haec sunt in Futuro Kal. In Niphal est a נצב *erexit*, נצב *erectus fuit*, & נצב *erectus*, pro נוצב, & נוצב; a יצת *arsit*, est נצת *incensus est*, pro נוצת. In Hiphil est a יצג *situs fuit*, הציג *collocavit*, pro הוציג; הצג *collocare*, pro הוצג; הצג *colloca*, pro הוציג; מציג *collocans*, pro מוציג. Similiter se habent הציע *stravit*; הציק *fudit*; הצית *incendit*; הקיף *cinxit*; הניח *cubare fecit*; הציב *constituit erectum*; הליז *obliquavit*, unde est יליזו *obliquabunt*, pro יוליזו, *Prov.* 4: 21. התם *complevit*, a quo esse videtur יתם *complebit*, pro יותם, 2 *Reg.* 22: 4. *Job.* 22: 3. In Hophal denique est הצג *collocatus fuit*, pro הוצג; יצע *sternetur*, pro יוצע; מנח *cubare factus*, pro מונח; מצק *fusus*, pro מוצק. Ubi pro Kibbuts, ad clarius originis indicium, nonnunquam Schurek scribitur, secundum *Reg.* XLI. 2. Sic pro הולד *natus est*, non tantum הֻלַּד, sed & הוּלַּד, exaratum fuit, a quo

*Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXII.*

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXII.

est Infinitivus foem. הוּלֶּדֶת *Ezech.* 16: 4.

*Secundo*, Jod, prima radicalis, initio vocis destituta vocali, eodem modo ut prima Nun, absorberi se patitur, & persaepe deficit in Infinitivo, tam masculinae, quam foemininae, terminationis, & Imperativo, Speciei Kal; ut שֵׁב *sedere*, pro יְשׁוֹב; רֵד *descendere*, pro יְרֵד, unde est, cum He Paragogica, רְדָה, *Gen.* 46: 3. לֵדָה, & לֶדֶת, *parere*, pro יְלֵדָה, & יְלֶדֶת; דֵּעָה, & דַּעַת, *scire*, pro יְדֵעָה, & יְדַעַת; רֵד, & רֵד, *descende*, pro יְרֵד; & יְרַד; לֵךְ *vade*, pro יְלֵךְ; unde est, cum He Paragogica, לְכָה, & interdum לָךְ; prout & ab illo לֵךְ est foem. לְכִי, plurale masc. לְכוּ, foem. לֵכְנָה; atque ita in aliis.

Potest tamen etiam in his formis Jod manere; ut יְסֹד *fundare*; יְרֹא *timere*; יְכֹלֶת *posse*; יְבֹשֶׁת *siccari*; יְרַשׁ *heredita*; יְשֵׁב *sede*, a quo foemininum est יְשְׁבִי, *Jer.* 48: 18. uti & a יְצָא *exi*, est plur. יְצְאוּ, *Jer.* 50: 8. Sic enim utrobique legendum est.

In Verbis, quae prima Aleph, Vav, aut Jod, quiescunt, hae literae saepe omittuntur atque deficiunt, postquam in quietem jam abierunt.

Id

Id vero commodius docebitur, ubi agetur de Verbis quiescentibus. *Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg.*

3. Uno in Verbo לָקַח *cepit*, ob usum frequentissimum, prima Lamed eodem modo, & iisdem in locis, elidi atque deficere solet, ut Nun in iis quae primam Nun habent; ut יִקַּח *capiet*, pro יִלְקַח: & sic in reliquis personis; קַח *cape*, pro לְקַח, a quo est, cum He Paragogica, קְחָה, & foem. קְחִי, plurale masc. קְחוּ, foem. קַחְנָה; קַחַת *capere*, pro לְקַחַת; יֻקַּח *capietur*, pro יִלָּקַח. LXXII. LXXIII.

Interdum tamen forma perfecta servatur; ut in לְקַח *cape*, *Exod.* 29: 1. & alibi, unde foem. לִקְחִי 1 *Reg.* 17: 11. נִלְקַח *captus est*, 1 *Sam.* 4: 11. &c.

LXXIII Secundam Verborum Defectivorum classem constituunt quae secundam & tertiam literam radicalem eandem habent; ut סָבַב *cinxit*. Ea, ad evitandum similium literarum concursum, secundam radicalem, ubi id commode fieri potest, in Speciebus, quae eam per dagesch forte duplicatam non habent, quales sunt Kal, Niphal, Hiphil, & Hophal, elidere solent, secundum has quinque leges: *Defectiva secunda radicali.*

 1. Se-

*Sect* VI. *de Verbis Imperf.* *Reg.* LXXIII.

I. Secunda radicalis cum puncto praecedente eliditur; ut סַב *cinxit*, pro סָבַב; סֹב *cinge*, pro סְבֹב; הִסַּב *cingi*, pro הִסָּבֵב.

Haec elisio locum habere nequit, *primo*, in iis, quorum prima radicalis vel deficit, vel quiescit; ut pro יִנְדּוֹד *fugiet*, dicitur יִדּוֹד, *Psalm.* 68: 13. & pro הִילִיל *ejulavit*, per quietem primae radicalis effertur הֵילִיל; manente utrobique secunda radicali: *secundo*, in iis, quorum tertia radicalis deficit aut quiescit; sic חָתַת *contritus est*, elisa media, abit in חַת; sed si posterior Tav deficiat, prior manet; ut הַחִתֹּתִי *contrivi*, *Jer.* 49: 37. pro הַחְתַּתְתִּי. Item חָיַי *vixit*, dum ultima Jod manet mobilis, mediam elidere potest, ut fiat חַי, *Gen.* 5: 5. alibique saepe; sed quam primum illa in quietem abit, haec semper manet; ut חָיָה, pro חָיַי; יִחְיֶה, pro יִחְיַי, &c.

2. Literae serviles, dictae *Praeformantes*, quarum vocalis brevis, post mediam radicalem elisam, syllabam absolvere non potest, pro illa, ad syllabam complendam, accipiunt longam oppositam: quare in Futuro Kal, & Praeterito atque Participio Niphal, pro

Chi-

Chirek, est Tseri, saepius tamen Kamets; (nam forma perfecta ibi olim etiam Patach admisit;) in Infinitivo, Imperativo, & Futuro Hiphil, pro Patach est Kamets; in Praeterito autem, & Participio, (ubi & forma perfecta Chirek habere potuit,) pro Chirek Tseri; denique in Hophal, pro Kamets Chatuph, aut Kibbuts, est Schurek. Sic יֵקַל *levis erit*, pro יִקַל, ex יִקְלַל: יָסֹב *cinget*, pro יַסֵב, ex יַסְבֵב; נָאַר *maledictus fuit*, pro נִאַר, ex נִאְרַר; נָאָר *maledictus*, pro נִאָר, ex נִאְרָר; נָסַב *cinctus fuit*, pro נִסַב, ex veteri forma נִסְבַב; similiter נָסָב *cinctus*, pro נִסָב, ex נִסְבָב; הָרֵק *comminuere*, pro הַרֵק, ex הַרְקֵק; הָרֵק *comminuit*, pro הִרֵק, ex הִרְקֵק; מֵרֵק *comminuens*, pro מִרֵק, ex veteri forma מִרְקֵק; הוּרַק *comminutus fuit*, pro הָרַק, ex הָרְקַק, quod & הֻרְקַק. Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIII.

1. Sunt tamen hae vocales longae, (praeter Schurek in Hophal, quae praecipuum hujus Speciei characterem constituit) mutabiles, atque, positae in loco antepenultimo ab Accentu, tolluntur, secundum *Reg.* XL. 1. ut הֲקִלּוֹתַ *levem reddidisti*, 2 *Sam.* 19: 44. ab הֵקַל, ex הִקְלִל;

*Sect.* VI. *de Verbis Imperf. Reg.* LXXIII.

חִקְלֵל; יְנִדֻּהוּ *fugabunt eum*, *Job.* 18: 18. a יָנֵד, ex נָדַד. Sed ante literas Chet & Ain, pro Chateph Patach adhiberi solet Patach; secundum *not. ad Reg.* XLIX. 2. ut הַחִתֹּתָ *contrivisti*, *Jes.* 9: 3.

2. In Dialecto Chaldaica Praeformantes vocalem brevem habere solent, quam sequitur dagesch forte, primam radicalem duplicans, ad mediam elisam compensandam; ut יִדַּק *comminutus erit*, pro יִדְקַק; יַדִּקוּן *comminuent*, pro יְדַקְקוּן. Hanc formam etiam Hebraei, quibusdam in Verbis, admiserunt; quo praecipue pertinent נִחַת *consternatus est*, *Mal.* 2: 5. ubi dagesch ex litera gutturali omissum, & compensatio implicita, pro נִחְתַּת; נִחַר *candefactus est*, *Psalm.* 69: 4. pro נִחְרַר; נִחַל *profanatus*, *Ezech.* 25: 3 pro נִחְלַל; & יַחֵל *solutum reddet*, *Num.* 30: 3. pro יְחַלֵּל, quod ita distinguitur a יָחֵל, significante *incipiet*, *Jud.* 10: 18. 13: 5. pro eodem יְחַלֵּל.

Sed multa huc retulerunt Grammatici, quae diversae indolis esse videntur. Quaedam dagesch in prima radicali habent non compensativum mediae elisae, sed mere euphonicum, de quo supra *Reg.* XXIX. Tale est יֻכַּת *contundetur*, *Jes.* 24: 12. pro יוּכַּת, ex יְכֻתַּת. Nam in Caph dagesch non esse compensativum, ostendit plurale

rale יְכֻּתּוּ *contundentur*, *Job.* 4: 20. *Jer.* 46: 5. *Mich.* 1: 7. ubi evidens eſt, mediam eliſam per duplicatam tertiam compenſari. Simili modo factum יִסֹּב *vertet*, 2 *Sam.* 20: 12. pluribusque aliis locis, ex יִסֹב, pro יִסְבֹּב: nam plurale eſt יִסֹּבּוּ *vertent*, *Jud.* 18: 23. & alibi. Alia autem complura, quae mediam ejectam per duplicatam primam compenſare putantur, potius a Verbis prima Nun aut Vav defectivis deducenda ſunt; *Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIII.*

ut אָקֹּב *exſecrabor*, *Num.* 23: 8. non eſt pro אֶקְבֹּב, a קָבַב, ſed pro אֶנְקֹב, a נָקַב, quod illi קָבַב cognatum eſt. Similiter יַשִּׁם *deſolabit*, *Jer.* 49: 20. non eſt pro יַשְׁמִים, a שָׁמַם, ſed pro יוֹשִׁים, a וָשַׁם, quod illi שָׁמַם affine eſt. Plura hujus generis ad normam analogiae reduxit Cl. *Schultenſius*, *Gramm. Hebr. Reg.* 174.

3. Ad formam defectivam accedente nova ſyllaba, tertia radicalis, ad ſecundae defectum compenſandum, per dageſch forte duplicatur, ſecundum *Reg.* XXXVIII. ut a סַב *cinxit*, eſt סַבּוּ *cinxerunt*; סַבּוּנִי *cinxit me*; a יָסֹב *cinget*, eſt יָסֹבּוּ *cingent*; יְסֻבֵּנִי *cinget me*, pro יְסֻבְּבֵנִי, ſecundum eandem *Reg.* XXXVIII.

Si tertia radicalis ſit indageſſabilis, omiſſum dageſch vel explicite, vel impli-

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIII.

plicite, compensatur, secundum *Reg.* XXXIX. ut חָרָה *canduit*, f. *Ezech.* 24: 11. pro חָרְרָה, a חַר, ex חָרַר; שַׁחוּ *subsiderunt*, *Prov.* 14: 19. pro שַׁחוּ, a שַׁח, ex שָׁחַח.

4. Adformantes asyllabae Accentum plerumque relinquunt syllabae penultimae, ut dagesch, quo tertia radicalis duplicatur, eo clarius percipi possit; ut סַבּוּ *cinxerunt*; סֹבּוּ *cingite*. Rarius illum deducunt, si subsit gravior quidam affectus; ut רָנּוּ *jubilate!* *Jes.* 44: 23.

5. Adformantes syllabicae, ut dagesch tertiae radicalis clarius pronuntiari possit, praemittunt sibi vocalem epentheticam, quae est in Praeterito Cholem, cum Vav quiescente, vel sine ea; in Imperativo & Futuro Segol, cum Jod quiescente, vel sine ea; ut סַבּוֹתָ, vel סַבֹּתָ *cinxisti*, pro סַבְּתָ; סַבּוֹתֶם, vel סַבֹּתֶם, *cinxistis*, pro סַבְּתֶם; סֻבֶּינָה, vel סֻבֶּנָה, *cingite*, f. pro סֹבְנָה; תְּסֻבֶּינָה, vel תְּסֻבֶּנָה, *cingent*, & *cingetis*, f. pro תְּסֹבְנָה.

Haec vocalis epenthetica adest quoque, quando ex litera indagessabili dagesch omissum fuit; ut אָרוֹתִי *maledixi*,

pro

pro אִחוֹתִי, *Mal.* 2: 2. שַׁחוֹתִי *subsidi*, pro שְׁחוֹתִי, *Psalm.* 35: 14. *Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg.*

Hae sunt leges defectus. Observandum tamen, formam perfectam saepe servari in Praeterito & Infinitivo Kal, eamque semper manere in Participiis ejusdem Speciei; ut סָבַב *circumivit*, 1. *Sam.* 7: 16. נָדְדָה *fugit*, f. *Jes.* 10: 31. שָׁחֲחוּ *subsiderunt*, *Job.* 9: 13. בָּזַזְנוּ *rapuimus*, *Deut.* 2: 35. צָרוֹר *infestare*, *Num.* 25: 17. נְדֹד *fugere*, *Psalm.* 55: 8. סוֹבֵב, & סֹבֵב, *cingens*, סָבוּב, & סָבִיב, *cinctus*. LXXIII.

Nullus quoque defectui locus est in Speciebus, quae mediam radicalem per dagesch forte duplicatam habent, Pihhel, Puhhal, & Hithpahhel; ut הִלֵּל *laudavit*; הֻלַּל *laudatus est*; הִתְהַלֵּל *semet ipse laudavit*, *gloriatus est*.

Perfectam quoque formam sequuntur Species Pohel, Pohal, & Hithpohel, quae in hoc Verborum genere admodum frequentes sunt; ut גּוֹלֵל *volvit*; גּוֹלַל *volutus fuit*; הִתְגּוֹלֵל *semet ipse volvit*: רוֹצֵץ *quassavit*; רוֹצַץ *quassatus fuit*; הִתְרוֹצֵץ *semet ipse quassavit*.

Praeterea Speciem sibi propriam & pe-

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIII. peculiarem habent Verba, secunda radicali vel defectiva, vel quiescentia; quam formant per primae atque tertiae radicalis geminationem; quare & *Species geminata* vocari solet. Significatione fere cum Pihhel convenit, nisi quod graviorem & intensiorem vim habeat. Ex ea formantur duae aliae, altera Passiva, quae cum Puhhal, altera Reciproca, quae cum Hithpahhel, convenit. Sic a גַּל, pro גָּלַל, *volvit*, fit Species geminata prima גִּלְגֵּל *volutavit*; secunda גֻּלְגַּל *volutatus est*; tertia הִתְגַּלְגֵּל *semet ipse volutavit*. Inflectuntur ad normam Verbi perfecti, secundum Species Pihhel, Puhhal, & Hithpahhel.

Paradigma Verbi secunda radicali defectivi tale est:

## K A L.

*Infinitivus.*

סֹב vel סַב

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | סַבּוּ | סַבָּה | סַב | 3. |
| סַבּוֹתֶן | סַבּוֹתֶם | סַבּוֹת | סַבּוֹתָ | 2. |
| Comm. | סַבּוֹנוּ | Comm. | סַבּוֹתִי | 1. |

*Fu-*

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIII.

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תְּסֻבֶּינָה | יָסֹבּוּ | תָּסֹב | יָסֹב | 3. |
| תְּסֻבֶּינָה | תָּסֹבּוּ | תָּסֹבִּי | תָּסֹב | 2. |
| Comm. | נָסֹב | Comm. | אָסֹב | 1. |

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| סֻבֶּינָה | סֹבּוּ | סֹבִּי | סֹב | 2. |

## N I P H A L.

*Infinitivus.*

הִסֹּב vel הִסַּב vel הִסֵּב

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | נָסַבּוּ | נָסַבָּה | נָסַב | 3. |
| נְסַבּוֹתֶן | נְסַבּוֹתֶם | נְסַבּוֹת | נְסַבּוֹתָ | 2. |
| Comm. | נְסַבּוֹנוּ | Comm. | נְסַבּוֹתִי | 1. |

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תִּסַּבֶּינָה | יִסַּבּוּ | תִּסַּב | יִסַּב | 3. |
| תִּסַּבֶּינָה | תִּסַּבּוּ | תִּסַּבִּי | תִּסַּב | 2. |
| Comm. | נִסַּב | Comm. | אֶסַּב | 1. |

Im-

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIII.

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| הִסַּבֶּינָה | הִסַּבּוּ | הִסַּבִּי | הִסַּב | 2. |

*Participium.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| נְסַבּוֹת | נְסַבִּים | נְסַבָּה | נָסָב |

H I P H I L.

*Infinitivus.*

הָסֵב vel הָסֵב

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | הֵסֵבּוּ | הֵסֵבָּה | הֵסֵב | 3. |
| הֲסִבּוֹתֶן | הֲסִבּוֹתֶם | הֲסִבּוֹת | הֲסִבּוֹתָ | 2. |
| Comm. | הֲסִבּוֹנוּ | Comm. | הֲסִבּוֹתִי | 1. |

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תְּסִבֶּינָה | יָסֵבּוּ | תָּסֵב | יָסֵב | 3. |
| תְּסִבֶּינָה | תָּסֵבּוּ | תָּסֵבִּי | תָּסֵב | 2. |
| Comm. | נָסֵב | Comm. | אָסֵב | 1. |

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| הֲסִבֶּינָה | הָסֵבּוּ | הָסֵבִּי | הָסֵב | 2. |

*Par-*

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIII.

*Participium.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| מְסִבּוֹת | מְסִבִּים | מְסִבָּה | מֵסֵב |

## H O P H A L.

*Infinitivus.*

הוּסֵב vel הוּסַב

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | הוּסַבּוּ | הוּסַבָּה | הוּסַב | 3. |
| הוּסַבּוֹתֶן | הוּסַבּוֹתֶם | הוּסַבּוֹת | הוּסַבּוֹתָ | 2. |
| Comm. | הוּסַבּוֹנוּ | Comm. | הוּסַבּוֹתִי | 1. |

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תּוּסַבֶּינָה | יוּסַבּוּ | תּוּסַב | יוּסַב | 3. |
| תּוּסַבֶּינָה | תּוּסַבּוּ | תּוּסַבִּי | תּוּסַב | 2. |
| Comm. | נוּסַב | Comm. | אוּסַב | 1. |

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| הוּסַבֶּינָה | הוּסַבּוּ | הוּסַבִּי | הוּסַב | 2. |

*Participium.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| מוּסַבּוֹת | מוּסַבִּים | מוּסַבָּה | מוּסָב |

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIII. LXXIV.

In vocali terminali talis hic potest varietas esse, qualis in Verbo perfecto, secundum Reg. LXVIII. Sic in Praeterito Kal non tantum Patach, sed & Cholem, admittitur; ut in רֹב *jaculatus est*, Gen. 49: 23, quod ex רָבַב contractum. Vicissim in Infinitivo, Imperativo, & Futuro, ejusdem Speciei, non tantum Cholem, sed & Patach, adhibetur; ut in רַד *sternere*, pro רְדֹד, Jes. 45: 1. גַּל *volve*, pro גְּלֹל, Psalm. 119: 22. יֵקַל *vilis erit*, pro יִקְלַל, 1 Sam. 2: 30. Atque ita in reliquis Speciebus; nisi quod in Hiphil nunquam Chirek longum usurpetur; ne Verba defectiva cum quiescentibus confundantur; nam si הֵסִיב dictum esset, id potius ad סוּב, aut סִיב, quam ad סָבַב, pertinere videretur. Sed Patach, pro Tseri, non raro occurrit; ut הֵקַל *levavit*, pro הֵקֵל, Jes. 8: 23. מֵצַל *obumbrans*, pro מֵצֵל, Ezech. 31: 3. &c.

Defectiva tertia radicali. LXXIV. Tertiam Verborum defectivorum classem efficiunt quorum tertia radicalis est Nun vel Tav. De iis haec pauca observanda sunt:

1. Nun & Tav, vocali carentes, & syllabam claudentes, per dagesch forte inseruntur in literam sequentem, prior in Nun, posterior in Tav; quod potissimum fit, ubi Adformantes syllabicae accesserunt, quae omnes vel a Nun,

vel

vel a Tav, incipiunt; ut נָתַנּוּ *dedimus*, pro נָתַנְנוּ; תִּשְׁכֹּנָּה *habitabunt*, pro תִּשְׁכֹּנְנָה; שָׁבַתְּ *quievisti*, pro שָׁבַתְתְּ; מְבַעִתֶּךָ *terrens te*, (in Part. foem. Pihhel a בָּעַת) pro מְבַעִתְתֶּךָ, quod a מְבַעֶתֶת. Apparet in his non adeo tertiam radicalem deficere, quam potius per scribendi compendium expressam esse. *Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIV.*

2. In uno Verbo נָתַן *dedit*, ob frequentissimum usum, tertia Nun etiam in Tav Adformantium syllabicarum per dagesch forte inseritur; ut נָתַתָּ *dedisti*, pro נָתַנְתָּ; נִתַּתֶּם *traditi estis*, pro נִתַנְתֶּם, & hoc pro נִנְתַנְתֶּם, secundum *Reg.* LXXII. 1.

3. In Infinitivo & Participio foemininis Nun & Tav, tertiae radicales, interdum prorsus eliduntur ante Tav, foeminini generis notam; ut תֵּת *dare*, pro תֶּנֶת, quod factum ex נְתֶנֶת, secundum *Reg.* LXXII. 1. אֱמֶת *firmum esse*, *firmitas*, pro אֱמֶנֶת; מְשָׁרֵת *ministrans*, pro מְשָׁרֶתֶת, 1 *Reg.* 1: 15.

Simili ratione tertia radicalis Daleth ante Tav elisa est in Infin. foem. לַת *parere*, 1 *Sam.* 4: 19. pro לֶדֶת, quod pro יְלֶדֶת, a יָלַד. Eadem

*Sect.* VI. *de Verbis Imperf.* *Reg.* LXXV. LXXVI. elisio facta in אַחַת *una*, pro אַחֶדֶת, ab אֶחָד *unus*. Sed plura ejus exempla, quod sciam, non occurrunt.

*Verba quiescentia.* LXXV. Postremum genus Verborum imperfectorum complectitur *Quiescentia*, hoc est, quae aliquam literarum radicalium quiescentem habent. Literae, quieti obnoxiae, sunt אהוי, secundum *Reg.* IV. Sed He quiescens tantum in vocum fine locum habet, secundum *Reg.* XXIII. 4. atque, ubi literam radicalem constituit, semper pro Vav, aut Jod, substituta est. Quare literae radicales, quieti obnoxiae, proprie tres sunt, אוי; quae, pro tribus locis, quae in Verbo occupare possunt, tres efficiunt classes quiescentium, *primam*, quorum prima, *secundam*, quorum secunda, *tertiam*, quorum tertia, litera radicalis, Aleph, aut Vav, aut Jod, in quietem cadit.

*Quiescentia prima Aleph.* LXXVI. In prima classe *primo* se offerunt quorum prima radicalis est Aleph. Haec litera servat suum motum, ubicunque syllabae vocalem praecedit; ut אָבַד *periit*; יֵאָמֵן *firmabitur*; יְאַבֵּד *perdet*; אֱמַץ *fortis esto*, pro אֲמַץ, secundum *Reg.* XLIX. 2.

Potest etiam illa manere in suo motu, ubi syllabae vocalem sequitur; ut יֶאְטַם

*ob-*

*obturabit*; יַאְדִּיר *amplificabit*: quodsi autem illa sit Chirek, Patach aut Segol substituitur, secundum *Reg.* XLII. 1. ut יַאְסֹר, vel יֶאְסֹר, *ligabit*, pro יְאְסֹר; נֶאְשַׁם *reus factus est*, pro נִאְשַׁם. *Sect.* VI. *de Verbis Imperf.* *Reg.* LXXVI.

Frequentius tamen est, ut Aleph, pro more literarum gutturalium, in locum schevatis quiescentis compositum substituat, secundum *Reg.* XLIX. 3. Sic, in Futuro Kal, est יַאֲסֹף *colliget*, pro יַאְסֹף, & יֶאֱסֹף, pro יֶאְסֹף; in Praeterito Niphal, נֶאֱמַן *firmatus est*, pro נֶאְמַן; in Participio, נֶאֱמָן *firmatus*, pro נֶאְמָן; in Praeterito Hiphil, הֶאֱמִין *firmum habuit*, *credidit*, pro הֶאְמִין: in Infinitivo, הַאֲמִין *firmum habere*, pro הַאְמִין; similiter in Imperativo, הַאֲמֵן *firmum habe*; in Futuro, יַאֲמִין *firmum habebit*; in Participio, מַאֲמִין *firmum habens*; in Praeterito Hophal, הָאֳחַז *prehensus fuit*, pro הָאְחַז; unde Futurum יָאֳחַז *prehendetur*; Participium מָאֳחָז *prehensus*.

Easdem has leges sequuntur Verba, quorum prima radicalis est alia gutturalis, He, Chet, vel Ain; nisi quod ante He & Chet, syllabam

 clau-

*Sect.* VI. *de Verbis Imperf.* claudentes, Chirek interdum maneat; ut יִהְיֶה *erit;* יִחְיֶה *vivet;* נִהְיָה *factus est.*

*Reg.* LXXVI. Ubi autem Aleph, vocali carens, ob tenuem suum sonum, in quietem abit, id fit secundum has leges:

1. In Futuro Kal quiescit Aleph in Cholem, & vocalis terminalis, ad soni varietatem, nunquam est Cholem, sed Tseri aut Patach; ut יֹאבֵד, vel יֹאבַד, *peribit.* Interdum illa in Tseri quiescit, per contractionem ex Segol & Chateph Segol; ut תֵּאתֶה *veniet*, pro תֶּאֱתֶה, *Mich.* 4: 8. Simili ratione Infinitivus לֵאמֹר *dicendo*, contractus est ex לֶאֱמֹר, ut observatum est supra, in *not.* ad *Reg.* L. 2.

2. Post Praeformantem Futuri Aleph, semper omittitur Aleph radicalis; ut אֹכַל, vel אֹכֵל, *comedam*, pro אֶאֱכַל, vel אֶאֱכֹל; item אֹהַב, *amabo*, pro אֶאֱהַב. Idem fit interdum post alias Praeformantes; ut תֹּמְרוּ *dicetis*, pro תֹּאמְרוּ, 2. *Sam.* 19:14. יֵתֵא *veniet*, pro יֶאֱתֵא, *Deut.* 33: 21.

3. In Praeterito & Participio Niphal Aleph quoque in Cholem quiescit; ut נֹאחַז *possessor factus est.*

4. In Hiphil ea, per contractionem, in Tseri, aut Kamets, vel, in Vav trajecta,

jecta, in Cholem, quiescit; nonnunquam plane supprimitur; ut הָאתָה adduxit, pro הֶאֱתָה, unde factum הֵתָה, Jer. 12:9 יָאצֶל substringet, pro יַאֲצִל, Num. 11: 25. אָזִין auscultabo, pro אֶאזִין, ex אַאֲזִין, Job. 32: 11. יָרֵב insidiabitur, pro יֶארֵב, ex יַאֲרֵב, 1 Sam. 15: 5. אוֹכִיל cibabo, pro אאכִיל, & hoc pro אַאֲכִיל, Hos. 11: 4. אֹבִיד perdam, pro אוֹבִיד, vel אאבִיד, ex אַאֲבִיד, Jer. 46: 8.

*Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXVI. LXXVII.*

In Hophal nullum Aleph quiescentis exemplum reperitur.

Rarior est, non tamen omittenda, contractio, qua Aleph mobilis, post scheva, supprimitur in Specie Pihhel; ut תְזַר cinges, 2 Sam. 22: 40. pro תְּאַזֵּר, ut forma plena scribitur Psalm. 18: 40. אַבֶּד perdam, pro אֲאַבֶּד, Ezech. 28: 16. מַלְּף docens, pro מְאַלְּף, Job. 35: 11.

LXXVII. Ad primam Verborum quiescentium classem *secundo* pertinent quae primam radicalem Vav, & *tertio*, quae eandem Jod, habent. De iis conjunctim hic agimus. Nam, quia communem semper significationem habent, sibi invicem suas formas communicant.

*Quiescentia prima Vav & Jod.*

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXVII.

Inde factum est, ut, ubicunque Vav, nulla litera servili praemissa, vocem incipere debet, perrarus ejus usus sit, & fere semper Jod, quae ibi molliorem dat pronuntiationem, usurpetur. Exempli causa, cum olim exstiterit geminum Verbum, וָלַד, & יָלַד, *genuit*, prius, in formis Praeformante carentibus, fere obsolevit, posterius creberrimo usu invaluit.

Mansit tamen prima Vav in perpaucis; ut in Part. וֹרֵד *descendens*, 1 *Sam.* 30: 24. & in Nominibus ex Specie Kal derivatis; ut וָלָד *proles*, *Gen.* 11: 30. וָלָד idem, 2 *Sam.* 6: 23. וְקַר *gravis*, *Prov.* 17: 27. וָזָר *onustus*, *Prov.* 21: 8.

Ubi autem servilis quaedam litera Verbo praemittitur, quibusdam in formis Vav & Jod aequale jus habent, in aliis Vav, in aliis Jod, frequentiore usu recepta est.

Utraque quandocunque vocalem habet, mobilis manet, & forma a Verbo perfecto non discedit: sed quando vocalem sequitur, syllabamque claudit, rarius movetur, sed prona est in quietem. Quibusdam etiam in locis utraque deficere potest; uti dictum est *Reg.* LXXII. 2.

1. In

1. In Infinitivo absoluto, Praeterito, & Participio, Kal, Jod, quia syllabam incipit, servat suum motum; ut יְשֹׁב *sedere*; יָשַׁב *sedit*; יֹשֵׁב *sedens*. Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXVII.

Idem interdum fit in Infinitivo constructo, nec non foeminino, & Imperativo; ut יְסֹד *fundare*; יְרֹא *timere*; יְכֹלֶת *posse*; יְבֹשֶׁת *siccari*; יְצֹק *funde*; a quo est foem. יִצְקִי, plur. masc. יִצְקוּ, foem. יְצֹקְנָה.

Saepius tamen in his locis Jod, vocali carentem, absorberi, atque prorsus deficere, indicatum est *Reg.* LXXII. 2. *pag.* 84.

In Futuro alia Verba amant Jod in Chirek quiescentem, quam & interdum plane supprimunt; alia pro Chirek vicinam vocalem Tseri substituunt, Jod plerumque omissa; quaedam denique utramque hanc formationem admittunt. Vocalis terminalis est Patach aut Tseri, fere pro arbitrio. Sic a יָבֵשׁ *aridus fuit*, est יִיבַשׁ *arescet*, pro quo & יִבַשׁ scribitur; a יָצַר *formavit*, est יִיצַר, vel יֵצֶר, *formabit*; a יָרַד *descendit*, est יֵרֵד, & יֵרַד, *descendet*; a יָדַע *scivit*, est יֵדַע *sciet*; a יָקַר *gravis fuit*, est יֵקַר *gravis erit*, pro quo &

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXVII.

& plenins יִיקַד, nec non, secundum priorem illam formationem, יֵיקַד, scriptum reperitur. Similiter a יָקַד *arsit*, est יִיקַד, & יֵקַד, *ardebit.*

Prima Vav in aliis Speciei Kal temporibus fere non occurrit, quam in solo Futuro, ubi, quemadmodum & in Niphal, Hiphil, & Hophal, quaedam Verba eam per dagesch forte inserere solent in secundam radicalem, uti dictum est *Reg.* LXXII. 2. *pag.* 82. 83.

Unum tamen Verbum וָכֹל *capax fuit*, *potuit*, pro quo in Praeterito, & Infinitivo, יָכֹל dici solet, in Futuro habet Vav in Schurek quiescentem; ut fit יוּכַל *poterit*, pro יִוְכַל; & sic porro, תּוּכַל, אוּכַל, &c.

2. In Niphal prima Vav resumi solet, motum servans in Infinitivo, Imperativo, & Futuro, sed in Cholem, interdum & in Schurek, quiescens in Praeterito, & Participio. Sic proprie a וָלַד *genuit*, non a יָלַד, est הִוָּלֵד *nasci*, & *nascitor*; יִוָּלֵד *nascetur*; quae formae sunt perfectae; sed נוֹלַד *natus est*, est pro נִוְלַד; & נוֹלָד *natus*, pro נִוְלָד. A וָגָה est נוֹגָה,

pro

pro נוּגָה, *moerore affectus*, *Thren.* 1: 4. *Zeph.* 3: 18. *Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXVII.*

Prima Jod in Niphal rarius occurrit; ut in יִיָּרֶה *jaculis configetur*, *Exod.* 19: 13. יִיָּחֵל *morabitur*, *Gen.* 8: 12. נִחַם, pro נִיחַם, ex נִיחַם, *calefactus*, *Jes.* 57: 5.

3. In Pihhel & Puhhal perpetuus fere usus est primae Jod; ut a יָסַד est יִסֵּד *fundavit*, & יֻסַּד *fundatus est*.

1. Vav semel exstat in Participio Puhhal, מוּזָּנִים *ponderibus instructi*, *Jer.* 5: 8.

2. In Futuro Pihhel Jod Praeformans interdum per dagesch in primam radicalem Jod inseritur, solo scribendi compendio; ut וַיַּגֶּה *& dolore afficiebat*, *Thren.* 3: 33. pro וַיְיַגֶּה, quod ex וַיְיַגֶּה, dagesch ex Jod schevata excidente, secundum *Reg.* XXVIII. 4. item וַיַּדּוּ *& projiciebant*, *Thren.* 3: 53. pro וַיְיַדּוּ, ex וַיְיַדּוּ.

4. In Hiphil frequentioris usus est prima Vav, interdum mobilis, plerumque in Cholem quiescens; ut הוֹצֵא *educ*, non a יָצָא, sed a וָצָא, *exivit*, *Gen.* 8: 17. הַוְשַׁר *complana*, a וָשַׁר, *Psalm.* 5: 9. הוֹרִיד *fecit descendere*, pro הַוְרִיד, in Infinitivo, & Imperativo, item הוֹרִיד, pro הַוְרִיד; in Futuro, יוֹרִיד, pro יַוְרִיד; in Participio, מוֹרִיד, pro מַוְרִיד.

 In-

*Sect.* VI. *de Verbis Imperf. Reg.* LXXVII.

Interdum Vav, in Cholem quiescens, supprimitur; ut תֹסֵף *addes*, *Exod.* 10: 28. pro תּוֹסֵף.

Rarioris usus in Hiphil est prima Jod, vel motum servans, vel in Tseri quiescens; ut a יָסַר est אַיְסִיר *castigabo*, *Hos.* 7: 12. a יָמַן est הֵימִין *ad dextram ivit*, pro הַיְמִין; unde אֵימִין *ad dextram ibo*, pro אַיְמִין, *Gen.* 13: 9. & suppressa Jod, הֵמִין, pro הַיְמִין, *dextram petere*, 2 *Sam.* 14: 19.

In Futuro Hiphil vocalis Tseri, in qua Jod quiescere debebat, nonnunquàm ipsi huic literae subjicitur; ut יְיֵטִיב *benefaciet*, *Job.* 24: 21. pro יֵיטִיב, ut scribitur *Num.* 10: 32. *Jud.* 17: 13. item יְיֵלִיל *ejulabit*, *Jes.* 16: 7. pro יֵילִיל; & אֲיֵלִיל *ejulabo*, *Jer.* 48: 31. pro אֵילִיל, ut scribitur *Mich.* 1: 8. Hac vocalis trajectione Jod ex quiete in motum revocatur.

5. In Hophal, quod Jod minus commoda sit, semper Vav adhibetur, in Schurek quiescens; ut הוּרַד *dejectus est*, pro הָוְרַד, vel הֻוְרַד.

6. In Hithpahhel alia Verba Vav, alia Jod, amant, utramque mobilem; ut הִתְוַדַּע *notum se fecit*; הִתְוַדָּה *reum se confessus est*; הִתְיַצֵּב *semet stitit*; הִתְיַפָּה *semet ornavit*. LXXVIII.

LXXVIII. Secunda Verborum quiescentium classis continet ea, quorum secunda radicalis Aleph, Vav, aut Jod, in quietem cadit.

*Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXVIII. Quiescentia secunda Aleph.*

*Primo*, Aleph quando secunda radicalis est, plerumque quidem motum suum retinet, neque aliud quid a norma Verbi perfecti diversum requirit, quam quod cum aliis literis gutturalibus commune habet; ut שָׁאֲלוּ *rogayerunt*, pro שָׁאְלוּ, ex *Reg*. XLIX. 2. שַׁאֲלוּ *rogate*, pro שְׁאְלוּ, ex *Reg*. XLII. 1. & eadem XLIX. 3. item שֵׁאֵל *mendicavit*, pro שִׁאֵל, & מֵאֵן *recusavit*, pro מִאֵן, ex *Reg*. XXXIX.

Non tamen illa a quiete prorsus aliena est; nam

1. quiescit interdum in sua vocali, in locum praecedentis schevatis rejecta, & nonnunquam plane supprimitur; vid. *Reg*. XLIII. 3. 4. Sic יְנָאֵץ *excutiet*, *Eccles*. 12: 5. est pro יְנַאֵץ, a נִאֵץ; הַשְּׁוֹת *destruere*, 2. *Reg*. 19: 25. pro הַשְׁאוֹת, a שָׁאָה; שֵׁלָה *rogare*, 1 *Sam*. 1: 17. pro שְׁאֵלָה, & hoc pro שְׁאֵלָה, a שָׁאַל.

2. quiescit, vel etiam otiatur, quando vocem finire jubetur in forma Futuri apocopata Verborum tertia He quiescen-

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIX. Quiescentia secunda Vav.

escentium; ut וַיֵּדֶא *& volabat*, ex יִדְאֶה, a דָאָה; וַיַּרְא *& videbat*, ex יִרְאֶה, a רָאָה.

LXXIX. *Secundum* locum in secunda classe Verborum quiescentium occupant ea quibus Vav est media radicalis.

Ea servat suum motum, ubicunque per dagesch forte duplicata est; ut עִוֵּת *curvavit;* עֻוַּת *curvatus fuit;* הִתְעַוֵּת *semet curvavit:* nec non, quando tertia est He quiescens; ut רָוָה *irriguus fuit;* שָׁוָה *aequus fuit:* ac denique, in paucis quibusdam aliis Verbis, quibus tertia radicalis est litera durioris soni, Chet, Ain, aut Resch; nempe in רָוַח *spiravit;* צָוַח *vociferatus est;* גָּוַע *exspiravit;* & חָוַר *albuit.*

Alibi autem semper illa, ad evitandum ingratiorem atque difficiliorem ejus sonum, ex motu in quietem missa fuit, secundum has leges:

1. Vav, amissa sua vocali vel schevate, quiescit in Cholem, aut Schurek, vocalibus quieti ejus opportunis; ut קוֹם, vel קֹם, *stare*, pro קְוֹם, & קְוֹם; הִמּוֹל *circumcidi*, pro הִמָּוֵל; קוֹמֵם *erigere*, pro קַוֵּם.

1. Ubi in Cholem quiescit, Vav saepe omittitur;

titur; ut מֹל *circumcide*, *Jos.* 5: 2. רֹמַם *exalta-* *Sect.* VI. *de Verbis*
*vit*, *Exod.* 15: 2. *Imperf. Reg.*
2. Pro Schurek interdum, omissa Vav, Kib- LXXIX.
buts scribitur, ex *Reg* XLI. 2. ut נֻס *fugere*,
pro נוּס, נֻסוּ *fugite*, pro נוּסוּ.

2. Quibusdam in locis Vav, per quandam contractionem, prorsus eliditur. Hoc fit

*Primo*, in Praeterito Kal, si vocalis terminalis sit Patach, aut Tseri; ut קָם *stetit*, pro קָוַם; מֵת *mortuus est*, pro מָוֵת. Sin autem illa sit Cholem, Vav in ea commode quiescit; ut בּוֹשׁ, interdum brevius בֹּשׁ, *pudore confusus est*, pro בָּוֹשׁ; אֹר, *luxit*, pro אָוֹר.

*Secundo*, in Participio Kal activo: ubi rarioris usus est קוֹם *stans*, pro קָוֵם, 2 *Reg.* 16: 7. בוֹס *calcans*, pro בּוֹס, *Zach.* 10: 5. frequentioris est קָם *stans*, contracte pro קָוֵם; שָׂם *ponens*, pro שָׂוֵם; &, cum Tseri, מֵת *moriens*, pro מָוֵת: גֵּר *divertens*, pro גָּוֵר; &c.

*Tertio*, in utroque Participio Kal passivo, formae tam פָּקוּד, quam פָּקִיד; ut לוּט *involutus*, pro לָווּט; מָל *circumcisus*,

pro

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIX.

pro מֻל, & hoc pro מוּל; שִׂים *positus*, pro שׂוּים.

*Quarto*, in tota Specie Hiphil; ut הֵקִים *fecit stare*, pro הִקְוִים; יָקִים *faciet stare*, pro יַקְוִים; &c.

3. Singulare quid fit in Specie Hophal, ubi media Vav locum suum cum prima radicali commutat, quiescens in Schurek: ut הוּמַת *occisus est*, pro הֻוְמַת, & hoc pro הֻמְוַת. Scribitur & הֻמַת, pro הוּמַת, 2 *Sam.* 21: 9.

4. Praeformantium vocalis brevis, quando, post mediam Vav missam in quietem, vel elisam. nequit syllabam absolvere, in longam oppositam producitur; quae est Kamets, rarius Tseri, in Futuro Kal, nec non in Praeterito, & Participio, Niphal; Tseri, in Praeterito, & Participio, Hiphil; sed Kamets, in reliquis ejus temporibus. Ita est יָקוּם *stabit*, pro יִקוּם, ex יִקְוֹם, vel potius pro יַקוּם, ex veteri forma יַקְוֹם; יֵבוֹשׁ *pudore confundetur*, pro יִבוֹשׁ, ex יִבְוֹשׁ; נָסוֹג *detortus fuit*, &, in Participio, *detortus*, pro נִסוֹג, ex נִסְוֹג, & נִסְוַג, veteri forma, pro נִסְוֹג, & נִסְוַג; נֵעוֹר *excitatus fuit*, pro נִעוֹר,

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIX.

נְעוֹר, ex נֵעַר; הֵמִית *occidit*, pro הִמְוִית, ex הִמְוִית; מֵמִית *occidens*, pro מְמִית, ex מְמוִית, veteri forma, pro מַמְוִית; הָמִית *occidere*, & *occide*, pro הַמִית, ex הַמְוִית; יָמִית *occidet*, pro יַמִית, ex יַמְוִית.

1. In his eadem eſt ratio mutationis, & eadem vocalium oppoſitio, quae in Defectivis media Radicali, *Reg.* LXXIII. 2.

2. Vocales illae longae in loco ab accentu antepenultimo tolluntur, ſecundum *Reg.* XL. 1. ut a תָּקִים *faciet ſtare*, f. eſt תְּקִימֶינָה *facient ſtare*, f. Sed ante Chet & Ain. pro Chateph Patach, eſt Patach; ut הַעִירוֹתִי *excitavi*, *Jeſ.* 41: 25. pro הֲעִירוֹתִי, ex הָעִיר. Vide *not.* ad *Reg.* XLIX. 2. Solum Schurek, in quo, in Specie Hophal Vav radicalis quieſcit, poſitum in ſyllaba antepenultima ab accentu, immutabile eſt, & accentu euphonico fulcitur, ex *Reg.* XL. 2. ut הוּקַמְתֶּם *ſtabiliti eſtis.*

5. Adformantes aſyllabae accentum plerumque non deducunt, ut is mediam quieſcentem fulciat, aut eliſam ſuppleat; ut יָקוּמוּ *ſtabunt;* קָמוּ *ſteterunt:* Interdum tamen, ubi ſubeſt quidam fortior animi affectus, accentus ad illas deſcendit; ut עוּרִי *efferveſce! Jud.* 5: 12. Sed in Hophal, ob Vav tranſpoſitam, ſemper deſcendit, ut הוּמְתוּ *occiſi ſunt.*

6. An-

*Sect.* VI. *de Verbis Imperf. Reg.* LXXIX.

6. Ante Adformantes syllabicas, solius euphoniae gratia, saepe assumitur eadem vocalis epenthetica, quae in Verbis mediam defectivam habentibus, secundum *Reg.* LXXIII. 5. ut נְסוּגוֹתִי *detortus fui*, pro נָסוֹגְתִי; נְקֹטֹתֶם *fastidio affecti estis*, pro נְקֹטֹתֶם; תְּמוּטֶינָה *dimovebuntur*, f. pro תְּמוּטֶנָה; תְּפוּצֶנָה *dissipabuntur*, f. pro תְּפוּצֶנָה.

7. In Speciebus mediam per dagesch forte duplicantibus, etsi Vav mobilis manet, ut supra monui, saepe tamen sonus minus gratus evitatur.

*Primo*, forma ducta ex Verbo cognato, mediam Jod habente. Sic a קוּם *stare*, in Pihhel non reperitur קַוֵּם, sed קַיֵּם, *stabilire*, quod proprie est a cognato קִים.

*Secundo*, loco Specierum Pihhel, Puhhal, & Hithpahhel, frequenter usurpantur Pihlel, Puhlal, & Hithpahlel, quae fere eandem cum illis potestatem habent; ut קוֹמֵם *erexit*, pro קַוֵּם; קוֹמַם *erectus fuit*, pro קֻוַּם, vel קֻיַּם; הִתְקוֹמֵם *semet ipse erexit*, pro הִתְקַוֵּם.

*Tertio*, pro iisdem Speciebus dagessatis usurpari etiam possunt Species illae ge-

*geminatae*, quas Verba secunda radicali quiescentia cum defectivis communes habere, superius indicatum est, *Reg.* LXXIII. *pag.* 92. Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIX. Ita a חוּל *verti, torqueri*, est חִלְחֵל, *dolore*, quasi *torquente*, *excruciavit*; unde venit חַלְחָלָה *dolor, cruciatus*; passiva forma fuit חֻלְחַל, vel חָלְחַל, *dolore excruciatus est*; & reciproca, הִתְחַלְחֵל *semet ipse dolore excruciavit.*

Paradigma Verbi media Vav quiescentis sic se habet:

## K A L.

### *Infinitivus.*

| f. | m. |
|---|---|
| קוּמָה vel קֹמֶת | קוּם vel קֹם |

### *Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | קָמוּ | קָמָה | קָם | 3. |
| קַמְתֶּן | קַמְתֶּם | קַמְתְּ | קַמְתָּ | 2. |
| Comm. | קַמְנוּ | Comm. | קַמְתִּי | 1. |

### *Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תְּקוּמֶנָה vel תְּקוּמֶיָנָה | יָקוּמוּ | תָּקוּם | יָקוּם | 3. |
| | תָּקוּמוּ | תָּקוּמִי | תָּקוּם | 2. |
| Comm. | נָקוּם | Comm. | אָקוּם | 1. |

*Sect.* VI. *de Verbis Imperf. Reg.* LXXIX.

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| קוּמְנָה | קוּמוּ | קוּמִי | קוּם | 2. |

*Participium activum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| קָמוֹת | קָמִים | קָמָה | קָם |

*Participium passivum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| קוּמוֹת | קוּמִים | קוּמָה | קוּם |

## N I P H A L.

*Infinitivus.*

הִקּוֹם vel הִקּוֹם

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | נָקוֹמוּ | נָקוֹמָה | נָקוֹם | 3. |
| נְקוּמוֹתֶן | נְקוּמוֹתֶם | נְקוּמוֹת | נְקוּמוֹתָ | 2. |
| Comm. | נְקוּמוֹנוּ | Comm. | נְקוּמוֹתִי | 1. |

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תִּקּוֹמְנָה | יִקּוֹמוּ | תִּקּוֹם | יִקּוֹם | 3. |
| תִּקּוֹמְנָה | תִּקּוֹמוּ | תִּקּוֹמִי | תִּקּוֹם | 2. |
| Comm. | נִקּוֹם | Comm. | אֶקּוֹם | 1. |

Im-

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIX.

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| הִקּוֹמְנָה | הִקּוֹמוּ | הִקּוֹמִי | הִקּוֹם | 2. |

*Participium.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| נְקוֹמוֹת | נְקוֹמִים | נְקוֹמָה / נְקוֹמֶת | נָקוֹם |

## H I P H I L.

*Infinitivus.*

הָקֵם vel הָקִים

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | הֵקִימוּ | הֵקִימָה | הֵקִים | 3. |
| הֲקַמֹתֶן / הֲקִימוֹתֶן | הֲקַמֹתֶם / הֲקִימוֹתֶם | הֲקַמֹת / הֲקִימוֹת | הֲקַמֹתָ / הֲקִימוֹתָ | 2. |
| Comm. | הֲקַמֹנוּ / הֲקִימוֹנוּ | Comm. | הֲקַמֹתִי / הֲקִימוֹתִי | 1. |

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תְּקִמֶנָה vel תְּקִימֶינָה | יָקִימוּ | תָּקִים | יָקִים | 3. |
| | תָּקִימוּ | תָּקִימִי | תָּקִים | 2. |
| Comm. | נָקִים | Comm. | אָקִים | 1. |

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXIX.

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| הָקֵמְנָה | הָקִימוּ | הָקִימִי | הָקֵם | 2. |

*Participium.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| מְקִימוֹת | מְקִימִים | מְקִימָה | מֵקִים |

## H O P H A L.

*Infinitivus.*

הוּקַם vel הוּקֵם

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | הוּקְמוּ | הוּקְמָה | הוּקַם | 3. |
| הוּקַמְתֶּן | הוּקַמְתֶּם | הוּקַמְתְּ | הוּקַמְתָּ | 2. |
| Comm. | הוּקַמְנוּ | Comm. | הוּקַמְתִּי | 1. |

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תּוּקַמְנָה | יוּקְמוּ | תּוּקַם | יוּקַם | 3. |
| תּוּקַמְנָה | תּוּקְמוּ | תּוּקְמִי | תּוּקַם | 2. |
| Comm. | נוּקַם | Comm. | אוּקַם | 1. |

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| הוּקַמְנָה | הוּקְמוּ | הוּקְמִי | הוּקַם | 2. |

*Participium.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| מוּקָמוֹת | מוּקָמִים | מוּקָמָה | מוּקָם |

LXXX.

LXXX. *Tertio* denique loco, in secunda Verborum quiescentium classe, se offerunt quae secundam radicalem Jod habent. Ea cum iis, quibus in medio Vav est, propinqua cognatione conjuncta sunt, & plerumque sua significatione parum vel nihil ab iis differunt. Ita promiscue fere usurpantur בִּין & בּוֹן *intelligere*; דִּין & דּוֹן *judicare*; שִׂים & שׂוֹם *ponere*; רִיב & רוֹב *litigare*; לִין & לוֹן *pernoctare*; &c.

*Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXX. Quiescentia secunda Jod.*

Illa Jod, quibusdam in Verbis, retinet suum motum; ut in אָיַב *hostiliter petiit.* Id semper fit in quiescentibus tertia He; ut הָיָה *fuit*; חָיָה *vixit.* In quibusdam modo movetur, modo quiescit; ut in עָיֵף *defatigatus est*, Jod servat motum in Praet. & Part. Kal, quem tamen in Futuro, יִיעַף, & יִעַף, amittit.

Manet quoque Jod mobilis in Speciebus mediam radicalem per dagesch duplicantibus; ut חִיֵּב *reum fecit*; הִצְטַיֵּד *commeatum sibi paravit.*

Ubi autem illa, mollioris soni causa, quiescit, non multum diversae sunt leges quietis ab iis, quas de media Vav, *Reg.* praecedente, enarravimus.

1. Jod, abjecta sua vocali vel sche-

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXX.

vate, quiescit in Chirek; ut בִּין intelligere, pro בִּין & בִּין; דִּינוּ judicate, pro דִּינוּ; נָזִיד coctus, pro נָזִיד, vel potius נָזִיד; יְמִיטוּ dimovebuntur, pro יְמִיטוּ.

1. Interdum, scribendi compendio, Jod, in Chirek quiescens, omittitur; ut שִׁתִי ponere *me*, *Exod.* 10: 1. pro שִׁיתִי.

2. Pro Chirek nonnunquam vicina vocalis Tseri substituitur, Jod omissa; ut תָּלֵן *pernoctabis*, pro תָּלִין; unde est, mutato Tseri, ob retractum accentum, in Segol, אַל־תָּלֶן *ne pernoctes*, 2 *Sam.* 17: 16. Pro hoc Segol Patach adhiberi solet, ob literam gutturalem, vel Resch; ut וַיָּעַף & *defatigabatur*, 1 *Sam.* 14: 28. ex יָעֵף, pro יָעִיף; וַיָּנַח & *quiescebat*, *Exod.* 10: 14. ex יָנֵחַ, pro יָנִיחַ; וַיָּסַר & *discedebat*, *Exod.* 8: 27. ex יָסֵר, pro יָסִיר. Item Patach, pro Tseri, amatur in Pausa, seu fine Periodi; ut תָּלַן *pernoctabis*, *Jud.* 19: 20. pro תָּלֵן, quod pro תָּלִין.

2. Quemadmodum media Vav, ita & Jod quibusdam in locis per contractionem eliditur; quod fit

*Primo*, in Praeterito Kal; ut זָד *tumuit*, pro זִיד, unde זָדוּ *tumuerunt*, pro זִידוּ. Quaedam tamen Verba, ad clarius me-

mediae radicalis indicium; Jod hic servant in Chirek quiescentem; ut בִּין *intellexit*, *Dan.* 9: 2. 10: 1. דִּיגוּ *piscati sunt*, *Jer.* 16: 16.

*Sect.* VI. *de Verbis Imperf.* *Reg.* LXXX.

*Secundo*, elisio fit in Participio Kal tam activo, quam passivo; ut שָׁר *canens*, pro שָׁיִר; לָן *pernoctans*, pro לָיִן; שׂוּם, & שִׂים, *positus*, pro שָׂיוּם, & שָׂיִם.

*Tertio*, Jod eliditur in tota Specie Hiphil; ut הֵזִיד *tumidum se reddidit*, pro הַזְיִיד; הָרִיק, & הָרֵק, *effundere*, pro הַרְיִק, & הָרִיק; יָרִיק, & יָרֵק, *effundet*, pro יַרְיִק, & יָרִיק; &c.

3. Praeformantium vocalis brevis, in Futuro Kal, Praeterito, & Participio, Niphal; omnibusque temporibus Hiphil, eandem ob causam, & eodem modo, in longam oppositam producitur, ut in quiescentibus media Vav; ut יָגִיל *exsultabit*; נָזִיר *coctus fuit*, & in Part. *coctus*; הֵרִיק *evacuavit*, *effudit*; מֵרִיק *evacuans*; הָרִיק, & הָרֵק, *evacuare*, & *evacua*; יָרִיק *evacuabit*.

Futurum in Kal, & Futurum in Hiphil, sola significatione a se invicem discerni possunt; ut יָרִיק, in Kal, est *vacuus erit*, in Hiphil, *eva-*

Sect. VI. *de Verbis Imperf. Reg.* LXXX.

*cuabit.* Illud est pro יְרִיק, Jod missa in quietem; hoc pro יְרַיֵּק, eadem elisa.

4. Adformantes asyllabae, uti in quiescentibus media Vav, accentum non deducunt; ut זָדָה *tumuit illa;* לִינוּ *pernoctate;* יָגִילוּ *exsultabunt.*

5. Ante Adformantes syllabicas eadem assumi potest epenthesis, quae in quiescentibus media Vav; ut רִיבוֹתָ *litigasti;* הֲרִיקֹתִי *effudi;* תְּהִימֶנָה *strepent*, f. Sine epenthesi est תָּגֵלְנָה *exsultabunt*, f. *Psalm.* 48: 12.

6. Species Hophal non videtur usitata esse in quiescentibus media Jod, sed mutuo sumta a cognatis, quae eandem Vav habent; ut רִיק *vacuum esse*, in Hophal habet quidem הוּרַק *evacuatus*, *effusus, fuit*; sed id proprie a cognato רוּק formatur.

Idem fit in Specie Pihlel, & inde derivatis Puhlal & Hithpahlel; ut a שִׁיר *canere*, in usu non est שִׁירֵר, sed שׁוֹרֵר, quod est a cognato שׁוּר. Supersunt tamen Nomina quædam ex Pihlel formata; ut כִּידוֹד *scintilla*, est a כִּידֵד, Pihlel Verbi כִּיד *tundere*, *extundere*, speciatim *scintillas*. Species autem dicta *geminata* non

minus

minus ad ea, quae mediam Jod, quam quae eandem Vav, habent, pertinet; ut חִלְחוּל, Reg. praecedente afflatum, non tantum a חוּל, sed & a חִיל, idem significante, formatur.

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXX.

Paradigma sufficiet solius Speciei Kal, quod tale est:

*Infinitivus.*

| f. | m. |
|---|---|
| בִּינָה | בִּין |

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. Plur. | f. Sing. | m. Sing. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | בָּנוּ | בָּנָה | בָּן | 3. |
| | בִּינוּ | בִּינָה | בִּין | |
| בַּנְתֶּן | בַּנְתֶּם | בַּנְתְּ | בַּנְתָּ | 2. |
| בִּינוֹתֶן | בִּינוֹתֶם | בִּינוֹת | בִּינוֹתָ | |
| Comm. | בַּנּוּ | Comm. | בַּנְתִּי | 1. |
| | בִּינוֹנוּ | | בִּינוֹתִי | |

*Futurum.*

| f. Plur. | m. Plur. | f. Sing. | m. Sing. | |
|---|---|---|---|---|
| תְּבִנָּה | יָבִינוּ | תָּבִין | יָבִין | 3. |
| vel | | | | |
| תְּבִינֶנָה | תָּבִינוּ | תָּבִינִי | תָּבִין | 2. |
| Comm. | נָבִין | Comm. | אָבִין | 1. |

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXI.

6. Denique observandum est, quiescentia tertia Aleph non raro mutuari suas formas ab iis, quorum tertia Vav, aut Jod, quiescit; qua de re inferius, *Reg.* LXXXIV.

Paradigma Speciei Kal, secundum quod reliquae facile inflecti possunt, sic se habet;

*Infinitivus.*

מצאת מצא מצא

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | מצאו | מצאה | מצא | 3. |
| מצאתן | מצאתם | מצאת | מצאת | 2. |
| Comm. | מצאנו | Comm. | מצאתי | 1. |

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תמצאנה | ימצאו | תמצא | ימצא | 3. |
| תמצאנה | תמצאו | תמצאי | תמצא | 2. |
| Comm. | נמצא | Comm. | אמצא | 1. |

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| מצאנה | מצאו | מצאי | מצא | 2. |

Par-

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXI. LXXXII.

*Participium activum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| מוֹצְאוֹת | מוֹצְאִים | מוֹצְאָה / מוֹצֵאת | מוֹצֵא |

*Participium passivum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| מְצוּאוֹת | מְצוּאִים | מְצוּאָה | מָצוּא |

*Quiescentia tertia Vav & Jod.*

LXXXXII. Ultimum inter Verba quiescentia locum tenent quae tertiam radicalem Vav, aut Jod, habent. De iis conjunctim agendum est, quia, ut significatione a se invicem non differunt, sed promiscue usurpantur, ita &, ratione *quietis*, communes fere leges sequuntur.

Vulgo ea *Quiescentia tertia He* dicuntur, quia Vav & Jod, ubi in fine ponuntur, plerumque He quiescentem sibi substituunt, quae probe distinguenda est ab He radicali. Haec enim suum proprium locum occupat; illa literis Vav & Jod vicaria succedit: haec semper est & manet mobilis, atque ideo, in fine vocis, puncto Mappik notatur; illa semper quiescit: haec, in medio posita, nihil patitur mutationis; illa, in media voce, nullum locum habet. Sic

a

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXII. a גָּבַהּ *altus fuit*, est גָּבַהְתָּ *altus fuisti*, גָּבְהוּ *alti fuerunt*, atque ita porro, secundum normam Verbi perfecti. Sed a גָּלָה *revelavit*, pro גָּלוּ & גָּלִי, nunquam fit גָּלְהָה, vel גָּלְהוּ, quod non nisi in fine vocis quiescens He, pro Vav aut Jod substituta, admittatur.

E contrario literae Vav & Jod motum suum interdum servant, & formae manent perfectae. Sic שָׁלַוְתִּי *tranquillus fui*, *Job*. 3: 26. est a שָׁלַו, unde & est Inf. foem. שַׁלְוָה, & Part. act. שָׁלֵו. A רָאָה *vidit*, est Inf. foem. רְאָוָה *videre*, *Ezech*. 28: 17. A רָוָה *irriguus fuit*, est Fut. Pihhel אֲרַיֵּו *irrigabo*, unde factum אֲרַיָּוֶךְ *irrigabo te*, *Jes*. 16: 9. Similiter a שָׁלָה, idem valente quod שָׁלַו, est יִשְׁלָיוּ *tranquilli erunt*, *Job*. 12: 6. retracto accentu pro יִשְׁלָיוּ. Item חָסָיָה *confugit*, f. *Psalm*. 57: 2. pro חָסְיָה, a חָסַי; יִרְבְּיֻן *crescent*, *Deut*. 8. 13. a רָבַי; תְּדַמְּיוּן *assimilabitis*, *Jes*. 40: 18. 25. a דָּמַי; עֹטְיָה *languescens*, f. *Cant*. 1: 7. quod a עָטַי; בּוֹכִיָּה *plorans*, f. *Thren*. 1: 16. pro בּוֹכְיָה, (conf. *Reg*. XLI. 3.) a בּוֹכִי, quod

a בְּכִי; מְמֻחָיִם *medullati*, *Jes.* 25: 6. a מְחִי; &c. &c. *Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXII.*

Sed longe frequentius illarum litera-rum motus, ob duriusculum, quem efficit, sonum, evitatur; & quidem aliter ad finem, aliter in medio.

I. Ad finem, Vav & Jod, amisso motu, plerisque in locis He quiescentem sibi substituunt, quae vocalem terminalem, quieti suae opportunam, assumit, & quidem eandem in iisdem omnium Specierum Temporibus & Modis.

1. In *Infinitivis masculinis* He quiescit in Cholem, vel Tseri; ut רְאֹה, & רְאֵה, *videre*, pro רְאָו, & רְאָו, cum Vav mobili; item רְאֵה, pro רְאֵי, cum Jod mobili Similiter נִדְמֹה *deleri*, עַנֵּה *adfligere*; הַעֲלֵה, & הַעֲלֹה, *educere*; &c.

Nonnunquam Vav manet, in Cholem quiescens; ut קְנוֹ *acquirere*, 2 *Sam.* 24: 24. הֹרוֹ וְהֹגוֹ *concipere & commeditari*, (quae sunt Speciei Pohel,) *Jes.* 59: 13. Similiter Jod mansit quiescens in חַכֵּי *exspectare*, *Hos.* 6: 9.

*Infinitivi foeminini*, in Tav exeuntes, Vav radicalem servant, in Cholem quiescentem; ut רְאוֹת, & רְאוֹת, *videre*, pro רְאֻוֶת, & רְאֻוֹת. Similiter הִכָּסוֹת *obtegi*;

הֻנָּחוֹת

Sect. VI. de Verbis Imperf. הַנְחוֹת *ducere*; הִשְׁתַּחֲוֹת, pro הִשְׁתַּחֲוָיוֹת, *semet incurvare*, Speciei Hithpahlel.

Reg. LXXXII. Sed qui in He, foeminini generis notam, desinunt, per contractionem elidere possunt Vav, aut Jod, radicalem; ut הַרְבָּה *multiplicare*, *Gen.* 3: 16. pro הַרְבּוֹת, vel הַרְבִּיָה Inf. foem. Hiphil, formae הַפְקָדָה. Forma plena mansit in הִשְׁתַּחֲוָיָה *semet incurvare*, 2 *Reg.* 5: 18.

2. *Praeterita* omnia He quiescenti Kamets praemittunt; ut עָשָׂה *fecit*, pro עָשַׂי, & עָשַׂו; נִבְנָה *aedificatus est*; בָּלָה *attrivit*; &c.

3. *Futura* plerumque Segol, rarius Tseri; ut יִבְכֶּה *flebit*; תִּהְיֶה, & תִּהְיֵה, *eris*; יְכַסֶּה *obteget*; יְגַלֶּה *revelabit*; &c.

4. *Imperativi* Tseri; ut רְאֵה *vide*; הֶרְפֵּה *remitte*; &c.

5. *Participia* Segol; ut בּוֹנֶה *aedificans*; דָוֶה *languens*; נִדְכֶּה *contusus*; מְכַסֶּה *obtegens*; &c.

Peculiare quid habent Participia Kal passiva, formae פָּקוּד, & פָּקִיד; ubi, cum in Schurek, & Chirek, He quiescere non possit, redeunt literae Vav & Jod, vel mobiles, vel quiescentes.

In forma פָּקוּד frequentissima est Jod mo-

mobilis; ut נָטוּי *extensus*, a נָטָה, vel potius a נָטַי: unde foem. נְטוּיָה, plur. נְטוּיִים, foem. נְטוּיוֹת. A רָאוּי *visus*, est רְאוּיוֹת, *Esth.* 2: 9. pro רְאוּיוֹת, secundum *Reg.* XLI. 3. Rarioris usus est Vav mobilis; ut a נָטוּי *extensus*, est נְטוּוֹת, *Jes.* 3: 16. & a עָשׂוּי *factus*, *paratus*, עֲשׂוּוֹת, 1 *Sam.* 25: 18. Mollior pronuntiatio, Vav servili suppressa, & radicali missa in quietem, pro עָשׂוּי dedit עָשׂוּ, ut reperitur *Job.* 41: 24. Sic & צָפוּ *captatus*, pro צָפוּי, *Job.* 15: 22.

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXII.

In forma פָּקִיד Jod radicalis in quietem cadit, servili Jod omissa; ut נָקִי *purgatus*, & hinc *innocens*, pro נָקִיי, a נָקָה. In inflexione tamen redit omissa Jod; ut foem. נְקִיָּה, pro נְקִייָה, plur. נְקִיִּם, pro נְקִייִם, foem. נְקִיּוֹת, pro נְקִייוֹת.

II. In medio, ubi He quiescens locum non habet, motus tertiae radicalis duplici modo evitatur.

1. Ante Adformantes syllabicas redit Jod, in Praeteritis quiescens in Chirek, vel Tseri, in Futuris autem & Imperativis in Segol; ut רָאִיתָ *vidisti*, pro רָאַיְתָ; נִבְנֵית *aedificata es*, pro נִבְנַיְתְּ; נִפְלֵינוּ *separati*

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXII. *rati sumus*; צִוֵּיתִי *praecepi*; תִּרְפֶּינָה *remissae erunt*, pro תִּרְפֶּינָה; רְאֶינָה *videte*, f. pro רְאֶינָה; &c.

Jod quiescens interdum hic omittitur; ut הָיִתָ *fuisti*, 2 *Sam.* 15: 33. כִּסִּתִי *texi*, *Ezech.* 31: 15. תַעֲשֶׂנָה *facient*, f. *Job* 5: 12.

2. Ante Adformantes asyllabas וּ & יִ, Vav & Jod, per contractionem, eliduntur; ut עָשׂוּ *fecerunt*, pro עָשׂוּוּ & עָשׂיוּ; יִרְדּוּ *dominabuntur*, pro יִרְדּוּוּ & יִרְדִּיוּ; תִזְנִי *scortaberis*, f. pro תִזְנִוִי & תִזְנִיִי; רְאִי *vide*, f. pro רְאוִי & רְאיִי.

Jod radicalis mansit in הִמְסִיו *liquefecerunt*, *Jos.* 14:8. ex הִמְסִיוּ. Id frequens est in Dialecto Chaldaica.

Eadem illa elisio locum quidem habuit in tertia sing. foem. Praeteritorum; sed, quia periret generis nota, si e. c. a masc. בָּנָה *aedificavit*, pro בָּנַו & בָּנַי, foemininum בָּנוָה aut בָּנִיָה in idem בָּנָה contraheretur, ideo assumta est, pro Adformante הָ, altera תְ, vel, ob contractionem, תְ. Sic pro בָּנִיָה dictum primo est בָּנַת, contracte ex בָּנְיַת. Talia

sunt

ſiunt עָשָׂת *fecit*, f. *Lev.* 25: 21. ex עָשָׂיַת; *Adn. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXII.*
הָגְלַת *deportata eſt*, *Jer.* 13: 19. ex הָגְלִית;
&c. dein autem, ad clarius generis indicium, huic Tav prior illa Adformans superraddita eſt, & ex בָּנַת factum בָּנְתָת; atque ita per omnes Species; ut נִבְנְתָה *aedificata eſt*; הָגְלְתָה *deportata eſt*; &c.

3. In inflexione Participiorum in He quieſcens deſinentium eliſio quoque fit tertiae radicalis; ut a גּוֹלֶה *revelans*, pro גּוֹלֵי & גּוֹלֶי, fit in foem. גּוֹלָה, pro גּוֹלְיָה & גּוֹלִיָּה; ſimiliter in plur. גּוֹלִים, in foem. גּוֹלוֹת.

Paradigma tale eſt:

## I. KAL.

### *Infinitivus.*

| f. | | m. |
|---|---|---|
| גְּלוֹת & גָּלוֹת | | גָּלֹה vel גְּלוֹ |

### *Praeteritum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | גָּלוּ | גָּלְתָה | גָּלָה | 3. |
| גְּלִיתֶן | גְּלִיתֶם | גָּלִית | גָּלִיתָ | 2. |
| Comm. | גָּלִינוּ | Comm. | גָּלִיתִי | 1. |

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXII.

*Futurum.*

| f. Plur. | m. Plur. | f. Sing. | m. Sing. | |
|---|---|---|---|---|
| תִּגְלֶינָה | יִגְלוּ | תִּגְלֶה | יִגְלֶה | 3. |
| תִּגְלֶינָה | תִּגְלוּ | תִּגְלִי | תִּגְלֶה | 2. |
| Comm. | נִגְלֶה | Comm. | אֶגְלֶה | 1. |

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. Plur. | f. Sing. | m. Sing. | |
|---|---|---|---|---|
| גְּלֶינָה | גְּלוּ | גְּלִי | גְּלֵה | 2. |

*Participium activum.*

| f. Plur. | m. Plur. | f. Sing. | m. Sing. |
|---|---|---|---|
| גּוֹלוֹת | גּוֹלִים | גּוֹלָה | גּוֹלֶה |

*Participium passivum.*

| f. Plur. | m. Plur. | f. Sing. | m. Sing. |
|---|---|---|---|
| גְּלוּיוֹת | גְּלוּיִים | גְּלוּיָה | גָּלוּי |

## II. N I P H A L.

*Infinitivus.*

| f. | m. |
|---|---|
| הִגָּלוֹת | הִגָּלֵה vel נִגְלֹה |

*Praeteritum.*

| f. Plur. | m. Plur. | f. Sing. | m. Sing. | |
|---|---|---|---|---|
| Comm. | נִגְלוּ | נִגְלְתָה | נִגְלָה | 3. |
| נִגְלֵיתֶן | נִגְלֵיתֶם | נִגְלֵית | נִגְלֵיתָ | 2. |
| Comm. | נִגְלֵינוּ | Comm. | נִגְלֵיתִי | 1. |

Fu-

*Futurum.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| תִּגָּלֶינָה | יִגָּלוּ | תִּגָּלֶה | יִגָּלֶה | 3. |
| תִּגָּלֶינָה | תִּגָּלוּ | תִּגָּלִי | תִּגָּלֶה | 2. |
| Comm. | נִגָּלֶה | Comm. | אֶגָּלֶה | 1. |

Sect. Mag. de Kerit. Imperfect. Reg. LXXXII.

*Imperativus.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. | |
|---|---|---|---|---|
| הִגָּלֶינָה | הִגָּלוּ | הִגָּלִי | הִגָּלֵה | 2. |

*Participium.*

| f. Plur. | m. | f. Sing. | m. |
|---|---|---|---|
| נִגְלוֹת | נִגְלִים | נִגְלָה | נִגְלֶה |

## III. PIHHEL.

*Infinitivus masc.* גַּלֵּה
*Infinitivus foem.* גַּלּוֹת
*Praeteritum.* גִּלָּה
*Futurum.* יְגַלֶּה
*Imperativus.* גַּלֵּה
*Participium.* מְגַלֶּה

## IV. PUHHAL.

*Infinitivus masc.* גֻּלֵּה
*Infinitivus foem.* גֻּלּוֹת
*Praeteritum.* גֻּלָּה

I 3 *Fu-*

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXII.

*Futurum.* יְגַלֶּה

*Imperativus.* גַּלֵּה

*Participium,* מְגַלֶּה

## V. HIPHIL.

*Infinitivus masc.* הַגְלֵה

*Infinitivus foem.* הַגְלוֹת

*Praeteritum.* הִגְלָה

*Futurum.* יַגְלֶה

*Imperativus.* הַגְלֵה

*Participium.* מַגְלֶה

## VI. HOPHAL.

*Infinitivus masc.* הָגְלֵה

*Infinitivus foem.* הָגְלוֹת

*Praeteritum.* הָגְלָה

*Futurum.* יָגְלֶה

*Imperativus.* הָגְלֵה

*Participium.* מָגְלֶה

## VII. HITHPAHHEL.

*Infinitivus masc.* הִתְגַּלֵּה

*Infinitivus foem.* הִתְגַּלּוֹת

*Prae-*

*Praeteritum.* הִתְגַּלָּה
*Futurum.* יִתְגַּלֶּה
*Imperativus.* הִתְגַּלֵּה
*Participium.* מִתְגַּלֶּה.

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXII. LXXX.II

*Forma apocopata in Futuris & Imperativis illorum Verborum.*

LXXXIII. Idem hoc Verborum quieſcentium genus inſignem quandam mutationem ſubire poteſt in omnibus Futuris, & quarundam Specierum Imperativis. Quaecunque enim Perſonae Futurorum in He quieſcentem deſinunt, nullaque Adformante auctae ſunt, perſaepe habent *formam apocopatam*, qua illa He, una cum praecedente vocali, prorſus perit. Eandem admittunt Imperativi Specierum Pihhel, Hiphil, & Hithpahhel.

Ratio hujus apocopes poſita eſt in accentus tonici retractione. Quando enim is, ob cauſas inferius indicandas, ex ultima ſyllaba ad penultimam revocatur, He quieſcens, & praecedens vocalis, facile abſorbentur. Sic e. c. a יְפַתֶּה *pellicietur*, factum eſt, accentu retracto, יְפַּתֶּה, &, ex hoc, יְפַּת; ut וַיְּפְתְּ *& pelliciebatur*, *Job.* 31:27. Item, a חַלֵּה *precare*, primo factum חַלֵּה, dein, He atque Tſeri abſorbtis, חַל, 1 *Reg.* 13:6.

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXIII. Haec apocope aliis in locis cum nulla, in aliis autem cum aliqua, ulteriore mutatione conjuncta est.

I. Nihil fere mutationis fit, praeter apocopen.

1. Ubicunque prima radicalis vocalem habet; ut in Futuro Niphal, & in Futuris & Imperativis Pihhel & Hithpahhel; ut יִגָּל, *revelctur*, ex יִגָּלֶה; וַיְכַל & *absolvebat*, ex יְכַלֶּה; הַס *sile*, ex הַסֵּה; וַיִּתְגַּל & *semet retegebat*, ex יִתְגַּלֶּה; הִתְחַל *aegrotum te simula*, ex הִתְחַלֶּה.

Observandum hic *primo*, dagesch forte post apocopen excidere; secundum *Reg.* XXVIII. 5. *secundo*, in Niphal, pro יִגָּל, scribi etiam posse יִגַּל, secundum *Reg.* XLI. 4. ut יִמַּח *deleatur*, *Psalm.* 109: 13. pro יִמָּח, ex יִמָּחֶה; *tertio*, Patach, ante ultimam Vav, in Kamets transire, secundum *Reg.* XLI 6. ut יִתְאָו *concupiscat*, *Psalm.* 45: 12. pro יִתְאַו, ex יִתְאַוֶּה.

2. Quando prima radicalis vel elisa est, vel quiescit; ut וַתֵּט & *declinabat*, f. ex תִּטֶּה, pro תִּנְטֶה; item, cum Tseri pro Chirek, secundum *Reg.* XLI. 6. יֵט *declinet*, pro יִט, ex יִטֶּה, pro יִנְטֶה; porro וַיַּךְ & *percutiebat*, ex יַכֶּה, pro יַנְכֶּה; הַט

*in-*

*inclina*, ex הַטֵּה, pro הַנְטֵה; וַיֵּאת & *veniebat*, ex יֶאֱתֶה, pro יֶאְתֶה, secundum Reg. XLII. 1. וַיּוֹר & *jaculabatur*, ex יוֹרֶה, pro יַוְרֶה, a וָרָה; וַיִּיף & *pulcher erat*, ex יִיפֶה. *Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXIII.*

3. Quando secunda radicalis in otium abit; ut וַיַּרְא & *videbat*; quod, secundum *Reg.* XLII. 2. est pro וַיִּרְא, quod ex *Reg.* XLI. 6. est pro וַיֵּרָא, a יִרְאֶה. Idem וַיַּרְא semel notat & *ostendebat*, 2 *Reg.* 11:4. ubi est ex יַרְאֶה, in Fut. Hiphil.

4. Quando duae consonantes, in fine post unam vocalem concurrentes, non efficiunt sonum duriorem, & facile unam in syllabam conjungi possunt; (conf. *Reg.* XLV.) ut וַיִּשְׁבְּ & *captivum ducebat*, ex יִשְׁבֶּה; יִחַדְּ *laetetur*, pro יִחְדְּ, ex יִחְדֶּה; &, cum Tseri pro Chirek, secundum *Reg.* XLI. 6. יֵרְדְּ *dominetur*, ex יִרְדֶּה; וַיֵּשְׁתְּ & *bibebat*, ex יִשְׁתֶּה; porro יַפְתְּ *dilatet*, ex יַפְתֶּה; וַיַּשְׁקְ *et potabat*, ex יַשְׁקֶה.

II. Ubi autem, post factam apocopen, duae consonantes, unam vocalem sequentes, non commode unam in syllabam coalescunt, earum concursus e-

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXIII.

vitatur secundum leges generales, quas supra *Reg.* XLVI. & XLVII. praestruximus; & quidem.

1. Ordinaria vocalis, quae in subsidium facilioris pronuntiationis assumitur, est Segol; ut וַיֶּקֶשׁ *& durus erat*, pro וַיִּקְשׁ, ex יִקְשֶׁה; וַיִּבֶז *& spernebat*, pro וַיִּבְז, ex יִבְזֶה; תֵּפֶן *convertaris*, pro תֵּפְן, quod pro תִּפְן, (secundum *Reg.* XLI. 6.) ex תִּפְנֶה; similiter וַתֵּרֶב *& augebatur*, f. pro וַתֵּרְב, quod pro וַתִּרְב, ex תִּרְבֶּה; &c.

2. Quodsi ultima, vel penultima, consonantium sit gutturalis, non Segol, sed Patach, adhibetur; ut וַיִּשַׁע *& respiciebat*, pro וַיִּשְׁע, ex יִשְׁעֶה; וַתֵּתַע *& errabat*, f. pro וַתֵּתְע, quod, (secundum *Reg.* XLI. 6.) pro וַתִּתְע, ex תִּתְעֶה; וַיִּחַן *& castra ponebat*, pro וַיִּחְן, ex יִחְנֶה; וַיַּעַשׂ *& faciebat*, pro וַיַּעְשׂ, ex יַעֲשֶׂה, quod pro יַעְשֶׂה dictum, secundum *Reg.* XLII. 1. Similiter יַעַל *adscendat*, pro יַעְל, ex יַעֲלֶה, quod, secundum *Reg.* eandem, pro יַעְלֶה; &c.

Sed ante ultimam Aleph manere solet Segol; ut וַתֵּרֶא *& videbat*, f. pro וַתֵּרְא,

quod

quod pro וַתֵּרֶא, ex תֵּרְאֶה; similiter נֵרֶא videamus, ex נִרְאֶה; וַתֵּלֶא & fatigabaris, ex תִּלְאֶה. Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXIII.

Pro isto Patach, ad quietem literae Vav, assumtum est Schurek in וַיִּשְׁתַּחוּ & semet incurvabat, pro וַיִּשְׁתַּחַו, quod pro וַיִּשְׁתַּחְו, ex יִשְׁתַּחֲוֶה.

3. In Futuro & Imperativo Hiphil; post assumtum Segol subsidiarium, etiam Patach Praeformantis, euphoniae causa, in Segol transit, secundum Reg. XLVI. 3. ut וַיֶּפֶר et foecundabat, pro וַיַּפֶר, quod pro וַיַּפְר, ex יַפְרֶה; הֶרֶף remitte, pro הַרֶף, & hoc pro הַרְף, ex הַרְפֵּה.

Si secunda radicalis sit gutturalis, Praeformans quidem servat Segol istud pro Patach substitutum, posterius autem Segol in Patach abit; ut וַיֶּתַע & errare faciebat, pro וַיֶּתֶע, quod pro וַיַּתְע, ex יַתְעֶה; תֶּמַח deleas, pro תֶּמֶח, quod pro תַּמְח, ex תַּמְחֶה.

Quodsi autem prima radicalis sit gutturalis, ad Praeformantem Patach, suo jure, manet, &, pro ultimo Segol, quoque Patach, euphoniae causa, assumitur; ut וַיַּעַל & faciebat adscendere, pro וַיַּעֶל,

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXII. LXXXIV.

וַיַּעַל, quod pro וַיַּעְל, ex יַעֲלֶה, formae יַגְלֶה; הַעַל fac adscendere, pro הַעְל, quod pro הַעֲל, ex הַעֲלֵה.

4. Denique quodsi secunda radicalis sit Jod, concursus duarum consonantium post unam vocalem evitatur per vocalis trajectionem, secundum *Reg.* XLVII. 2. ut וַיְהִי & *fiebat*, pro וַיְּהְי, ex יִהְיֶה; יְחִי *vivat*, pro יְחְי, ex יִחְיֶה.

*Commutatio formarum in Quiescentibus tertia radicali.*

LXXXIV. De postrema hac Verborum quiescentium classe adhuc observandum est, quae ultimam Aleph, & quae ultimam He, habent, interdum suas formas inter se commutare. Id eo facilius fieri potuit, quod eorum plurima sibi invicem cognata essent, & communem haberent significationem, vel saltem communem diversarum significationum originem.

I. Quiescentia tertia Aleph.

1. substituunt solam literam He, pro Aleph; ut רְפָה *sana*, *Psalm.* 60: 4. pro רְפָא; אֶרְפָּה *sanabo*, *Jer.* 3: 22. pro אֶרְפָּא.

2. servata Aleph, solam vocalem terminalem a Quiescentibus He mutuantur: ut כָּלִאתִי *cohibui*, *Psalm.* 119: 101. pro כָּלָאתִי, assumto Chirek, quale est

in גִּלֵּיתִי, a גָּלָה; מוֹצֵא inveniens, Eccles. 7: 26. pro מוֹצֵא; רִפֵּאנוּ sanavimus, Jer. 51: 9. pro רִפֵּאנוּ; הִנָּבְאוֹת prophetam agere, Zach. 13: 4. in Inf. foem. Niphal, terminatione ducta ex forma הִגָּלוֹת.

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXIV.

3. integram formam a Quiescentibus He mutuantur; ut a נָשָׂא sustulit, est נְשׂוּי sublatus, Psalm. 32: 1. quasi a נָשָׂה vel potius נָשִׁי; a רָפָא sanavit, est תִּרְפֶּינָה sanabunt, f. Job. 5: 18. velut a רָפָה; unde etiam ductae sunt formae יְרַפּוּ sanabunt, Jer. 8: 11. & נִרְפְּתָה sanata est, Jer. 51: 9. Item a צָמֵא sitivit, est צָמִת sitivisti, f. Ruth. 2: 9. suppressa Jod pro צָמִית, quasi a צָמָה; a כָּלָא est כָּלוּ cohibuerunt, 1 Sam. 6: 10. quasi a כָּלָה; unde etiam ductae sunt formae כְּלִתַנִי cohibuisti me, f. 1 Sam. 25: 33. & יִכְלֶה cohibebit, Gen. 23: 6. &c.

II. Quae tertiam He, pro Vav aut Jod vicariam, habent,

1. pro ea interdum Aleph substituunt; ut יִשְׂגֶּא crescet, Job. 8. 11. pro יִשְׂגֶּה; רָצָאתִי acquievi, Ezech. 43: 27. pro רָצִיתִי.

2. vo-

Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXIV LXXXV. 2. vocalem terminalem a Quiescentibus Aleph mutuantur; ut תְּכַלָה *consumetur*, 1 *Reg.* 17: 14. pro תִּכְלֶה, quasi esset תִּכְלָא; הֶחֱלִי *adflixit*, *Jes.* 53: 10. pro הֶחֱלָה, quasi esset הֶחֱלִיא; &c.

3. totam formam a finitis in Aleph mutuantur; ut a תָּלָה est תְּלָאוּם *suspenderunt eos*, 2 *Sam.* 21: 12. quasi a תָּלָא; a נָקָה est נָקִיא *innocens*, *Joël.* 4: 19. *Jon.* 1: 14. quasi a נָקָא; a רָפָה est מְרַפֵּא *relaxans*, *Jer.* 38: 4. quasi a רָפָא; a פָּרָה est יַפְרִיא *fructum feret*, *Hos.* 13: 15. quasi a פָּרָא. Frequens praesertim est, ut קָרָה *occurrit*, suas formas ducat a קָרָא, licet habente diversam, sibique propriam, *vocandi*, s. *clamandi*, significationem; ut יִקְרָא *occurret*, *Gen.* 49: 1. תִּקְרֶאנָה *occurrent*, f. *Exod.* 1: 10. נִקְרָא *obviam fieri*, 2 *Sam.* 1: 6. &c.

*Verba dupliciter imperfecta.* LXXXV. *Dupliciter imperfecta* dicuntur Verba habentia duas literas radicales vel defectui, vel quieti, obnoxias; ubi mutationes, quas singulae requirunt, concurrunt, si earum concursum Linguae analogia admittat. Illorum tres classes constitui possunt:

*Pri-*

*Prima* eorum, quorum ſimul prima, ſimul tertia, radicalis vel deficit, vel quieſcit; ut נְתַתֶּם *traditi eſtis*, a נָתַן; יִשָּׂא *tollet*, a נָשָׂא; יַכֶּה *percutiet*, a נָכָה; יֵתֵא *veniet*, ab אָתָא; יֹאפוּ *coquent*, ab אָפָה; תֵּצֵא *exibis*, a יָצָא; הוֹדוּ *celebrate*, a יָדָה; נִירֶה *jaculabimur*, a יָרָה. Sect. VI. de Verbis Imperf. Reg. LXXXV.

*Secunda* eorum, quorum ſimul media radicalis quieſcit, ſimul tertia deficit; ut לַנּוּ *pernoctavimus*, a לוּן, שַׂתָּ *poſuiſti*, a שׂוּת.

*Tertia* eorum, quorum ſimul ſecunda Vav, aut Jod, ſimul tertia Aleph, quieſcunt; ut יָבֹא *veniet*, a בּוֹא, unde &, omiſſa Aleph, eſt בָּנוּ *venimus*, 1 *Sam.* 25: 8. יָקִיא *vomet*, a קִיא.

Sed ſimul primam, ſimul ſecundam, radicalem vel deficere, vel quieſcere, aut ſimul ſecundam, ſimul tertiam, deficere, analogia non permittit. Concurſus quoque quieſcentis ſimul ſecundae Vav, aut Jod, ſimul tertiae He, fere non obvius eſt, niſi in formis Futurorum apocopatis, יְהִי *ſit*, pro יְהִי, ex יִהְיֶה, ab הָיָה, & יְחִי *vivat*, pro יְחִי, ex יִחְיֶה, a חָיָה.

*Sect VII. de Nomine: Reg. LXXXVI. LXXXVII.*

Addendum adhuc, Verba, quae simul secundam, simul tertiam, Jod habent, plerumque quidem sequi leges Quiescentium tertia Jod; ut חָיָה *vixit*, pro חָיַי, חָיִיתָ *vixisti*, pro חָיַיְתָּ; &c. posse tamen quoque formari ut Defectiva secunda radicali; ut חַי *vixit*, *Gen.* 5: 5. 11: 12. & alibi, pro eodem חָיַי, plane ut סַב, pro סָבַב; imo posse etiam priorem Jod mittere in quietem, ita ut idem חָיַי in חַי contrahatur, quemadmodum בַּיִן in בֵּן; sic est חָיָה *vixit illa*, *Exod.* 1: 16. uti ab illo בֵּן in foem. fit בֵּנָה.

## SECTIO VII.

## DE NOMINE.

*Consideranda in Nomine.* LXXXVI. In *Nomine* consideranda sunt *Derivatio*; *Forma*; *Qualitas*; *Genus*; *Motio*; *Numerus*; *Casus*; *Comparatio*; *Regimen*; *Mutatio* denique *literarum* & *vocalium*, quae illis accidere potest.

*Derivatio Nominum.* LXXXVII. *Derivatio* omnium Nominum fit a Radice, quae in Verbo continetur. Non tamen omnia proxime & immediate inde descendunt, sed plurima vel a Speciebus Verbi derivatis, vel etiam ab aliis Nominibus, deducuntur.

Quare

Quare derivatio Nominum aut *primaria* est, qua ad suam Radicem referuntur, aut *secundaria*, qua reducuntur vel ad Speciem Verbi derivatam, vel ad aliud Nomen, unde proxime descenderunt. *Sect. VII. de Nomine. Reg. LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX.*

E. c. זֵכֶר *recordatio*, & זִכָּרוֹן *monumentum faciens recordari*, primaria derivatione pertinent ad communem Radicem זָכַר *recordatus est*; posterius tamen inde non proxime descendit, sed a Specie ejus Verbi Pihhel, זִכֵּר *fecit recordari*, ad quam igitur, secundaria derivatione, referri debet. Item מֶלֶךְ *rex* & מַלְכָּה *regina*, etsi ambo veniunt a מָלַךְ *regnavit*, posterius tamen non immediate ab hac Radice, sed a Nomine illo priore, deducendum est.

LXXXVIII. *Forma* Nominum est constitutio literarum & vocalium, quas habent; & *ejusdem formae* Nomina sunt, quibus eadem est literarum & vocalium constitutio. *Forma Nominum.*

Dividuntur formae *primo*, in *nudas*, & *auctas*; *secundo*, in *perfectas*, & *imperfectas*.

LXXXIX. *Formae nudae* dicuntur, quae solis constant literis radicalibus. Eae omnes a Specie Verborum primitiva, Kal, derivantur. *Formae nudae.*

Ut discant tirones, Nominum formas alias ab aliis discernere, & ad suam originem referre,

 prae-

Sect. VII. de Nominib. Reg. LXXXIX.

praecipuarum brevem catalogum, secundum Verborum Species, unde derivantur, dispositum, exhibere constitui.

Plurimae a Specie Kal descendunt, tam nudae, quam auctae. Exempla nudarum, cum suis foemininis, quae inde proxime descendunt, haec sunt:

1. פָּקָד, & פְּקַד, foem. פְּקָדָה, פְּקֶדֶת; ut חָכָם *sapiens*; דָּבָר *sermo*; רָב, pro רָבָב, *multus*; עָם, pro עָמָם, *populus*; קְרָב *praelium*; צְדָקָה *justitia*; עֲטָרָה & עֲטֶרֶת *corona*.

2. פָּקֵד, vel פָּקִיד, & פְּקֵד, vel פְּקִיד, foem. פְּקֵדָה, פְּקִידָה, פְּקֶדֶת; ut שָׁכֵן *vicinus*; שְׁכֵנָה & שְׁכֶנֶת *vicina*; שָׁלֵיו *tranquillus*; כָּרֵשׂ *venter*; זְעֵיר *parvus*; שְׂרֵפָה *combustio*; פְּלֵיטָה *effugium*; רְמִיָּה, pro רְמִיָּה, *fraus*; סָס, pro סוּס, *tinea*; אֱמֶת, pro אֱמֶנֶת, *veritas*; רֶשֶׁת, pro יְרֶשֶׁת, *rete*; חָזֶה (cum Segol ob He quiescens) *pectus*; אָב, pro אֲבָה, *pater*; מְנָת, pro מְנָאת, quod pro מְנָאָת, *portio*; שְׁבוּת, pro שְׁבוּת, & שְׁבִית, pro שְׁבִית, *captivitas*.

3. פָּקִיד, & פְּקִיד, foem. פְּקִידָה; ut עָשִׁיר *dives*; רָקִיק *laganum*; כְּסִיל *stultus*; בְּרִיחַ *vectis*; סְפִינָה *navis*.

4. פָּקוּד, & פְּקוּד, foem. פְּקוּדָה, פְּקֻדַּת; ut

ut גָּדוֹל *magnus*; זְרוֹעַ *brachium*; אֵפוֹד, pro אֲפוֹד, *amiculum*; זְמוֹרָה *palmes*; קְטֹרֶת *suffitus*; אָחוֹת, pro אֲחוֹת, *soror*.

*Sect. VII. de Nomine. Reg. LXXXIX. XC.*

5. פָּקוּד, & פְּקוּד, foem. פְּקוּדָה; ut יָלוּד *natus*; גְּבוּל *terminus*; נְדוּד *jactatio*; מְרוּק *politura*; אֵסוּר, pro אֱסוּר, *vinculum*; בְּתוּלָה *virgo*.

6. פֵּקָד; ut לֵבָב *cor*; עֵנָב *uva*.

7. פּוֹקֵד, foem. פּוֹקְדָה, פּוֹקֶדֶת; ut כֹּהֵן *sacerdos*; רֹאֶה *propheta*; עוֹלָה, pro עוֹלִיָה, *holocaustum*; יוֹנֶקֶת *surculus*.

*Formae Segolatae.*

XC. Inter formas nudas peculiaris cura debetur iis, quae dicuntur *Segolatae*. Nam nisi rite intelligantur, multum difficultatis habent. Eae, origine sua, fuerunt monosyllabae, ad primam radicalem admittentes Patach, Tseri, Segol, Chirek, & Cholem. Sic exstiterunt formae פַּקְד, פֵּקְד, פֶּקְד, פִּקְד, & פֹּקְד. Non paucis in Nominibus, cum perfectis, tum maxime imperfectis, eae manserunt monosyllabae. conf. *Reg.* XLV. In plurimis tamen, ad evitandum concursum duarum consonantium unam vocalem sequentium, ad secundam radicalem assumserunt novam vocalem, ple-

Sect. VII. de Nomine. Reg. XC. rumque *Segol*, (unde *Segolatis* nomen est) interdum Patach, aut Chirek; secundum *Reg.* XLVI. Denique in quibusdam facta est, ob eandem illam rationem, vocalis trajectio a prima radicali ad secundam, juxta leges *Reg.* XLVII. indicatas.

Formas illas originales, & mutationes quas subierunt, nec non foemininas, immediate inde derivatas, uno in conspectu proponam.

1. פֶּקֶד, &, pro eo, פֶּקֶד, & פֵּקֶד, foem. פִּקְדָּה; ut גֶּיא *vallis*; גַּן, pro גֶּנֶן, גַּנָּה, *hortus*; אַף, pro אֶנֶף, *nasus*; בַּר, pro בָּרָר, בָּרָה, pro בַּרְה, *puritas*, *purus*; מוֹת, pro מָוֶת, *mors*; עוֹלָה, pro עַוְלָה, *iniquitas*; עַד, pro עֶדֶו & עֶדִי, *aeternitas*; שׁוְא, pro שָׁוְא, *vanitas*; מֶלֶךְ *rex*; מַלְכָּה *regina*; נַעַל *calceus*; זֶרַע *semen*; תָּוֶךְ *medium*; צַיִד, צֵידָה, vel צֵדָה, pro צַיְדָה, *venatio*; אָחוּ, pro אָחְוּ, ex אֶחֶו, (ad euphoniam ante Chet Kamets assumto) *juncus*, sic שָׂחוּ, ex שֶׂחֶו, *natatio*; זֶרַע *semen*; אֲרִי *leo*.

2. פְּקֶד, &, pro eo, פֵּקֶד, & פִּקֶד, foem. פִּקְדָה, פְּקֻדָּה; ut נֵרְדְּ *nardus*; חֵטְא, חֶטְאָה, *peccatum*; גֵּז, pro גֵּזֶז, גִּזָּה, *vellus*; גֵּרָה, pro גִּרְה, *rumen*; עֵז, pro עֵנְז, *capra*; חֵיק, vel

vel חֵק, *ſinus*; שֵׂיבָה, vel שֵׂבָה, pro שֵׂיבָה, *canities*; שֵׁם, pro שְׁמוֹ & שְׁמִי, *nomen*; גֵּא, pro גֵּאִי, גֵּאָה, pro גֵּאָיָה, *ſuperbia*; שֶׂה, pro שֶׂיִי, *pecus*; חֵלֶק, חֶלְקָה, *portio*; אֹמֶר, אִמְרָה, *dictio*; מֵצַח *frons*; הֶבֶל *vanitas*; חֵצִי, pro חֶצְיִ, *dimidium*. Sect. VII. de Nomine. Reg. XC.

3. פֶּקֶד, &, pro eo, פֵּקֶד, & פֵּקֶד, foem. פְּקֻדָּה; ut גֵּיא *vallis*; עַד, pro עֲדִי, *aeternitas*; חֶלֶד *aevum*; מְרִי, pro מֶרִי, *rebellio*; חֲלִי, חֶלְיָה, *ornatus*.

4. פֹּקֶד, &, pro eo, פֹּקֶד, & פִּקֹד, vel פְּקַד, & פֹּקֶד, foem. פְּקֻדָּה; ut שִׁיר, שִׁירָה, *cantio*; דּוֹר, pro דֹּוֶר, *orbis*; דּוּגָה, pro דּוּגָה, *piſcatio*; חִטָּה, pro חִנְטָה, *triticum*; פִּי, pro פְּיִי, *os*; כֶּבֶשׂ *agnus*; כִּבְשָׂה *agna*; דֶּמַע, דִּמְעָה, *lacrima*; שְׁבִי; שִׁבְיָה, *captivitas*; דְּבַשׁ *mel*; שְׁכֶם, שִׁכְמָה, *humerus*.

5. פֹּקֶד, &, pro eo, פֹּקֶד, & פְּקֹד, foem. פְּקֻדָּה, פְּקֻדָּה; ut קֹשֶׁט *rectitudo*; רֹאשׁ *caput*; גּוֹי *gens*; חֹק, pro חֹקֶק, חֻקָּה, *ſtatutum*; מֹר, pro מֹרֶר, מֹרָה, *amaritudo*; אוֹר, אוֹרָה, pro אוֹרָה, *lumen*; שֹׁד, pro שֹׁדִי, *mamma*; חֹרֶב, חָרְבָה, *vaſtitas*; אֹרַח, אֹרְחָה, *profectio*; בֹּהוּ *inanitas*; גֹּדֶל *magnitudo*; חֳלִי *morbus*.

*Sect. VII. de Nomine. Reg. XCI. XCII Formae auctae.*

XCI. *Formae auctae* sunt, quae, praeter literas radicales, unam pluresve serviles additas habent. Hae literae serviles duorum sunt generum; aliae enim soli Nominum formationi inserviunt, quae sunt hae sex, א. ה, י, מ, נ, & ת, eae, voce technica הֶאֱמַנְתִּי, i. e. *credidi*, comprehensae, vulgo *Heëmanticae* appellantur; aliae autem non diversae sunt ab iis, quae constituunt characteres Specierum Verbi derivatarum, a quibus Nomina has literas characteristicas habentia descendunt.

*Auctae literis Heëmanticis.*

XCII. Literis Heëmanticis auctae Nominum formae partim a Specie Kal, partim a Speciebus derivatis, partim denique ab aliis Nominibus, descendunt; ut מִשְׁמָר *custodia*, ducitur ex Kal Verbi שָׁמַר; חִפָּזוֹן *festinatio*, venit a Pihhel Verbi חִפֵּז; רַגְלַי *pedes*, ortum est a Nomine רֶגֶל *pes*.

Accedunt literae Heëmanticae vel a principio, vel a fine. A principio ponuntur א, י, מ, & ת. A fine adduntur ה, י, ם, ן, & ת.

Plurimae formae, literis Heëmanticis auctae, a Specie Verbi Kal, vel a Nominibus ab ea derivatis, descendunt. Eae sunt

I. Auctae a principio:

1. per

1. per א; ut אכזב *valde mendax*; ארבה *locusta*; איתן, vel אתן, pro איתן, *valde tensus*; אצבע *digitus*; אגרוף *pugnus*; אשמרת, אשמורה, *custodia*. *Sect. VII. de Nomine Reg. XCII.*

2. per י; ut יצהר *oleum*; יהלם *adamas*; יחמור *caprea rufa*; יקום *substantia*; יריב *litigator*.

3. per מ; quales vel actionem, vel locum, vel instrumentum, notant; ut משמר *custodia*, & *locus custodiae*, משאב *haustrum*; מרחב *locus amplus*; מזבח *altare*; מפתח *clavis*; מסתור *latibulum*; מטמון *thesaurus*; מלבוש *vestitus*.

4. per ת; ut תדהר *pinus*; תקוה *exspectatio*; תפארה, תפארא, *decus*; תחמס *struthio*; תושב *inquilinus*; תימן *auster*; תרדמה *sopor*; תושיה, pro תושיה, *soliditas*; תפלה *precatio*; תשועה *salus*; תלבשת *vestitus*; תגמול *retributio*; תחנונה *supplicatio*.

II. Auctae a fine;

1. per ה, praecedente Tseri, aut Segol; ut אריה *leo*; לבנה *populus* arbor; שמנה *octo*.

Sed ה, praecedente Kamets, terminatio est foeminina, de qua inferius, ubi de *Motione*.

2. per י, quae, praemisso Chirek, efficit adjectiva patronymica, gentilia, possessiva, varii-

 que

Sect. VII. de Nomine. XCII. que generis relationem exprimentia; ut עִבְרִי *Hebraeus*, a עֵבֶר; מִצְרִי *Aegyptius*, a מִצְרַיִם; נָכְרִי *ad peregrinum pertinens*, a נֵכָר; צְפוֹנִי *aquilonaris*, a צָפוֹן; רִאשֹׁנִי *ad primos pertinens*, a רִאשׁוֹן; אַכְזָרִי *ad crudeles referendus*, ab אַכְזָר.

Quodsi autem Jod Patach, aut Kamets, ante se habeat; alia est formae indoles; tunc enim vel rei multitudinem, sensu collectivo, exprimit, vel notat id quod, in suo genere, magnum & eximium est; ut גּוֹבָי *locustarum multitudo*, a גּוֹב; חַלּוֹנַי *fenestrarum multitudo*, a חַלּוֹן; כִּילַי *avarus admodum*, a כִּיל; שָׂדַי *ager magnus*, a שָׂדֶה; &c. Huc pertinent שַׁדַּי *robur magnum*, &, per metonym. *Deus omnipotens*, a שַׁד, quód a שָׁדַד; & אֲדֹנָי *dominus magnus*, item de *Deo*, ab אָדוֹן.

3. per ם, praecedente Kamets, aut Cholem; quae terminatio auget & intendit significationem; ut אָמְנָם *firmitas perfecta*, ab אֹמֶן; פִּדְיוֹם *redemtio perfecta*, a פִּדְיִ; יוֹמָם *dies omnis*, vel *totus*, a יוֹם; כִּנָּם *copia pediculorum*, a כֵּן, quod a כָּנַן.

4. per ן, item vel Kamets, vel Cholem, praecedente; ut קָרְבָּן *oblatio*, a קָרַב; בִּנְיָן *aedificium*, a בָּנָה; לִוְיָתָן *draco*, a לָוָה; שִׁלְטוֹן

*potestas*, a שָׁלַט; רִאשׁוֹן, pro רִאישׁוֹן, *primus*, a רֹאשׁ. *Sect. VII. de Nomine. Reg.*

5. per ת, alteram terminationem foemininam, de qua dicetur, ubi de *Motione*. Sed huc referri possunt duae terminationes serviles in ות exeuntes: XCII. XCIII.

וֹת, significationem intendens; ut חָכְמוֹת *sapientia magna*, a חָכְמָה; חוֹמוֹת *murus undique cingens*, a חוֹמָה; בָּמוֹת *delubrum excelsum*, a בָּמָה.

וּת, notans statum sui primitivi; ut מַלְכוּת *status regis, dignitas regia, imperium*, a מֶלֶךְ; פְּקִידוּת *status praefecti, praefectura*, a פָּקִיד; אַלְמָנוּת *viduitas*, ab אַלְמָן.

XCIII. Alterum genus literarum servilium, formas auctas constituentium, eas continet quae characteres efficiunt Specierum Verbi derivatarum. Ab his enim magnus Nominum numerus descendit, quae vel ita formata sunt, ut literae characteristicae adsint solae, vel ita, ut una pluresve Heëmanticae simul addantur. *Auctae literis characteristicis Specierum Verbi derivatarum.*

Formae Nominum descendentes a Speciebus Verbi derivatis eo dilligentius observandae sunt, quod non tantum ratio flexionis earum saepe ex hac derivatione intelligatur, sed & Nominum significatio pendeat ab ea vi & virtute, quam illae Species sibi habent propriam. Quare operae pre-

Sect. VII. de Nomine. Reg. XCIII.

pretium fuerit, praecipuarum formarum exempla, secundum ordinem Specierum, a quibus descenderunt, disposita, enotasse.

I. A *Niphal* veniunt נִצָּב, pro נוֹצָב, *capulus gladii*; נִכְרָתָה *excisio*; נְסִבָּה, pro נְסִבֶּבָה, *conversio*; נַפְתּוּל *colluctatio*.

II. A *Pihhel*; אִלֵּם *mutus*; חֵרֵשׁ, pro חִרֵּשׁ, *surdus*; אַחֵר *alius*; יִקְּהָה *obsequium*; שִׁמָּמָה, pro שְׁמָמָה, *desolatio*; אִוֶּלֶת *stultitia*; עַצָּבָה & עַצֶּבֶת, *constrictio*; בֶּהָלָה *consternatio*, צָרַעַת *lepra*; בִּקֹּרֶת *inquisitio*; בַּצֹּרֶת *siccitas*; אִכָּר *fossor*; גַּנָּב *fur*; פָּרָשׁ *eques*; אֶחָד *unus*; רַבָּה *jaculator*; צַדִּיק *justus*; עָרִיץ *formidolosus*; יִלּוֹד *natus*; קַנּוֹא *zelotypus*; גִּדּוּף *convitium*; אַלּוּף *socius*; בָּחוּר, vel בַּחוּר, *electus juvenis*; שִׁכָּרוֹן *inebriatio*; הֵרָיוֹן, contracte הֵרוֹן, *graviditas*; שַׁבָּתוֹן *cessatio*; יִדְּעֹנִי *ariolus*; עִקְּשׁוּת *perversitas*; חַלָּמוּת *somnolentia*; מְקָרֶה *contignatio*; מְבַשְּׁלָה *locus coquendi*; מְרַאֲשָׁה *locus caput reponendi*; מַכֶּלֶת, pro מַאֲכֶלֶת, *culter*; אֲבַטִּיחַ *melo*.

III. A *Puhhal*, vel *Pohhal*; ut יֻלָּד, vel יוֹלָד, *natus*; מוֹרָא, pro מְרָא, *saginatus*; קֻבַּעַת *faex*; סֹבֶל *onus*; כֻּתֹּנֶת *tunica*.

IV. Ab *Hiphil*; ut הַרְבֵּה *multum*; הִתּוּךְ, pro

pro הַנְּתוּךְ, *liquatio*; מַצָּה, & מַצּוּת, *rixa*; תּוֹכַחַת, תּוֹכֵחָה, *redargutio*; הוֹרָה *doctrina*. SECT. VII. *de Nominibus* Reg. XCIII.

V. Ab *Hophal*; ut מָעֳמָד *locus cui quid innititur*; מוּעָקָה *pressio qua quid arctatur*.

VI. Ab *Hitkpahhel*; ut הִתְחַבְּרוּת *consociatio*; תְּבַלֻּל, pro הִתְבַּלְּלוּ, *suffusio oculorum*.

VII. A *Paahel*; ut קָדֵשׁ, pro קָאדֵשׁ, *sanctus*; בָּגוֹד, pro בָּאגוֹד, *perfidus*; שָׁלִישׁ, pro שָׁאלִישׁ, *praefectus*; גָּלוּת pro גָּאלוּת, *captivitas*; דָּלִית, pro דָּאלִית, *ramus propendulus*. Ex *Hitbpaahel* est תְּעָלָה, pro הִתְעָאלָה, *aquaeductus*.

VIII. A *Pohel*; ut שׁוֹמֵם *desolatio*; עוֹלֵל *racemus*; דּוֹבְרָה *ratis*; סוֹלְלָה *agger*.

IX. A *Pohal*; ut אוֹצָר *thesaurus*; כּוֹתָרָה, כּוֹתֶרֶת, *coronamentum*.

X. A *Piibel*, vel *Pebel*; ut תִּימֹרָה *palma*; עֵילֹם *tempus occultum*; צִינֹק *compes*; הֵילֵל *lucifer*; נֵכָר *peregrinus*; רֵעָה *amicus*; צֵלָחָה *catillus*.

XI. A *Puuhal*; ut שׁוּעָל *vulpes*; כּוּמָז *cingulum bullatum*; דּוּמִיָּה, pro דּוּמִיָּה, a דּוּמָה, *silentium*; *quies*.

XII. A *Pibel*; ut צַוָּאר, pro צַוְאָר, *collum*;

Sect. VII. de Nomine. Reg. XCIII.

*lum*; נְבָאת, pro נְכֹאת, *aromatis* genus, שְׂמאל, pro שְׂמֹאל, *sinistra manus.*

XIII. A *Pihel*; ut פִּרְחָה *pullities*; סַגְרִיר *imber*; חַכְלִיל, unde est חַכְלִילִי *rubicundus*; שַׁעֲרוּר *horribilis*; נִאֻפוּף *moechatio*; פְּאֵרוּר, pro פְּאַרְוַר, *splendor*; נָאוָה, pro נָאוֶה, ex נָאוֶה, *decorus*; לוֹצֵץ, pro לוֹצֵץ, *irrisor*; רוֹמֵם, pro רֹמֵם, unde רוֹמְמָה, & רוֹמְמוּת, *exaltatio*; קוֹמֵם, pro קוֹמֵם, unde קוֹמְמִי, a quo est קוֹמְמִיּוּת *statura erecta.*

Huc pertinent plurima, quorum tertia radicalis dagesch forte habet, vel in flexione assumit; ut פְּלֻגָּה, pro פְּלֻגְגָה, *divisio*; כְּלִמָּה, pro כְּלִמְמָה, *ignominia*; אֲחֻזָּה, pro אֲחֻזְזָה, *res possessa*; אֲבַדּוֹן, pro אֲבַדְדוֹן, *exitium*, גָּמָל, pro גָּמְלל, *camelus*, unde plur. גְּמַלִּים, pro גְּמַלְלִים; עָגוֹל, pro עָגְלוֹל, *rotundus*, unde foem. עֲגֻלָּה, pro עֲגֻלוֹלָה; חָרוּל, pro חָרְלוּל, *urtica*, unde plur. חֲרֻלִּים, pro חֲרֻלוּלִים, לְאֹם, pro לְאֹמֹם, *natio*, plur. לְאֻמִּים, pro לְאֻמְמִים.

XIV. A *Puhal*; ut אֻמְלָל *languor*; שׁוֹבָב, pro שׁוֹבֵב, *aversus.*

XV. Ab *Hithpahlel*; ut הִשְׁתַּחֲוָיָה *incurvatio sui*; תְּקוֹמֵם, pro הִתְקוֹמֵם, *adversarius.*

XVI.

XVI. A *Pehalhal*; ut הֲפַכְפַּךְ *tortuosus*; אֲסַפְסוּף *promiscua turba*; עֲרִירִי, pro עֲרִירִי, *sterilis*. *Sect. VII. de Nomine. Reg. XCIII. XCIV.*

A *Schiphel* esse שַׁלְהֶבֶת *flamma*, supra annotatum est, p. 50. Ita & aliae quaedam Species Verbi ex Nominibus derivatis restitui possunt; ut פַּלְאֵךְ, unde est עֲזָאזֵל *piaculum amovendum*, פְּקוּקֵד, unde חֲצֹצְרָה *tuba*; &c. &c.

XCIV. *Formae* Nominum *perfectae* sunt, quae, a Verbis perfectis ductae, tres literas radicales habent praesentes & mobiles; ut a Verbo perfecto מָלַךְ veniunt Nomina מֶלֶךְ, מַלְכָּה, מְלוּכָה, מַלְכוּת, מַמְלָכָה, מֹלֶכֶת, &c. *Formae perfectae & imperfectae.*

*Imperfectae formae* sunt, quae, a Verbis imperfectis derivatae, vel sunt *pluriliterae*, vel *defectivae*, vel *quiescentes*.

I. *Pluriliterae*, a Verbis pluriliteris ductae, variae sunt, pleraeque quadriliterae, pauciores quinqueliterae; ut חַרְצֹב, חַרְצֻבָּה, *vinculum stringens*; זַלְעָפָה, vel זִלְעָפָה, *ventus urens*; זַרְזִיף *imber copiosus*; גַּלְמוּד *dura silex*; חַלָּמִישׁ *petra praedura*; צְפַרְדֵּעַ *rana*.

Huc referri possunt, quae tamen aliquantum diversae sunt indolis, *Composita* ex duobus Nominibus, qualia haud adeo multa reperiuntur; ut אֲרִיאֵל *leo Dei*; ex אֲרִי & אֵל; בְּלִיַּעַל *nequi-*

Sect. VII. de Nomine. Reg. XCIV.

*quitia*, quasi *defectus utilitatis*, ex בלי & יעל; קיקלון *convomitio ignominiosa*, ex קיא & קלון; צלמות *umbra mortis*, secundum plerosque, compositum ex צל & מות, quod tamen aliis potius videtur esse simplex, formae plenae פקדות, quae alibi in פקדות contracta est, a צלם *obscurus fuit*.

II. *Defectivae* formae sunt ductae a Verbis, quorum vel prima, vel secunda, vel tertia, litera radicalis deficit. Dantur itaque

1. defectivae *prima* radicali; ut מתנה *donum*, pro מנתנה, מצע *stratum*, pro מוצע; עדה *coetus*, pro יעדה; מקח *acceptio*, pro מלקח.

2. defectivae *secunda* radicali; ut לב *cor*, pro לבב; לבה idem, pro לבבה; עי *acervus*, pro עיי; מצר *locus arctus*, pro מצרר; תפלה *precatio*, pro תפללה; מגלה *convolutio*, *volumen*, pro מגללה.

Adde Nomina derivata a Speciebus geminatis Verborum secunda radicali defectivorum; ut גלגל *rota*, à גלגל, & גלגלת *cranium*, a גלגל, quod utrumque est a גלל. Talia interdum, euphoniae causa, literae priorem syllabam claudentis elisionem patiuntur; ut בבל *Babel*,

*bel*, pro בַּלְבֵּל, a בִּלְבֵּל, quod a בָּלַל; כּוֹכָב Sect. VII. de Nomine.
*stella*, pro כִּבְכָּב, a כִּבְכַּב, passivo Speciei Reg.
geminatae כִּבְכֵּב, quae a כָּבַב. XCIV.

3. defectivae *tertia* radicali; ut שַׁבָּת *cessatio*, *sabbathum*, pro שַׁבֶּתֶת; אֱמֶת *veritas*; pro אֱמֶנֶת; מַתָּת *donatio*, pro מַתֶּנֶת, a נָתַן; אַחַת *una*, pro אַחֶדֶת.

III. *Quiescentes* formae, ductae a Verbis, quorum vel prima, vel secunda, vel tertia, litera radicalis quieti est obnoxia. Sunt igitur

1. quiescentes *prima* radicali; ut מֹאזֵן *libra*, pro מַאְזֵן; תּוֹלְדָה *generatio*, pro תַּוְלְדָה; מִישׁוֹר *planities*; אֵיתָן, vel אֵתָן, *valde tensus*, pro אַיְתָן.

2 quiescentes *secunda* radicali; ut רִאשׁוֹן *primus*, pro רִאְשׁוֹן; מְלָאכָה *opus*, pro מַלְאָכָה; יוֹם *dies*, pro יָוֹם; שׁוּל *lacinia*, pro שְׁוֻל; שׁוּחָה *fovea*, pro שְׁוּחָה; מָקוֹם *locus*, pro מַקְוֹם; תְּשׁוּעָה *salus*, pro תַּשְׁוּעָה; שִׂיד *calx*, pro שְׂיִד, שִׂיחָה *meditatio*, pro שְׂיִחָה; מְדִינָה *locus judicii*, pro מַדְיִנָה.

Observatum est supra, a Verbis secunda Vav & Jod quiescentibus duci quoque Species geminatas. Inde itaque etiam Nomina derivantur; ut,

Sect. VII. de Nomine. Reg. XCIV. XCV.

ut עַפְעַף *palpebra*, a עִפְעֵף, quod a עוּף; טַלְטֵלָה *projectio*, a טִלְטֵל, quod a טוּל. Ubi litera priorem syllabam claudens interdum eliditur, plane ut in iis, quae sunt a Verbis defectivis; ut כִּכָּר *orbis*, pro כִּרְכָּר, a כִּרְכֵּר, quod a כּוּר; טוֹטָפָה *monile*, pro טַפְטָפָה, a טִפְטֵף, passivo Verbi טִפְטֵף, quod a טוּף.

3. quiescentes *tertia* radicali; ut חַטָּאת *peccatum*, pro חַטַּאַת; מְלֵאת *impletio*, pro מְלֵאַת; בֹּהוּ *inanitas*, pro בֹּהֻו; פְּרִי *fructus*, pro פְּרְי; מַרְאֶה *adspectus*, pro מַרְאֵו & מַרְאֵי; שְׁבוּת, & שְׁבִית, *captivitas*, pro שְׁבֻות, & שְׁבִית.

Multis quoque in Nominibus tertia Vav, Jod, vel He pro iis substituta, prorsus absorbetur; ut אָב *pater*; בֵּן *filius*; עַד, vel עֹד, *perpetuitas*; מַעַל *locus superior*.

Qualitas Nominum.

XCV. *Qualitate* Nomina vel sunt *substantiva*, vel *adjectiva*; & substantiva vel sunt *propria*, vel *appellativa*. *Propria* sunt יְהוָה *Jehova*; מֹשֶׁה *Moses*; מִצְרַיִם *Aegyptus*; יַרְדֵּן *Jordanes*. *Appellativa*, אֱלוֹהַּ *deus*; עֶבֶד *servus*; חָכְמָה *sapientia*. *Adjectiva*, טוֹב *bonus*; חָכָם *sapiens*; עִבְרִי *Hebraeus*. Horum indolem sequuntur *Participia*, tam activa quam passiva; ut פּוֹקֵד *inspiciens*; פָּקוּד *inspectus*.

Ut

Ut aliis in linguis, ita & in Hebraea, plurima adjectiva, & participia, per ellipsin acceperunt usum substantivum; ut חָצֵר *atrium*, proprie *cingens*, scil. locus, domum undique ambiens; בְּהֵמָה *bestia*, propr. *bruta*, scil. pecus; כֹּהֵן *sacerdos*, prop. *appropinquans*, scil. ad sacra loca בָּחוּר *juvenis*, propr. *delectus*, qui ea aetate est, quâ ad militiam deligitur; נִצָּב *capulus* gladii, propr. *infixus*, quod ille laminae infigatur; &c. Vicissim plurimae substantiva, per appositionem juncta substantivis aliis, usum adjectivum obtinuerunt; ut עַם רָב *populus multitudo*, i. e. *populus multus*; דֶּרֶךְ חֹשֶׁךְ *via caligo*, i. e. *caliginosa*; *homo* אֶרֶךְ אַפַּיִם *longanimitas*, (propr. *longitudo narium*) i. e. *longanimus*. Sect. VII. de Nomine. Reg. XCV. XCVI.

XCVI. *Genus* Nominum duplex est, *masculinum* & *foemininum*: quae utrumque admittunt, dicuntur generis *communis*. Genus Nominum.

*Neutro* genere Hebraei carent; sed pro eo fere usurpant foemininum; ut טוֹבָה *bonum*; רָעָה *malum*; נִפְלָאוֹת *mirabilia*.

I. *Masculina* sunt, vel terminatione, vel significatione.

*Terminatione* masculina sunt pleraque eorum, quae exeunt vel in literam radicalem, vel in talem servilem, quae non sit nota generis foeminini; ut דָּבָר

Sect. VII. de Nomine. *sermo*; צַדִּיק *justus*; אַרְיֵה *leo*; עִבְרִי *Hebraeus*; אוּלָם *vestibulum*; חָרוֹן *ardor*.

Reg. XCVI. *Significatione* masculina sunt, quae, ob naturam subjecti significati, hoc genus requirunt; ut יוֹנָה *Jonas*; פֶּחָה *praefectus*.

II. *Foeminina* item sunt, vel terminatione, vel significatione.

*Terminatione* foeminina sunt, quae exeunt in He, praecedente Kamets, vel in Tav servilem; ut אִמְרָה *dictio*; בְּהֵמָה *pecus*; אֱמֶת *veritas*; חַטָּאת *peccatum*; מַלְכוּת *regnum*; רֵאשִׁית *principium*.

*Significatione* foeminina sunt, quae subjectum foeminei sexus significant; ut רָחֵל *Rachel*; אֵם *mater*; שֵׁגַל *uxor*; פִּלֶגֶשׁ *concubina*. Adde nomina propria *regionum* & *urbium*, quae, quia sunt quasi *matres* suorum civium, plerumque foeminino genere usurpantur; ut אֱדוֹם *Idumaea*; חֶבְרוֹן *Chebron*.

III. *Communis* generis sunt

*primo*, multa animalium nomina, quae, sub una terminatione, utrumque genus admittunt; ut גָּמָל *camelus*, mas, & foemina; דֹּב *ursus*, & *ursa*.

se-

*secundo*, plurima Nomina masculinam quidem habentia terminationem, sed sua significatione ad masculinum genus non restricta; ut שְׁאֹל *orcus*; אָרוֹן *arca*; בֶּגֶד *vestis*; שֶׁמֶשׁ *sol*. Sect. VII. de Nomine. Reg. XCVI. XCVII.

Eorum quaedam, etsi utrumque genus recipiunt, plerumque tamen sunt foeminina; ut אֶרֶץ *terra*; נֶפֶשׁ *anima*; יָד *manus*; זְרוֹעַ *brachium*.

In quibusdam adeo usu praevaluit foemininum genus, ut, licet probabile sit ea olim communia fuisse, nunc tamen in masculino non reperiantur; ut חֶרֶב *gladius*; כּוֹס *poculum*; אֹזֶן *auris*; עִיר *urbs*; & alia nonnulla, ex lectione discenda.

XCVIII. *Motio* Nominum est eorum flexio ex genere masculino in foemininum, addita foeminina terminatione. Motio Nominum.

Haec motio non tantum locum habet in adjectivis, participiis, & iis substantivis, quae, sua significatione, generis masculini & foeminini discrimen requirunt, sed etiam in talibus substantivis, quae denotant res neutrum ad sexum referendas. In his itaque masculinam inter & foemininam formam fere nullum notabile est significationis discrimen. Talia e. c. sunt גַּן, & גַּנָּה, *hortus*; גֶּבַע, & גִּבְעָה, *collis*; מִשְׁמָר, & מִשְׁמֶרֶת, *custodia*. Interdum tamen foemi-

Sect. VII. de Nomine. nina forma notat aliquid minus & debilius, quam masculina. Ita conjunguntur מַשְׁעֵן & מַשְׁעֵנָה, *fulcrum firmius*, & *fulcrum debilius*, *Jes.* 3: 1.

Reg. XCVII. Terminatio foeminina duplex est, He quiescens, & Tav.

Prior, He quiescens, accedit per Kamets, cui accentus adhaeret; ut טוֹבָה *bona*, a טוֹב; מַלְכָּה *regina*, a מֶלֶךְ.

Pro hac He, interdum, ex dialecto Chaldaica, Aleph substituitur; ut מַטָּרָא *scopus*, *Thren.* 3: 12. קָרְחָא *calvities*, *Ezech.* 27: 31.

Posterior, Tav, plerumque ante se habet geminum Segol, vel, ob literam gutturalem, geminum Patach, accentu ad syllabam penultimam relicto; ut פּוֹקֶדֶת *inspiciens*, f. a. פּוֹקֵד; שׁוֹמַעַת *audiens*, f. a. שׁוֹמֵעַ. Interdum tamen penultima vocalis est Tseri, non raro Cholem; ut אִשֵּׁת *foemina*, pro אִשֶּׁת, ab אִישׁ; חֲמֵשֶׁת *quinque*, a חָמֵשׁ; קְטֹרֶת *suffitus*, a קָטַר; מַחֲגֹרֶת *cinctura*, a מַחֲגֹר; בַּצֹּרֶת *siccitas*, a בָּצַר; נְפֹצֶת *diffusa*, a נָפוֹץ.

1. Multae Nominum formae utramque terminationem recipiunt; ut פּוֹקְדָה & פּוֹקֶדֶת, a פּוֹקֵד; נִפְקָדָה & נִפְקֶדֶת, a נִפְקָד; מִשְׁמָרָה & מִשְׁמֶרֶת, a מִשְׁמָר; מִשְׁפָּחָה & מִשְׁפַּחַת, a מִשְׁפָּח;

a מִשְׁפָּח; מִפְקִידָה & מִפְקֶדֶת, a מִפְקִיד & מִפְקָד; תּוֹכַחְה & תּוֹכַחַת, a תּוֹכָח. *Sect. VII. de Nomine. Reg. XCVII.*

Prioris tamen terminationis usus multo latius patet, quam posterioris. Illam enim fere omnes formae masculinae, hanc non omnes, admittunt.

*Primo*, terminationem Tav respuunt complures formae exeuntes in vocalem longam immutabilem; ut a קָם *stans*, pro קוּם, fit foem קָמָה, non קָמֶת, neque קָמַת; a פָּקוּד *inspectus*, fit foem. פְּקוּדָה, non פְּקוּדֶת, neque פְּקֻדַּת; a נָבִיא *propheta* est נְבִיאָה, non נְבִיאֶת, neque נְבֵאת.

*Secundo*, solam terminationem He recipiunt formae penultimam syllabam puram non habentes; ut a חֹק *statutum*, fit foem. חֻקָּה, non חֻקַּת; a מֶלֶךְ *rex*, quod est pro מַלְךְ, fit foem. מַלְכָּה *regina*, non מַלְכֶּת, neque מְלֶכֶת, hoc enim est a מְלֶךְ; a קָטָן *parvus*, pro קָטֵן, forma ex Pihlel ducta, fit foem. קְטַנָּה, non קְטַנֶּת.

2. Etsi terminatio in Tav exiens, si sit plena, penacuta est, dantur tamen variae ejus contractiones, quae formas reddunt acutas. Tales exeunt

א. in ת ; ut חַטָּאת *peccatum*, ex חַטָּאֶת; מְנָת *portio.*, ex מְנָאֶת. Sic פֹּרָת *frugifera*; מִקְצָת *pars*; מָחֳרָת *dies crastinus*.

*Sect. VII. de Nomine. Reg.* XCVII. XCVIII. XCIX.

ב. in ־ת ; ut לֶת *parere*; ex לֶדֶת ; אַחַת *una*, ex אחדת ; מְשָׁרֵת *ministrans*, f. ex מְשָׁרֶתֶת ; בַּת *filia*, ex בֶּנֶת.

ג. in ־ת ; ut מֹצֵאת, vel מֹצֵאת, *inveniens*, f. ex מֹצֵאת ; שְׂאֵת, vel שְׂאֵת, *elatio*, ex שְׂאֵת ; תֵּת *dare*, ex תֵּנֶת.

ד. in ־ת ; ut אֱמֶת *veritas*, ex אֱמֶנֶת.

ה. in ־ת ; ut בְּרִית *foedus*, ex בְּרִית ; רֵאשִׁית *principium*, ex רֵאשִׁית.

ו. in ות ; ut אָחוֹת *soror*, ex אָחֹוֶת ; חֲצוֹת *dimidium*, ex חֲצוֹת.

ז. in ות ; ut גָּלוּת *captivitas*, ex גָּלוּת ; דְּמוּת *similitudo*, ex דְּמוּת.

*Numerus singularis.* XCVIII. *Numerus* est triplex; Singularis, Dualis, & Pluralis

*Singularem* exire vel in literam radicalem, vel in servilem, ex superioribus jam satis intelligitur; ut רֶגֶל *pes*; שֻׁלְחָן *mensa*; מַלְכָּה *regina*.

*Dualis.* XCIX. *Dualis* formatur per additam terminationem servilem ־ַיִם, quae, sine generis discrimine, ad masculina & foeminina accedit; ut שׁוֹקַיִם *crura*, s. *utrumque crus*, a שׁוֹק ; שְׂפָתַיִם *labia*, s. *utrumque labium*, a שָׂפָה.

1. Ter-

1. Terminatio haec יִם interdum in יִם contrahitur; ut שְׁנַיִם duo, pro שְׁנַיִם; שְׁתַּיִם duae, pro שְׁתַּיִם. Sect. VII. de Nomine. Reg. XCIX. C.

2. Dualis potissimum usurpatur de *binis*, seu iis, quae, vel natura, vel arte, gemina sunt; ut יָדַיִם *binae manus*; עֵינַיִם *bini oculi*; שִׁנַּיִם *bini dentium ordines*, &, per metonymiam, ipsi *dentes*; נַעֲלַיִם *bini calcei*, s. *par calceorum*; רֵחַיִם *bini lapides molares*, &, per meton. ipsa *mola*. Talia saepe Dualem servant, ubi numerus major duobus additur; ut אַרְבַּע רַגְלַיִם *quatuor pedes*, *Lev.* 11: 23. שֵׁשׁ כְּנָפַיִם *sex alae*, *Jes.* 6: 2.

Rarius adhibetur Dualis de *duobus*; ut יוֹמַיִם *duo dies*, *biduum*; שְׁנָתַיִם *duo anni*, *biennium*, מָאתַיִם *ducenta*; אַלְפַּיִם *duo millia*; כִּכָּרַיִם *duo talenta*. Frequentioris usus de *duobus* est Pluralis, praemisso שְׁנֵי, aut שְׁתֵּי; ut שְׁנֵי מְלָכִים *duo reges*, non מְלָכַיִם; שְׁתֵּי שְׁפָחוֹת *duae ancillae*, non שְׁפָחָתַיִם.

C. *Pluralis* terminatio alia est masculina, alia foeminina. Pluralis.

*Masculina* desinit in יִם, vel, omissa Jod, in ִם; ut טוֹבִים, vel טֹבִם, *boni*, a טוֹב; גּוֹיִם *gentes*, a גּוֹי.

 Foe-

Sect. VII. de Nomine. Reg. C. *Foeminina* exit in וֹת, vel, omissa Vav, in ת; ut טוֹבוֹת, vel, טוֹבֹת, *bonae*, a טוֹבָה.

1. Masculina terminatio pro *Mem* interdum *Nun*, ex Chaldaica dialecto, habet; ut מַלְכִין *reges*, *Prov.* 31: 3 אִיִּן *insulae*, *Ezech.* 26: 18.

2. Nomen שָׁמַיִם *coeli*, non duale, sed plurale pro שְׁמַיִּים, ex שָׁמַיִים, a Sing. שָׁמַי *altus*, accentum in penultima habet, ut per eum Jod elisa compensetur; ubi & eandem ob rationem, eum habet מַיִם *aquae*, a Sing. מַי. Scribitur autem שָׁמַיִם pro שָׁמִים, secundum Reg. XLI. 4. Ea Pluralis terminatio frequens est apud Chaldaeos, in derivatis a Verbis tertia Jod quiescentibus.

3. Foeminina terminatio interdum, sed raro, est ת, pro וֹת, ex dialecto Chaldaica; ut תְהִלֹּת *laudes*, *Psalm.* 9: 15 עֵצֹת *consilia*, *Jes.* 47: 13.

4. Terminatio pluralis masculina potest etiam generis esse communis; nam interdum quoque ut foeminina usurpatur. Id fit

א. In Nominibus quibusdam, quorum Singularis, olim quidem communis generis. praecipue tamen in foeminino increbuit. Sic ab אֶבֶן *lapis*, foeminino, fit אֲבָנִים, quod item foemininum esse docet constructio, qualis est in אֲבָנִים גְּדֹלוֹת *lapides grandes*, & אֲבָנִים יְקָרוֹת *lapides graves*, 1 *Reg.* 5: 31. Similiter a עִיר *urbs*,

*urbs*, est עָרִים, pro עֲיָרִים, quod foemininum esse apparet e. c. ex עָרִים גְּדֹלֹת וּבְצוּרוֹת *urbes magnae & munitae*, *Deut* 1: 28. Sect. VII. de Nomine. Reg. C.

ב. in foeminis quibusdam, quae Tav servilem in Pluralis formatione servarunt; ut בָּמוֹתִים *delubra excelsa*, a Sing. בָּמוֹת; אַלְמְנוֹתִים *viduitates*, ab אַלְמָנוֹת.

ג. in Nominibus נָשִׁים *foeminae*, cujus Sing. נָשָׁה, ea significatione, non est in usu. & פִּלַגְשִׁים *pellices*, a פִּלֶגֶשׁ, Haec tamen, origine masculina, per metonymiam demum foemininam significationem acceperunt.

ד. in adjectivis & participiis non paucis, quae utramque Pluralis terminationem in foeminino genere admittunt. Sic foeminina sunt גְּדוֹלִים *magnae*, *Gen.* 1: 16. רִאשֹׁנִים *primae*, *Psalm.* 79: 8. עִקְּשִׁים *perversae*, *Prov.* 2: 15 עֲצוּמִים *numerosae*, *Amos.* 5: 12. שֹׁאֲגִים *rugientes*, *Zeph.* 3: 3. נִשְׁבָּרִים *fractae*, *Jer.* 2: 13. מְדֻכָּאִים *contritae*, *Jes.* 19: 10. מְרֻוָּחִים *dilatatae*, *Jer.* 22: 14 &c.

5. Quaedam singularia masculina Pluralem a forma foeminina mutuantur; ut קוֹל *vox*, Pluralem habet קוֹלוֹת, qui proprie est a deperdito קוֹלָה. Sic אָב *pater*, Pluralem אָבוֹת *patres*, *majores*, desumsit ab אֲבוּהָ *necessitudo paterna*, q. d. *paternitas*, unde fuit אֲבָווֹת, &, per

Sect. VII. de Nomine. Reg. C.

contractionem, אָבוֹת, proprie *paternae necessitudines*, & per metonymiam, ipsi *patres*.

6. Vicissim quaedam singularia foeminina Pluralem a forma masculina mutuantur; ut מִלָּה *sermo*, Pluralem habet מִלִּים, ductum a deperdito מִל; a יוֹנָה *columba*, fit plurale יוֹנִים, quod proprie est a יוֹנָה.

7. Nonnulla singularia, tam masculina, quam foeminina, dicuntur utramque Pluralis terminationem admittere; ut a מִשְׁכָּן *habitaculum*, ducuntur מִשְׁכָּנוֹת & מִשְׁכָּנִים; sed posterius proprie est a deperdito מִשְׁכָּנָה. Ad יוֹם *dies*, referuntur quidem יָמִים & יָמוֹת; neutrum tamen inde descendit, sed prius est ab obsoleto יָמֶה, posterius ab ejus foem. יָמָה. Item a שָׁנָה *annus*, sunt שָׁנוֹת & שָׁנִים; sed prius proprie est a שָׁנֶה, quod olim quoque *annum* notavit.

Veruntamen singularibus, quae sunt communis generis, utraque Pluralis terminatio concedi potest; ut a נֶפֶשׁ *anima*, sunt נְפָשִׁים & נְפָשׁוֹת; a זְרוֹעַ *brachium*, זְרוֹעִים & זְרוֹעוֹת.

8. Dantur quoque Nomina pluralia, quorum Singularis plane ex usu excidit; ut פָּנִים *facies*, a veteri פָּנֶה *vertens*, *obvertens*, q. d. *partes adspectui se obvertentes*. Talia sunt nomina aetatum; ut נְעוּרִים *pueritia*, q. d. *anni puerorum*; זְקוּנִים *senectus*, *anni senum*. Sed vo-

vocis חַיִּים *vita*, proprie *compactiones*. Singularis חַי pluribus in locis conservatus est. *Sect. VII. de Nomine. Reg. C. CI.*

9. Ultimo loco observanda est illa Hebraei sermonis proprietas, qua Pluralis, tam masculinus, quam foemininus, usurpari potest de *una* re, quae, in suo genere, magna est & quodammodo excellens; ut יַמִּים *maria*, pro *mari magno*; תַּנִּים *dracones*, pro *dracone praegrandi*; אֲדֹנִים *domini*, pro *domino magno & potente*; אֱלֹהִים *numina*, pro *numine admodum colendo*; קְדֹשִׁים *sancti*, pro *deo sanctissimo*; בְּהֵמוֹת *bestiae*, pro *bestia grandi*, qualis est *elephas*; מַכּוֹת *plagae*, pro *plaga gravi*; נְהָרוֹת *flumina*, pro *flumine magno*; &c.

CI. Variationes finium per *Casus* non dantur in Lingua Hebraea, sed una tantum est, eo respectu, terminatio Singularis, Dualis, & Pluralis. *Vis* autem *casuum* vel per solam construendi rationem, vel ope quarundam Particularum, exprimitur. *Casus Nominum.*

*Nominativum* exhibet Nomen ipsum, & constructio facile ostendit.

*Genitivus* cognoscitur ex duorum Nominum conjunctione, qua prioris relatio ad posterius exprimitur; ut פְּרִי עֵץ *fructus arboris*; חַיַּת הָאָרֶץ *bestia terrae*.

Da-

Sect. VII. de Nomine. Reg. CI. CII.

*Dativum* indicat praepositio לְ; ut תֵּן לַמֶּלֶךְ *da regi*; תְּפִלָּה לְמֹשֶׁה *precatio Mosi*, scil. *tribuenda*.

*Accusativi* frequens, non tamen perpetua, nota est praemissa particula אֵת; ut *creavit Deus* אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ *coelos & terram*. Hac vero omissa, sola constructio eum designat, ut תֹּאכַל לֶחֶם *comedes panem*. Eundem casum, ex indole Latini sermonis, requirunt praepositiones אֶל *ad*, עַל *super*, & aliae plures.

*Vocativus* ex contextu sermonis dignoscendus est; saepe praemissum habet articulum הַ, id quod compellatur demonstrantem; ut הַמֶּלֶךְ *ὁ βασιλεὺς, o rex!*

*Ablativum* nostrum postulant praepositiones מִן & מ *a, ex, de, prae*, עִם *cum*, ב *in*, &c. cujus tamen ultimae admodum frequens est ellipsis; ut כָּל יוֹם *omni die*, pro בְּכָל *in omni*; בֵּית אָבִיךָ *domo patris tui*, pro בְּבֵית *in domo*.

Comparatio.

CII. *Comparativum* & *superlativum gradum* in adjectivis & participiis quoque non formant Hebraei per variatam terminationem, sed utrumque per quasdam circumlocutiones exprimunt.

*Comparativum* efficit praepositio מִן vel מ, adjectivo subjuncta; ut טוֹבִים הַשְּׁנַיִם מִן הָאֶחָד *boni sunt duo prae uno*, i. e. *meliores*; מָתוֹק מִדְּבַשׁ *dulcis prae melle*, i. e. *dulcior*.

Su-

*Superlativus* exprimitur vel per additum מְאֹד *valde*; ut טוֹב מְאֹד *bonus valde*, i. e. *optimus*; vel per repetitionem; ut רַע רָע *malus malus*, i. e. *pessimus*; vel per additum genitivum; ut חֲדַל אִישִׁים *flaccidus virorum*, i. e. *flaccidissimus*; vel denique ope praepositionis ב; ut בְּזוּי בָּאָדָם *contemtus inter homines*, i. e. *contemtissimus hominum*. *Sect.* VII. *de Nomine.* *Reg.* CII. CIII.

CIII. *Regimen* est ea Nominis relatio ad aliud sequens, qua hoc, secundum indolem Latini sermonis, in Genitivo collocatur; ut רוּחַ אֱלֹהִים *spiritus Dei*, non *spiritus*, *Deus*; פְּרִי עֵץ *fructus arboris*, non *fructus*, *arbor*. *Regimen.*

Prius Nomen quia regit posterius, illud *regens*, hoc *rectum*, vocari solet. Dicitur etiam prius poni in *statu constructo*, quia constructione arctiore conjungitur cum posteriore.

Quodcunque autem Nomen non regit aliud nostro Genitivo reddendum, id positum dicitur in *statu absoluto*. Quare Nomen rectum non est in statu constructo, sed in absoluto; nisi & ipsum regat alium Genitivum, eoque respectu fiat regens. Sic e. c. in תּוֹלְדוֹת בְּנֵי־נֹחַ *generationes filiorum Noachi*, duplex est regimen; triplex est in his, יְמֵי

שְׁנֵי

*Sect. VII. de Nomine.*

שני חיי אברהם: *dies annorum vitae Abrahami.*

*Reg. CIV. Mutationes literarum & vocalium.*

CIV. *Mutationes* quaedam *literarum* & *vocalium* multis Nominum formis accidunt, partim ob accedentem in fine novam syllabam, quae *incrementum finale* dicitur, partim ob regimen.

*Nova syllaba* accedit

*primo*, per *motionem*; ut in גדולה *magna*, a גדול *magnus*.

*secundo*, per *declinationem*, seu formationem numeri dualis & pluralis; ut in עינים *oculi*, a עין *oculus*; חקים *statuta*, a חק *statutum*.

*tertio*, per *adfixionem*, seu compositionem Nominis cum Pronomine adfixo; ut in דבריהם *verba eorum*, a דברים *verba*.

*quarto*, per *paragogen*, seu additam literam paragogicam; ut in נגבה *austrum versus*, a נגב *auster*.

A *regimine* quaecunque pendent mutationes hanc rationem habent, quod, per arctiorem, quam illud efficit, duorum Nominum conjunctionem, prioris pronuntiatio acceleretur, quantum, salva ejus forma & analogia, fieri potest; ut שפת איש *labium viri*, pro שפה; בני אדם *filii hominis*, pro בנים.

*Sect. VII. de Nomine. Reg. CV. CVI. Mutatio cadens in He foemininam.*

CV. Quaecunque Nomina terminationem foemininam He quiescentem habent, eam in plurali plane excludunt; ut טובות *bonae*, a טובה.

Sed in duali, in adfixione, & in paragoge, eam vertunt in Tav, alteram foeminini notam; ut שפתים *labia*, a שפה; חכמתו *sapientia ejus*, a חכמה; מזמתה *scelus grave*, a מזמה.

In regimine item He in Tav, & praecedens Kamets in Patach, mutant; ut שמחת לבב *laetitia cordis*, a שמחה.

Quaedam Pluralia putantur He quiescentem non exclusisse, sed in He mobilem, aut in Vav, mutasse; ut אמהות *ancillae*, ab אמה; קשות *scutellae*, a קשה; פחות *principes*, a פחה; &c. Verum illa rectius referuntur ad singularia deperdita, אמהה, קשוה, פחוה.

*De foemininis in Tav exeuntibus.*

CVI. Nomina foeminina in Tav servilem exeuntia eam servant in duali adfixione, & regimine; ut חומתים *duo muri*, s. *murus geminus*, a sing. חומות; ממלכתו *regnum ejus*, a ממלכת; עטרת המלך *corona regis*.

Quod vero ad pluralem attinet, non unam omnia legem sequuntur.

1. A plerisque pluralis formari non so-

Sect. VII de Nomine Reg. CVI. solet. Quaecunque enim Nomina utramque foemininam terminationem, alteram ה, alteram ת, admittunt, pluralem potius, multoque commodius, ducunt a priore, quam a posteriore. Ita, cum in sing. dicatur מַמְלֶכֶת & מַמְלָכָה *regnum*, in plurali una tantum forma usurpatur מַמְלָכוֹת, veniens a מַמְלָכָה, alia a מַמְלֶכֶת non datur. Similiter a participio foeminino פּוֹקְדָה est plurale פּוֹקְדוֹת; sed פּוֹקֶדֶת plurali, sibi proprio, caret.

1. Forma singularis, in ת desinens, in bene multis deperdita est, sed secundum analogiam restituenda. Sic אִגְּרוֹת *epistolae*, proprie non est ab אִגֶּרֶת, sed ab אִגְּרָה, quod a masc. אִגָּר; כּוֹתָרוֹת *coronamenta*, non a כּוֹתֶרֶת, sed a כּוֹתָרָה; כְּתֻנּוֹת *tunicae*, non a כְּתֹנֶת, sed a כְּתֻנָּה; כֻּתֳּנוֹת item *tunicae*, non a כֻּתֹּנֶת, sed a כֻּתָּנָה, quod a masc. כֻּתָּן; גֻּלְגְּלוֹת *crania*, non a גֻּלְגֹּלֶת, sed a גֻּלְגָּלָה; &c.

2. A pleri&que formis contractis, in Tav servilem desinentibus, item pluralis duci non solet, sed ab aliis in He exeuntibus. Sic חַטָּאוֹת *peccata*, non est a חַטָּאת, pro חַטָּאֶת, sed a חַטָּאָה; שַׁבָּתוֹת *sabbatha*, non a שַׁבָּת, pro שַׁבֶּתֶת,

שְׁבָתֹת, sed a שְׁבָתָה; בָּנוֹת *filiae*, non a בַּת, pro בְּנַת, ex בְּנוֹת vel בְּנִית, sed a בָּנָה, a cujus masculino בָּנָה etiam בָּנִים *filii*, descendit; דָּלִיּוֹת *rami propenduli*, non a דָּלִית, sed a דָּלִיָה; עִבְרִיּוֹת *Hebraeae*, non a עִבְרִית, sed a עִבְרִיָּה; אֲחָיוֹת *sorores*, non a sing. אָחוֹת, pro אֲחוֹת, sed ab אֲחִיָּה; verum plur. אָחוֹת, item *sorores*, venit ab אָחָה, pro cujus masculino אָחָה dictum est אָח *frater*; &c. Sect. VII. de Nomine. Reg. CVI.

2. Quaedam terminationem servilem וּת habentia pluralem ita formant, ut, Tav elisa, Vav, vel euphoniae causa substitutam Jod, revocent in motum; unde gemina existit forma, altera qualis est in עֵדְוֹת *testimonia*, a עֵדוּת, altera qualis in מַלְכֻיּוֹת *regna*, pro מַלְכֻוּוֹת, a מַלְכוּת.

3. Quaedam denique Tav servilem in pluralis formatione servant. Id faciunt *Primo*, nonnulla exeuntia in ית, ות, & וּת; ut חֲנִיתִים & חֲנִיתוֹת *hastae*, a חֲנִית; בָּמוֹתִים *delubra excelsa*, a sing. בָּמוֹת; זְנוּתִים *scortationes*, a זְנוּת.

In his terminatio plur. masc. ים, quam supra, *Reg.* C. *not.* 4. vidimus etiam ut foeminI-

Sect. VII. de Nomine; Reg. CVI. CVII.

nam usurpari posse, alteri וֹת plerumque praefertur, quia melius sonat בָּמוֹתִים quam בָּמוֹתוֹת; & sic in reliquis.

*Secundo*, aliqua derivata a Verbis tertia Vav & Jod quiescentibus, quae, post elisam hanc literam, servilem Tav ita servarunt, quasi ea in locum & jus tertiae radicalis successisset. Sic שְׂפָתוֹת *labia*, est a שָׂפֶת, pro שְׂפוּת & שְׂפִית, a masc. שְׂפוּ & שְׂפִי, pro quo utroque שָׂפָה dictum fuit, unde, alia forma, est שָׂפָה, item *labium*. Eandem rationem sequuntur דְּלָתוֹת *valvae*, a דֶּלֶת; כְּסָתוֹת *pulvilli*, a כֶּסֶת; קְשָׁתוֹת *arcus*, a קֶשֶׁת; שְׁקָתוֹת *canales*, a שֹׁקֶת; &c.

*Usus geminae terminationis foemininae.* CVII. Nomina foeminina, geminam terminationem servilem, alteram ה, alteram ת, admittentia, utramque quidem, frequentius tamen priorem, in statu absoluto, posteriorem plerumque in regimine, & semper in adfixione, usurpant. Sic מַמְלָכָה & מַמְלֶכֶת *regnum*, etsi in statu absoluto aequale jus habent, fere solum prius in eo occurrit; ut נָתַן מַמְלָכָה לְדָוִיד *dedit regnum Davidi*, 2 Chron. 13: 5. posterius fere solo in regimine, ut מַמְלֶכֶת יִשְׂרָאֵל *regnum Israëlis*,

*lis*, 1 *Sam.* 24: 21. & semper in adfixione, ubi nunquam dicitur מַמְלַכְתּוֹ *regnum ejus*, a מַמְלָכָה, sed מַמְלַכְתּוֹ, a מַמְלֶכֶת. Similiter in statu absoluto fere solum אִשָּׁה *foemina*, *uxor*, in regimine nunquam אִשַּׁת, ex אִשָּׁה, sed solum אֵשֶׁת, usurpatur, a quo etiam ducitur אִשְׁתּוֹ *uxor ejus*, אִשְׁתְּךָ *uxor tua*, &c. nunquam vero אִשָּׁתוֹ, אִשָּׁתְךָ, ab אִשָּׁה.

Sect. VII. de Nomine. Reg. CVII. CVIII.

CVIII. Nomina masculina, desinentia in ה, derivata a Verbis tertia He quiescentibus, illam literam, cum praecedente vocali, excludunt, quando, per motionem, declinationem, adfixionem, aut paragogen, nova syllaba accedit; ut מִקְנָה *acquisitio*, a מִקְנֶה; קָנִים *calami*, a קָנֶה; שָׂדִי *ager meus*, a שָׂדֶה, מַטָּה *inferiorem locum versus*, a מַטֶּה Eandem elisionem fieri in inflexione Participiorum, supra indicatum est, *Reg.* LXXXII. *pag.* 131.

*De masculinis in He quiescentem exeuntibus.*

In regimine autem manet quidem He, sed, discriminis causa, Segol vertitur in Tseri; ut מִקְוֵה הַמַּיִם *receptaculum aquarum*, a מִקְוֶה; מַכֵּה אֱלֹהִים *percussus Dei*, a מַכֶּה.

Sect. VII. de Nomine. Reg. CVIII.

1. Tertia radicalis He quiescens cum sit substituta pro Vav aut Jod, ut supra vidimus, mirum non est, quaedam Nomina, praesertim Participia, in הֶ desinentia, ante incrementum finale literam originalem Jod resumere. Sic a דּוּמָה, pro דּוּמִי, cum Jod mobili, est דּוּמִיָּה *quies*, pro דּוּמְיָה, ex Specie Puuhal a דָּמִי; a פּוֹרָה, pro פּוֹרִי, est פּוֹרִיָּה *fructifera*, pro פּוֹרִית; a מְנַקָּה, pro מְנַקִּי, est מְנַקִּיָּה *patera libatoria*, pro מְנַקִּית; &c. Conf. *Reg.* LXXXII. *pag.* 126.

Similiter etiam in adfixione Jod interdum resumitur; ut עֹשֶׂיהָ *factor ejus*, a עֹשֶׂה, *Jes.* 22. 11. מְפַתֶּיהָ *alliciens eam*, a מְפַתֶּה, *Hos.* 2: 16.

2. Pro פֶּה *os*, contracto ex פֵּיֶה, in adfixione & regimine, alia forma פִּי, pro פִּיִי, adhibetur; ut פִּי אָדָם *os hominis*; פִּיהֶם *os eorum*. Ab eodem פִּי est plur. פִּיִּים *ora*, contractum in פִּים; & foem. פִּיָּה, unde plur. פִּיּוֹת: sed פֵּיוֹת *ora*, *Jud.* 3: 16. est a פֵּיָה, cujus masc. fuit פֵּיֶה, uti a שֵׂיֶה, quod contracte est שֶׂה, *pecus*, venit שֵׂיוֹ *pecus ejus*, *Deut.* 22: 1.

3. Masculina exeuntia in He Heëmanticam sequuntur eandem legem, ac ea, in quibus He tertiam radicalem constituit. Sic ab אִשֶּׁה *holocaustum*, quod est formae לִבְנֶה, veniens ab אֵשׁ, in regimine est אִשֵּׁה, in plur. אִשִּׁים.

CIX.

CIX. Dualia omnia in יִם, & pluralia masculina in ים, exeuntia, in regimine & adfixione aliam breviorem & commodiorem formam accipiunt, qua, pereunte Mem, sola Jod remanet majorem numerum indicans. Ea, in regimine, quiescit in Tseri; ut עֵינֵי אָדָם *oculi hominis*, pro עֵינַיִם; עָרֵי הָאָרֶץ *urbes regionis*, pro עָרִים. In adfixione autem, pro diversa pronominum adfixorum indole, Jod vel quiescit, vel movetur, vel otiatur; ut אָזְנֵיהֶם *aures eorum*, ab אָזְנַיִם; שׁוּלַיִךְ *laciniae tuae*, f. a שׁוּלִים; צָרָיו *hostes ejus*, a צָרִים. *Sect. VII. de Nomine. Reg CIX. Mutatio dualium & pluralium masc.*

Pluralia in יִם, qualia sunt שָׁמַיִם *coeli*, & מַיִם *aquae*, communem legem sequuntur, habentque in regimine שְׁמֵי, & מֵי; ut שְׁמֵי קָדְשׁוֹ *coeli sanctitatis ejus*, *Psalm*. 20: 7. מֵי הַיָּם *aquae maris*, *Exod*. 15: 19. item, in adfixione, שָׁמֶיךָ *coeli tui*, *Deut*. 28: 23. Sed pro מַיִם, in adfixione, alia forma מֵימִים adhibetur; ut מֵימֵיהֶם *aquae eorum*, *Exod*. 7: 19. quae & in regimine occurrit; ut מֵימֵי שֶׁלֶג *aquae nivis*, *Job*. 24: 19. Ea singularem habuit מֵימָה, ortum ex Verbi מָיַי Specie geminata מִימֵי, cujus utraque Jod mobilis in quietem concessit.

Sect. VII. de Nomine. Reg. CX. Vocalis penultima ubi tollatur.

CX. Nomina vocalem longam habentia mutabilem in syllaba penultima, eam amittunt, succedente schevate,

*Primo*, quando nova syllaba, accentum deducens, accedit, secundum *Reg.* XL. 1. ut גְּדוֹלָה *magna*, a גָּדוֹל; לְבָבִים *corda*, a לֵבָב.

*Secundo*, quando illa in regimine collocantur; ut פְּקִיד הָעָם *praefectus populi*, a פָּקִיד; פְּנֵי אִישׁ *facies viri*, a פָּנִים; שְׂעַר רֹאשׁוֹ *pilus capitis ejus*, a שֵׂעָר.

Sed vocalem immutabilem constanter servant, &, priore in casu, fulciunt accentu euphonico; ut עָרִיצִים *formidabiles*.

Vocales longae penultimae Nominum sunt immutabiles,

1. quando vel explicite vel implicite in iis quiescit litera radicalis; ut מוֹסָד *fundamentum*, a יָסַד, plurale habet מוֹסָדִים: a מֵישָׁר, vel מֵשָׁר, *rectitudo*, quod est a יָשַׁר, plurale est מֵישָׁרִים, vel מֵשָׁרִים; a רָאשִׁים *capita*, quod a רֹאשׁ, in regimine est רָאשֵׁי; a קוֹמָה *statura*, quod est a קוּם, fit קוֹמָתוֹ *statura ejus*; קָמָה *seges*, ab eodem קוּם, in regimine habet קָמַת, ut קָמַת רֵעֶךָ *seges socii tui*, *Deut.* 23: 26. a עֵינַיִם *oculi*, a עַיִן, est עֵינֵיכֶם *oculi ve-*

*vestri*; a זֵעָה *sudor*, quod a יָזַע; est in regimine זֵעַת, ut זֵעַת אַפֶּיךָ *sudor faciei tuae*, Gen 3: 19. Sect. VII. de Nomine. Reg. CX.

2. quando compensant dagesch forte, ex litera sequente omissum; ut a סָרִים *eunuchus*, pro סָרִּים, est סָרִיסִים; גֵּאוּת *tumor*, in regim. servat Tseri, ut גֵּאוּת הַיָּם *tumor maris*, quia est a גֵּאֶה *tumidus*, pro גָּאֶה, nomine formae חֵרֵשׁ, pro חֵרֵּשׁ.

3 quando constituunt notam characteristicam Speciei, unde Nomen derivatum est; ut בָּגוֹד *perfidus*, habet foem. בְּגוֹדָה *perfida*, quia est a Specie Paahel, בָּגַד, pro בָּאגַד; a שׁוּעָל *vulpes*, est plur. שׁוּעָלִים, quia venit a Specie Puuhal.

4. quando constituunt notam characteristicam formae, qua ea ab aliis formis dignoscenda est; ut a forma פָּקָד fit quidem plurale פְּקָדִים, sed a פּוֹקֵד fit פּוֹקְדִים, non פְּקָדִים, ut ita maneat formarum discrimen. Hoc genus admodum late patet.

5. quando pro schevate assumtae sunt propter peculiarem euphoniae rationem; sic אֵזוֹר *cingulum*, nomen formae פְּקוֹד, servat Tseri in regimine, ut אֵזוֹר חֲלָצָיו *cingulum lumborum ejus*, Jes. 5: 27. quia illam vocalem euphoniae caussa pro schevate composito accepit. vid *not.* ad Reg. XLIX. 2.

Sect. VII. de Nomine. Reg. CXI. Mutatio in Nominibus defectivis.

CXI. Nomina defectiva secunda radicali, quando nova syllaba augentur, ultimam radicalem per dagesch forte duplicant, & quae exeunt in vocalem longam, eam corripiunt in oppositam brevem, si accentus fuerit deductus, secundum *Reg.* XXXVIII. ut a גַּן *hortus*, pro גְּנַן, est foem. גַּנָּה, plur. גַּנִּים, &, cum adfixo, גַּנִּי *hortus meus*; ab אַף *nasus*, pro אֲנַף, est duale אַפַּיִם; a יָם *mare*, pro יָמַם, fit in plur. יַמִּים, &, cum adfixo, יַמָּהּ *mare ejus*, f. sed cum He paragogica, quae accentum non deducit, est יָמָּה *versus mare*.

Si ultima radicalis sit gutturalis vel Resch, omissi dagesch compensatio fit vel explicita, vel implicita, secundum *Reg.* XXXIX. ut רָעִים *mali*, pro רַעִּים, a רַע; לַחִים *humidi*, pro לַחִּים, a לַח; הָרִים *montes*, pro הַרִּים, ab הַר.

Eandem legem sequuntur Nomina ex Specie Pihlel derivata. Ea enim pe ultimam literam saepe elidunt, sed, accedente incremento finali, per dagesch compensant. ut a קָטָן *parvus*, pro קְטַנַּן, est plur. קְטַנִּים; ab אָדוֹם *ruber*, pro אֲדַמּוֹם, est אֲדֻמִּים Talia quoque sunt מִשְׂגָּב, unde מִשְׂגַּבִּי *asylum meum*, מַטְעָם,

un-

unde מַטְעַמִּים *cupediae*; אָשְׁמָן, unde אַשְׁמַנִּים *valde pinguia*, &c. Similia vide *Reg.* XCIII *pag.* 156. Ob ultimam gutturalem dagesch omissum etiam hic vel explicite „ vel implicite, compensatur; ut מַחֲמָאוֹת *butyracea*, pro מַחְמָאוֹת, cujus Kamets, cum sit immutabile, secundum *Reg. praec. not.* 2. ob regimen non tollitur in מַחְמָאוֹת פִּיו *butyracea oris ejus*, *Psalm.* 55: 22. מִבְטַחִי *fiducia mea*, pro מִבְטָחִי; a מִבְטָח; unde & est מִבְטֶחָם *fiducia eorum*, pro מִבְטָחָם, secundum *Reg.* XLII 4. *Sect.* VII. *de Nomine. Reg.* CXI. CXII.

CXII. Nomina in vocalem longam exeuntia, quando nova syllaba accedit, interdum, euphoniae causa, eam resolvunt in brevem oppositam & dagesch, secundum *Reg.* XLI. 3. ut a רַעֲנָן *patulus*, cujus foem. רַעֲנָנָה exstat *Cant.* 1: 16. plurale est רַעֲנַנִּים, pro רַעֲנָנִים, *Psalm.* 92: 15. ab אָח *frater*, non tantum est plur. אַחִים, sed & אַחִּים, pro אַחִים, unde אַחֵינוּ *fratres nostri*, אָחָיו *fratres ejus*, quod pro אֶחָיו, ex אַחָיו, secundum *Reg.* XLII. 4, ab אוֹתֵי *veniens*. participio formae פּוֹקֵד, fit foem. אוֹתִיָּה, pro אוֹתִיָה, unde plur. אוֹתִיּוֹת *res venturae*; a נָקִי *purus*, *innocens*, est plur. נְקִיִּים, pro נְקִיִים; *Resolutio vocalis longae in brevem & dagesch.*

Sect. VII. de Nomine. Reg. CXII. CXIII.

a חַרְטֹם *praestigiator*, est plur. חַרְטֻמִּים, pro חַרְטֻמִּים; a רְאִי *visus*, est רְאִיָּה, unde plur. רְאִיּוֹת, *Esth.* 2: 9.

*Mutatio ultimi Kamets.*

CXIII. In Kamets-desinentia Nomina, si ponantur in regimine, hanc vocalem corripere solent in oppositam brevem Patach; ut דְּבַר הַמֶּלֶךְ *verbum regis*, ex דָּבָר. Sed, accedente finali incremento, illam plerumque servant; ut ab eodem דָּבָר fit דְּבָרוֹ *verbum ejus*, & plur. דְּבָרִים *verba*.

1. Patach quoque pro Kamets substituitur, quando adfixa pronomina per scheva quiescens accedunt; ut לְבַבְכֶם *cor vestrum*, a לֵבָב. Sed דִּמְכֶם *sanguis vester*, *Gen.* 9: 5. non est a דָּם, sed a דַם, formae בֵּן. Item יֶדְכֶם *manus vestra*, *Gen.* 9: 2. non est a יָד *manus*, sed a יֵד.

2. Nonnunquam Kamets ob regimen non mutatur, sed manet; quod fit

*primo*, in Nominibus quibusdam formae פָּקָד; ut שְׁאָר הָעִיר *residuum urbis*.

*secundo*. si ultima radicalis Aleph in illo quiescat; ut מוֹצָא שְׂפָתַי *effatum labiorum meorum*. *Psalm.* 89: 35.

*tertio*, in derivatis a Verbis media radicali quiescentibus; ut עָב טָל *nubes roris*, *Jes* 18: 4. Eandem legem sequitur יָם *mare*, contractum

ex

ex יַמִּם, ut יָם הַמֶּלַח *mare salis*, *Deut.* 3: 17. *Sect.* VII. *de Nomine.*

*quarto*, in terminatione heëmantica םָ; ut אוּלָם הַשַּׁעַר *vestibulum portae*, *Ezech.* 40: 7. *Reg.* CXIII. CXIV.

*quinto*, in terminatione foeminina contracta תָ; ut מְנָת כּוֹסָם *portio calicis eorum*, *Psalm.* 11: 6.

3. Peculiare quid habent אָב *pater*, אָח *frater*, & חָם *socer*, quae tam in regimine, quam in adfixione, redeunt ad veteres formas, tertia radicali Jod integras, אֲבִי, אֲחִי, & חֲמִי, quarum vocalis penultima obnoxia est mutationi, de qua dictum *Reg.* CX. ut אֲבִי הַנַּעֲרָה *pater puellae*; אֲחִי דָוִד *frater Davidis*; אָבִיךָ *pater tuus*; אָחִינוּ *frater noster*; חָמִיהָ *socer ejus*; אֲבִיכֶם; *pater vester*; אֲחִיהֶם *frater eorum*; &c.

Solum adfixum Jod ad priores illas formas accedit, ut fit אָבִי *pater meus*, אָחִי *frater meus*, חָמִי *socer meus*. Unde in regimine etiam אַב, אַח, & חַם, dici potuit; ut אַב הֲמוֹן *pater multitudinis*, *Gen.* 17: 4.

CXIV. In Tseri quae exeunt Nomina, *Mutatio ultimi Tseri.*

1. accedente finali incremento, plerumque eam vocalem amittunt; ut a פּוֹקֵד *inspiciens*, fit פּוֹקְדָה, פּוֹקְדִים, פּוֹקְדוֹת; a עִוֵּר *coecus*, עִוְּרָה, עִוְּרִים, עִוְּרוֹת; a מִזְבֵּחַ *altare*, מִזְבְּחוֹ *altare ejus*; &c.

Quae-

Sect. VII. de Nomine. Reg. CXIV. Quaedam tamen formae, quales sunt פָּקֵד, פִּקֵּד, & מְפַקֵּד, illam servare solent; ut a רָעֵב *esuriens*, est רְעֵבָה, רְעֵבִים, רְעֵבוֹת; a שָׁכֵן *vicinus*, שְׁכֵנָה, שְׁכֵנִים, שְׁכֵנוֹת, & cum adfixo, שְׁכֵנוֹ *vicinus ejus*; a גֵּר *peregrinus*, pro גֵּיר, est גֵּרִים, &, cum adfixo, גֵּרְךָ *peregrinus tuus*; a זְאֵב *lupus*, זְאֵבִים; a כֶּרֶשׂ, *venter*, כְּרֵשׂוֹ; a מַקְהֵל *coetus*, מַקְהֵלִים; a מוֹסֵר *vinculum*, pro מוֹסֵר, est מוֹסֵרָה, מוֹסֵרִים, מוֹסֵרוֹת.

1. Forma participialis פּוֹקֵד interdum etiam ipsa Tseri servat, praesertim quando, per ellipsin, usum accipit substantivum; ut שׁוֹמֵמִים *desolati*, *Thren.* 1: 16. יוֹלֵדָה *foemina parturiens*, *Psalm.* 48: 7. בּוֹגֵדָה *praevaricatrix*, *Jer.* 3: 8.

2. Monosyllaba, ducta a Verbis tertia He quiescentibus, servare Tseri solent; ut a עֵץ *lignum*, quod a עֵצָה, est עֵצוֹ *lignum ejus*, עֵצִים *ligna*.

Sed שֵׁם *nomen*, & בֵּן *filius*, in adfixione, ob frequentissimum usum, Tseri amittunt; ut שְׁמוֹ *nomen ejus*, בְּנוֹ *filius ejus*: si scheva quiescens sequatur, pro Tseri ponitur Chirek, opposita brevis; ut שִׁמְךָ *nomen tuum*, בִּנְךָ *filius tuus*. In plurali autem prius habet שְׁמוֹת, a שְׁמָה, posterius בָּנִים, a בָּנָה.

2. in regimine, Tseri vel manet, vel in oppositam brevem, Segol, aut Patach, rarius Chirek, corripitur; ut מַקֵּל שָׁקֵד *virga amygdali*, *Jer.* 1: 11. יְרֵא אֱלֹהִים *timens Dei*, a יָרֵא; אֲבֶל־אֵם *lugens matris*, *Psalm.* 35: 14. ab אָבֵל, מַקַּל לִבְנֶה *virga populi*, *Gen.* 30: 37. pro מַקֵּל; זְקַן בֵּיתוֹ *senior domus ejus*, *Gen.* 24: 2. a זָקֵן; בִּן־לַיְלָה *filius noctis*, *Jon.* 4: 10. a בֵּן, quod & in בֶּן abit, ut בֶּן יָאִיר *filius Jaïri*, *Esth.* 2: 5.

*Sect. VII. de Nomine. Reg. CXIV. CXV.*

CXV. Chirek longum quae in ultima syllaba habent Nomina, si desinant in literam mobilem, in ista vocali neque ob accedens finale incrementum, neque ob regimen, mutationem ullam patiuntur; ut a נָדִיב *ingenuus*, est foem. נְדִיבָה; a עַתִּיק *antiquus*, plur. עַתִּיקִים; a פָּקִיד *praefectus*, in adfixione, פְּקִידוֹ *praefectus ejus*; a קָדִים *oriens*, in paragoge, קָדִימָה *orientem versus*; a חָצִיר *gramen*, in regimine, חֲצִיר גַּגּוֹת *gramen tectorum*.

*Mutatio ultimi Chirek longi.*

Ea autem, quae non in literam mobilem, sed in Jod quiescentem, desinunt, ob regimen quidem nihil mutationis etiam ipsa subeunt; ut a נָקִי *purus*, est נְקִי כַפַּיִם *purus manuum*. Sed

Sect. VII. de Nomine. Reg. CXV.

Sed accedente finali incremento Jod quiescentem in motum revocare solent, eam duplicando per dagesch. Sic a פִּי *os*; pro פְּיִ, a פְּיִ est foem. פִּיָּה, pro פִּייָה, unde plur. פִּיּוֹת; ab אִי *insula*; pro אִיִ, quod ab אִיִּ, est plur. אִיִּים, pro אִייִם. Conf. *Reg.* CXI.

A נָקִי *purus*, pro נָקִיְ, est foem. נְקִיָּה. pro נְקִייָה, plur. נְקִיִּים, pro נְקִייִם, נְקִיּוֹת. pro נְקִייוֹת. Conf. *Reg.* LXXXII. *pag.* 129.

A עִבְרִי *Hebraeus*, est foem. עִבְרִיָּה, plur. עִבְרִיִּים, עִבְרִיּוֹת; a תַּחְתִּי *inferior*, תַּחְתִּיָּה, תַּחְתִּיִּים, תַּחְתִּיּוֹת.

1. Altera forma foeminina, in Tav exiens, a עִבְרִי habere deberet עִבְרִיִת, quod in עִבְרִית contrahitur. Sic תַּחְתִּית, a תַּחְתִּי; רֵאשִׁית, a רֵאשִׁי; &c.

2. Non infreqnens etiam contractio est in terminatione pluralis masculina; ut עִבְרִים *Hebraei*, pro עִבְרִיִּים; פִּים *ora*, pro פִּיִּים; יִדְּעֹנִים *barioli*, pro יִדְּעֹנִיִּים.

3. Similis contractio est in פִּי *os meum*, pro פִּיִּי, a simplici פִּי, quod servat Jod quiescentem etiam ante alia adfixa; ut פִּיו, vel פִּיהוּ, *os ejus*; פִּיהֶם *os eorum*; &c.

4. In

4. In plurali masculino pro posteriore Jod nonnunquam Aleph substituta reperitur, ad molliorem pronuntiationem; ut עַרְבִיאִים *Arabes*, pro עַרְבִיִּים, 2 *Chron.* 17: 11. Sic הַגְרִיאִים 1 *Chron.* 5: 19. 20. pro הַגְרִיִּים. *Sect. VII. de Nomine. Reg. CXV. CXVI.*

5. De mutatione facta in Nominibus formae פְּקִי hic non agitur, sed inferius, ubi de Segolatis

CXVI. In Cholem desinentia Nomina, in regimine semper, & accedente finali incremento plerumque, hanc vocalem servant non mutatam; ut a גָּדוֹל *magnus*, in regimine est גְּדוֹל עֵצָה *magnus consilii*; in adfixione, גְּדוֹלָם *magnus eorum*; in foem. גְּדוֹלָה, in plur. גְּדוֹלִים, גְּדוֹלוֹת; &c. *Mutatio ultimi Cholem.*

1. Pauca quaedam, ante incrementum finale, Cholem tolli patiuntur, substituto Schevate, quod, ad originis indicium, Chateph Kamets esse solet; ut a צִפּוֹר *avis*, est plur. צִפֳּרִים; a כֹּתֶן *tunica*, foem. כֻּתֹּנֶת, unde כָּתְנוֹת; a קָדְקֹד *vertex*, in adfixione, קָדְקֳדוֹ *vertex ejus*. Sed ab Infinitivo פְּקֹד cur, in adfixione, fiat פָּקְדִי, vel פִּקְדִי, dicetur inferius, ubi de Segolatis.

2. Aliqua, per anomaliam, pro Cholem in plurali Kamets substituere putantur; ut ab אֱנוֹשׁ *homo*, ducitur אֲנָשִׁים; a רֹאשׁ *caput*, רָאשִׁים;

*Sect.* VII. *de Nomine.* *Reg.* CXVI. CXVII. CXVIII.

a יוֹם *dies*, יָמִים, & יָמוֹת. Sed haec pluralia potius descenderunt a veteribus formis singularibus אֲנָשׁ, רָאשׁ, pro רֹאשׁ, יָמָה, & יָמָה. Postrema illa, יָמִים, & יָמוֹת, non esse contracta ex יוֹמִים, & יוֹמוֹת, ut Cl. *Schultensius* putavit, apparet ex forma, quam in regimine habent, יְמֵי, & יְמוֹת. Conf. *Reg.* CX *not.* 1.

*Mutatio ultimi Schurek.* CXVII. In Schurek exeuntia Nomina non aliam in hac vocali mutationem patiuntur, nisi quod pro ea interdum Kibbuts substituant, secundum *Reg.* XLI. 2. ut a שִׁכּוּר *inebriatus*, est foem. שִׁכֻּרָה, pro שִׁכּוּרָה.

Terminatio foeminina וּת quid subeat mutationis in pluralis formatione, dictum est *Reg.* CVI. 2.

*Mutatio ultimi Patach.* CXVIII. Nomina exeuntia in Patach ob regimen non mutantur, exceptis iis, quae in Jod mobilem desinunt. Haec enim pro Patach substituunt Tseri, Jod quiescente; ut גֵּי הַמֶּלַח *vallis salis*, ex גַּי.

Si alia Jod proxime sequatur, nihil fit mutationis; ut חַי *vita*, alibi, ob regimen, abiens in חֵי, non mutatur in חַי יְהוָה *vita Jehovae*; ut חַי־יְהוָה וְחֵי אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ *per vitam Jehovae. & per vitam domini mei, regis*, 2 *Sam.* 15: 21.

Sed

Sed quando illa accipiunt finale incrementum, aliqua mutatione opus est, ex *Reg.* XXXV. *Sect. VII. de Nomine. Reg.* CXVIII. CXIX.

1. Plerumque Patach in oppositam longam Kamets' producunt; ut a שַׁד *uber*, quod a שָׁדָה, est duale, שָׁדַיִם; ab אַרְבַּע *quatuor*, foem. אַרְבָּעָה, plur. אַרְבָּעִים.

Interdum hoc Kamets in vocalem brevem & Dagesch resolvitur, ex *Reg.* XLI. 3. ut הֲדַסִּים *myrti*, pro הֲדָסִים, ab הֲדַס.

2. Quaedam, Patach sublato, scheva substituunt; ut a בַּר *filius*, est בְּרִי *filius meus*.

3. Nomina defectiva ultimam literam per dagesch compensativum duplicant, secundum *Reg.* CXI. ut a קַל *levis*, est foem. קַלָּה, plur. קַלִּים, קַלּוֹת.

Talia saepe pro Patach accipiunt Chirek; ut a מַד *mensura*, est plur. מִדִּים, foem. מִדָּה, plur. מִדּוֹת. Ratio indicabitur *Reg. seq.* ubi & mutatio, quam forma פְּקֻד, ex פִּקֻּד orta, subit, exponetur.

CXIX. Nomina *Segolata* quaenam sint, ex *Reg.* XC. jam satis intelligi potuit. Nempe ita *proprie* dicuntur penacuta, quae in ultima syllaba vo- *Mutationes Nominum Segolatorum.*

Sect. VII. de Nomine. Reg. CXIX.

calem brevem, plerumque Segol, interdum Patach, aut Chirek, in subsidium facilioris pronuntiationis, assumserunt, secundum *Reg.* XLVI. ut עֶבֶד *servus*; סֵפֶר *liber*; קֹדֶשׁ *sanctitas*; אָוֶן *vanitas*; פַּחַד *pavor*; בֶּצַע *lucrum*; רֹמַח *lancea*; פֹּעַל *actio*; עַיִן *oculus*.

Omnia haec Segolata sunt penacuta, quia accentus mansit in suo loco, neque, salva Nominum forma, ad ultimam vocalem, quae tantum subsidiaria est, descendere potuit.

Sed latiore sensu, & *improprie*, Segolata etiam dicuntur,

*primo*, quae formam Segolatorum originalem ita servarunt, ut vocalem aliquam subsidiariam non assumserint, secundum *Reg.* XLV. ut נֵרְדְּ *nardus*; קֹשְׁטְ *veritas*.

*secundo*, quae concursum duarum consonantium in fine vocis unam vocalem sequentium evitarunt per hujus vocalis trajectionem, secundum *Reg.* XLVII. ut גְּדֹל *magnitudo*, pro גֹּדְל, quod & in vicinam formam גֹּדֶל abiit; זֶרַע *semen*, pro זֶרְע, a quo etiam cognata forma זֵרֻעַ originem duxit.

Ratio mutationum, quibus haec Nomina obnoxia sunt, ut distinctius intel-

telligatur, in diversas quasdam classes ea dispertiam. Sect. VII. de Nomine.

I. *Primam* classem ea constituunt, quae neque vocalem subsidiariam assumserunt, neque etiam vocalis trajectionem passa sunt, sed eam formam, quae Segolatorum originalis est, servarunt non mutatam. Reg. CXIX.

De his, praeter leges de mutatione vocalium in praecedentibus expositas, perpauca observanda sunt.

1. Quae mediam Jod post Patach mobilem habent, in regimine mittunt eam in quietem; ut גֵּיא הָרִי *vallis montis*, pro גַּיְא. Conf. *Reg.* CXVIII.

2. Pauca quaedam pluralem absolutum ex forma פְּקָד mutuantur, ad morem, quem mox videbimus, aliorum Segolatorum; ut a נֵרְדְּ *nardus*, est נְרָדִים *Cant.* 4: 13. quasi a נְרָד, pro נֵרְדְּ, forma illi נֵרְדְּ vicina; item חֲטָאִים *peccata*, *Eccles.* 10: 4. a חֵטְא; &c.

II. *Secunda* classis ea complectitur, quae, ex *Reg.* XLVI. 2. 3. 4. subsidiarium Segol, aut Patach, assumserunt.

1. Ea, ob regimen, nullam patiuntur mutationem; ut סֵפֶר הַתּוֹרָה *liber legis*; אֹרַח חַיִּים *via vitae*.

Sect. VII. de Nomine. Reg. CXIX.

Nomina numeralia שֶׁבַע *septem*, & תֵּשַׁע *novem*, in regimine sibi substituunt שְׁבַע, & תְּשַׁע, quae, cum sint formae פְּקַד, in statu etiam absoluto admitti potuerunt, potissimum tamen in constructo usurpata sunt, quia celerius pronuntiari, possunt, quam illa priora.

2. Sed accedente finali incremento, quia cessat ratio, ob quam subsidiaria vocalis assumta fuerat, ea amissa resumunt formam pristinam, unde, secundum *Reg*. XLVI. & XC. originem duxerant; ita tamen, ut vocales longae, si accentus ad finale incrementum descenderit, corripiendae sint in oppositas breves, Tseri in Segol aut Chirek; Cholem in Kamets Chatuph aut Kibbuts, ex *Reg*. XXXVI. Pristinam formam resumunt,

*primo*, in motione; ut מֶלֶךְ *rex*, pro מַלְךְ, habet מַלְכָּה *regina*; פַּחַד *pavor*, pro פַּחְד, פַּחְדָּה; נַעַר *puer*, pro נַעְר, נַעֲרָה; אֵבֶר *ala*, pro אֵבְר, אֶבְרָה; אֹמֶר *dictio*, pro אֹמְר, אִמְרָה; חֶבֶר *societas*, pro חֶבְר, חֶבְרָה; כֶּבֶשׂ *agnus*, pro כֶּבְשׂ, כִּבְשָׂה; דֶּמַע *lacrima*, pro דֶּמְע, דִּמְעָה; חֹזֶק *robur*, pro חֹזְק, חָזְקָה; אֹרַח *via*, pro אֹרְח, אָרְחָה; טֹמֶא *immunditiës*, pro טֹמְא, טֻמְאָה.

*secundo*, in adfixione; ut a רֶגֶל *pes*, pro רַגְל, est רַגְלוֹ *pes ejus*; & sic porro סַלְעוֹ a סֶלַע *petra*; נַעֲרוֹ, pro נַעֲרוֹ, a נַעַר *puer*; עֶדְרוֹ, a עֵדֶר *grex*; סִפְרוֹ, a סֵפֶר *liber*; מִצְחוֹ, a מֵצַח *frons*; נֶכְדוֹ, a נֶכֶד *nepos*; רִכְבּוֹ, a רֶכֶב *currus*; פִּשְׁעוֹ, a פֶּשַׁע *defectio*; גָּדְלוֹ, vel גָּדְלוֹ, a גֹּדֶל *magnitudo*; אָהֳלוֹ, pro אָהֳלוֹ, ab אֹהֶל *tentorium*, unde & אָהֳלְךָ, pro אָהֳלְךָ, ex *Reg.* L. 3. Sect. VII. de Nomine. Reg. CXIX.

*tertio*, accedente He paragogica, quae accentum relinquit syllabae penultimae; ut אַרְצָה *terram versus*, ab אֶרֶץ, pro אֶרֶץ; atque ita שַׁעְרָה *portam versus*, a שַׁעַר; קֵדְמָה *orientem versus*, a קֶדֶם; נֶגְבָּה *austrum versus*, a נֶגֶב; פֶּתְחָה *portam versus*, a פֶּתַח; חֹרְשָׁה *sylvam versus*, a חֹרֶשׁ; אֹהֱלָה *tentorium versus*, pro אֹהֱלָה, ab אֹהֶל.

*quarto*, in duali; ut קַרְנַיִם *cornua*, a קֶרֶן, pro קֶרֶן; בִּרְכַּיִם *genua*, a בֶּרֶךְ, pro בֶּרֶךְ; אָזְנַיִם *aures*, ab אֹזֶן, pro אֹזֶן; &c.

3. Peculiare quid habent in plurali absoluto, ubi constanter usurpant formam masculinam פְּקָדִים, & foemini-

Sect. VII. de Nomine. Reg. CXIX. nam פְּקֻדּוֹת. Ea mutuo sumta est a forma vicina פְּקַד, tantoque usu increbuit, ut, quaecunque sit, in singulari, horum Segolatorum forma, in plurali absoluto non alia adhibeatur. Sic a נֶפֶשׁ *anima*, pro נְפֶשׁ, pluralis absolutus non est נַפְשִׁים, & נַפְשׁוֹת, sed נְפָשִׁים, & נְפָשׁוֹת, forma ducta a singulari נְפַשׁ, quod, per vocalis trajectionem, etiam ipsum ex נֶפֶשׁ ortum, olim usitatum fuit. Similiter a נַעַל *calceus*, est נְעָלִים. & נְעָלוֹת; a חֶבֶל *dolor*, חֲבָלִים; a סֵפֶר *liber*, סְפָרִים; a קֶבֶר *sepulcrum*, קְבָרִים, & קְבָרוֹת; a זֶבַח *sacrificium*, זְבָחִים, & זְבָחוֹת; a קֹדֶשׁ *sanctitas*, קֳדָשִׁים; a רֹמַח *lancea*, רְמָחִים; &c.

Pauca quaedam in plurali absoluto eandem formam usurpant, quam in aliis incrementis finalibus; ut a עֶשֶׂר *decem*, est עֶשְׂרִים *viginti*; a שֶׁבַע *septem*, שִׁבְעִים *septuaginta*; a תֵּשַׁע *novem*, תִּשְׁעִים *nonaginta*. Similiter a quadrilitero פִּלֶגֶשׁ *concubina*, ut in adfixione est פִּלַגְשׁוֹ, ita & in plurali absoluto פִּלַגְשִׁים.

4. In plurali constructo, ubi forma illa פְּקָדִים & פְּקָדוֹת, propter penultimum

mum Kamets, admitti nequit, secundum *Reg.* CX. redeunt ad eandem formam, quam in singulari, finale incrementum accipiente, habuerunt. Sic, uti a נֶפֶשׁ, in adfixione, est נַפְשׁוֹ *anima ejus*, ita quoque נְפָשִׁים redit ad נַפְשֵׁי, & נְפָשׁוֹת ad נַפְשׁוֹת. Pari ratione נְעָלִים redit ad נַעֲלֵי; נְעָלוֹת ad נַעֲלוֹת; חֲבָלִים ad חַבְלֵי; סְפָרִים ad סִפְרֵי; קְבָרִים ad קִבְרֵי, & קְבָרוֹת ad קִבְרוֹת; זְבָחִים ad זִבְחֵי, & זְבָחוֹת ad זִבְחוֹת; קֳדָשִׁים ad קָדְשֵׁי; רְמָחִים ad רִמְחֵי; &c. *Sect. VII. de Nomine Reg. CXIX.*

Idem hoc faciunt, quoties, accedente pronomine adfixo, Kamets formae פְּקָדִים & פְּקָדוֹת in loco antepenultimo ab accentu tonico poneretur, quod non patitur *Regula* XL. 1. Sic a זְבָחִים est quidem זְבָחֵינוּ, non autem זְבָחֵיהֶם, sed זִבְחֵיהֶם; a זְבָחוֹת est זִבְחוֹתָם, non זְבָחוֹתָם; a מְלָכִים, מַלְכֵיהֶם, non מְלָכֵיהֶם; a רְמָחִים, רִמְחֵיהֶם, non רְמָחֵיהֶם; atque ita in reliquis.

Ad hanc Segolatorum classem pertinet forma contracta plurium Nominum secunda radicali defectivorum, quam & supra attigi, in *not.* ad *Reg.* XLVI. 3. Talis e. c. est in מַד *mensura*,

Sect. VII. de Nomine. Reg. CXIX.

contracto ex מֵרֵד, cujus forma originalis fuit מֶרֶד, ut בֶּגֶד ex בֶּגֶד ortum est. Quare, accedente finali incremento, semper eo reditur, & Chirek, primigenia vocalis, resumitur. Ita ab illo מַר in motione est מִרָּה, in adfixione מִרּוֹ, in plur. מִרִּים. Eandem normam sequuntur סַף *limen*; חַת *terror*; מַס *tributum*; פַּת *frustum*; צַד *latus*; גַּת *torcular*; & alia quaedam. Simili ratione a כַּרְמֶל *arvum*, contracto ex כַּרְמֶלֶל, fit כַּרְמִלּוֹ *arvum ejus*.

III. Ad *tertiam* classem ea refero, quae, mediam Vav aut Jod habentia, subsidiariam vocalem Segol aut Chirek assumserunt, secundum *Reg.* XLVI, 5. ut sint formae פֶּוֶד, pro פֶּוְד, ex פֶּוֶד, & פַּיִד, pro פַּיְד.

1. Ea in regimine, motione, adfixione, duali, & plurali, ita redeunt ad formam pristinam, ut, subsidiaria vocali abjecta, mittant literas Vav & Jod in quietem per vocales opportunas, atque sic forma פּוֹד abeat in פּוֹד, pro פֶּוְד, & altera פַּיִד in פֵּיד, vel פִּיד, pro פַּיְד.

Ita, in forma פֶּוֶד, a תָּוֶךְ *medium*, in regimine est תּוֹךְ, ut תּוֹךְ הַיָּם *medium maris*;

*ris;* a עָוֶל *iniquitas*, in motione, עַוְלָה; ab אָוֶן *vanitas*, in adfixione, אוֹנָם; a מָוֶת *mors*, in plurali, מוֹתִים. Sect. VII. de Nomine. Reg. CXIX.

In altera forma, פַּיִד, a בַּיִת *domus*, in regimine est בֵּית, ut בֵּית הַמֶּלֶךְ *domus regis;* a צַיִד *venatio*, in motione, צֵידָה; a יַיִן *vinum*, in adfixione, יֵינִי, & a שַׁיִת *vepres*, שִׁיתוֹ; a עַיִן *oculus*, in duali, עֵינַיִם; a זַיִת *olea*, in plurali, זֵיתִים.

Sed בַּיִת *domus*, in plur. habet בָּתִּים, forma ducta ab obsoleto בַּת, quod a בָּתַת descendit. Id cum בַּיִת, a quo est בַּיִת, cognationem quandam, & communem significationem, habuisse videtur.

2. Accedente He paragogica, quae accentum non deducit, Vav & Jod, motum suum servantes, scheva quiescens recipiunt; ut מוֹתָה *mortem versus*, a מָוֶת; בַּיְתָה *domum versus*, a בַּיִת.

3. In plurali absoluto interdum, Vav & Jod motum suum servantibus, eadem forma פְּקָדִים, & פְּקָדוֹת, adhibetur, quae in Segolatis classis superioris; ut a עַיִר *asinus*, est עֲיָרִים, ut a cognato עִיר, עָרִים; a חַיִל *copia*, חֲיָלִים; a עַיִן *fons*, עֲיָנוֹת.

Sect. VII. de Nomine. Reg. CXIX.

Huc pertinent pluralia, quae vulgo a singularibus media Vav quiescentibus deducuntur; ut שְׁוָרִים *boves*, *Hos.* 12: 12. quod refertur ad שׁוֹר, proprie est a שָׁוֶר, pro שָׁוֶר. quod שָׁוֶר vel, per motum, in שׁוּר, vel, per quietem, in שׁוֹר, abiit. Similia sunt, חֲוָחִים *spinae*, quod &, per quietem, חוֹחִים, a חוֹחַ; שְׁוָקִים *plateae*, quod &, alia forma, שׁוּקִים efferri potuit, a שׁוֹק; דְּוָדִים *ollae*, pro quo & דּוּדִים reperitur, a דּוּד; &c.

Simile forte est עֲיָרִים *urbes*, *Jud.* 10: 4. quod ad עִיר *urbs*, refertur. Sed pro eo potius עָרִים legendum videtur, ut alibi semper. Haec autem forma non ducta est a עִיר, sed a עָר, contracto ex עֲיָר.

IV. *Quartam* denique classem efficiunt quae, ad evitandum concursum duarum consonantium unam vocalem sequentium, passa sunt vocalis trajectionem, secundum *Reg.* XLVII. Talia sunt Nomina formae פֶּקֶד, פֵּקֶד, פְּקֹד, פְּקֹד, & omnia ea, quae formam פְּקַד habent.

Haec, accedente finali incremento, vel redeunt ad formam pristinam, vel trajectam vocalem in suo loco relinquunt.

*Pri-*

*Primo*, ad formam priſtinam redeunt, *Sect.* VII. *de Nomine.* *Reg.* CXIX.
1. in motione; ut ab אֱלִי, pro אַלְיָ, eſt אַלְיָה *cauda*; a שְׁאֵר, pro שְׁאַר, שְׁאֵרָה *caro*, pro שְׁאֵרָה; a שְׁכֶם, pro שְׁכְם, שִׁכְמָה *humerus*; a שְׁבִי, pro שְׁבְי, שִׁבְיָה *captivitas*; a חֲלִי, pro חֶלְיָ, חֶלְיָה *ornatus*; ab אֲשִׁי, pro אֶשְׁיָ, אָשְׁיָה *fundamentum*.

2. in adfixione; ut a חֲצִי, pro חֶצְיָ, חֶצְיוֹ *dimidium ejus*, a מְרִי, pro מֶרְיָ, מֶרְיְךָ *rebellio tua*; a דְּבַשׁ, pro דְּבְשׁ, דִּבְשִׁי *mel meum*; a פְּרִי, pro פֶּרְיָ, פִּרְיוֹ *fructus ejus*; a גְּדֹל, pro גְּדְל, גָּדְלוֹ, vel גֻּדְלוֹ, *magnitudo ejus*; a חֲלִי, pro חֶלְיָ, חָלְיוֹ *morbus ejus*.

Hinc ratio repetenda eſt, cur Infinitivus פְּקֹד in adfixione non habeat פְּקֹדִי, ſed פָּקְדִי, vel פָּקְדִי, quod arguit veterem formam פְּקְד. Cum quibusdam adfixis gemina forma uſurpatur; ut פָּקְדְךָ a פְּקְד, & פְּקָדְךָ a פְּקֶד. Similiter Infinitivus פְּקֹד in adfixione tranſit in veterem formam פְּקַד aut פְּקֶד; ut רַקְעֲךָ *calcare tuum*, vel *calcatio tua*, & מַחְאֲךָ *percutere tuum*, vel *percuſſio tua*, *Ezech.* 25: 6. a רְקַע, & מְחָא, pro מְחָא; פִּתְחוֹ *aperire ejus*, *Neh.* 8: 5. & נִפְלוֹ *cadere ejus*, 2 *Sam.* 1: 10. a פְּתַח, & נְפַל; &c.

3. in

*Sect.* VII. *de Nomine.* *Reg.* CXIX.

3. in duali; ut דְּלָיִם *binae situlae*, a דְּלִי, pro דְּלִי.

4. nonnunquam in plurali absoluto; ut שַׂלְוִים vulgo *coturnices*, a שְׂלָו, pro שְׂלָו.

Sed frequentius in plurali constructo; ut אַגְמֵי *stagna*, ab אֲגַם, pro אֲגַם; בְּאֵרוֹת *putei*, pro בְּאֵרוֹת, a בְּאֵר, pro בְּאֵר; סִבְכֵי *perplexitates*, a סְבַךְ, pro סְבַךְ.

*Secundo*, vocalem trajectam in suo loco relinquunt.

1. pluralia absoluta formae singularis פְּקַד, quae Patach in Kamets producunt, secundum *Reg.* CXVIII. 1. ut אֲגַמִּים *stagna*, ab אֲגַם; סְבָכִים *perplexitates*, a סְבַךְ; &c. Haec est forma illa פְּקָדִים, foemininam habens פְּקָדוֹת, quam Nomina proprie dicta Segolata a פְּקַד quasi mutuo accepisse, antea jam dictum est.

Eandem formam פְּקָדִים usurpant omnia Nomina formae פְּקִי; ut אֲרָיִים *leones*, ab אֲרִי; חֳלָיִים *morbi*, a חֳלִי; גְּדָיִים *hoedi*, a גְּדִי, unde & in regimine est גְּדָיֵי, *Gen.* 27: 9. 16.

1. In

1. In his, pro Jod mobili, interdum Aleph substituitur, ad suaviorem pronuntiationem; ut חֲלָאִים *monilia*, *Cant.* 7: 2. pro חֲלָיִים; צְבָאִים *capreae*, 1 *Chron.* 12: 8. pro צְבָיִים; &c. *Sect.* VII. *de Nomine.* *Reg.* CXIX.

2. Excipiendum est כְּלִי *vas*, pluralem usurpans כֵּלִים, in regimine כְּלֵי, ductum ab obsoleto singulari כֶּל, a כָּלָה, ut בֵּן, a בָּנָה. Similia fuerunt מֵעַ, a מָעָה, unde מֵעִים *viscera*, in regim. מְעֵי; & לֵחַ, a לָחָה, unde duale לְחָיִם, a quo est לְחָיֵיהֶם *maxillae eorum*, *Hos.* 11: 4.

2. dualia quaedam absoluta, ab eadem forma פֶּקֶד, ad normam pluralium, venientia; ut דְּרָכַיִם *duae viae*, *bivium*, a דֶּרֶךְ, i. q. דֶּרֶךְ; קַרְנַיִם *duo cornua*, a קֶרֶן, i. q. קֶרֶן; לְחָיַיִם *ambae maxillae*, quasi a לְחִי, i. q. לְחִי, unde & in regimine est לְחָיֵי, *Jes.* 30: 28.

3. Nomina quaedam formae פֵּקֶד, pro פֶּקֶד; ut כְּאֵבִי *moeror meus*, a כְּאֵב; בְּאֵרוֹת *putei*, a בְּאֵר.

4. Nomina quaedam formae פְּקִי, quando adfixa syllabica accipiunt; ut פְּרִיהֶם *fructus eorum*, quod frequentius est פִּרְיָם.

CXX.

*Sect. VII. de Nomine. Reg. CXX. Mutationes Segolatorum in Tav foemininam exeuntium.*

CXX. 1. Segolatis accensenda quoque sunt Nomina foeminina penacuta in Tav servilem desinentia, de quibus dictum est *Reg.* XCVII. Ea enim, accedente finali incremento, eandem, quam illa, legem sequuntur; ut a מַמְלֶכֶת *regnum*, in adfixione est מַמְלַכְתּוֹ; ab אַרְבַּעַת *quaternio*; τετράς, אַרְבַּעְתָּם, & in duali אַרְבַּעְתַּיִם *quadruplum*; ab אֵשֶׁת *foemina*, *uxor*, אִשְׁתְּךָ, & אִשְׁתְּךָ; a גְּבֶרֶת *hera*, גְּבִרְתִּי; a שְׁכֶנֶת *vicina*, שְׁכֶנְתָּהּ; a בֹּשֶׁת *pudor*, בָּשְׁתְּךָ; a כְּתֹנֶת *tunica*, כְּתָנְתִּי; a מַשְׂכֹּרֶת *merces*, מַשְׂכֻּרְתְּךָ. Item ab אֱמֶת *veritas*, contracto ex אֱמֶנֶת, vel אֲמֶנֶת, est אֲמִתּוֹ, pro אֲמִנְתּוֹ; a בַּת *filia*, contracto ex בֶּנֶת, בִּתּוֹ, pro בִּנְתּוֹ.

2. Par ratio est Infinitivorum eandem terminationem habentium, quando pronomen adfixum accipiunt; ut a רֶדֶת *descendere*, fit רִדְתּוֹ; a לֶכֶת *ire*, לֶכְתּוֹ; a קַחַת, & קַחַת, *accipere*, קַחְתִּי; a תֵּת, pro תֶּנֶת, *dare*, תִּתִּי, pro תִּנְתִּי; a צְדֶקֶת *justum reddere*, צִדְקָתֵךְ; &c.

3. Nomina terminationis Segolatae, quae in plurali Tav servilem servant, supe-

perius *Reg*. CVI. indicata, pluralem absolutum habent formae פְּקָדוֹת, pro more Segolatorum; ut דְּלָתוֹת a דֶּלֶת; שְׂפָתוֹת a שֶׂפֶת; &c. Sed in regimine inde est, item pro Segolatorum norma, דַּלְתוֹת, שִׂפְתוֹת; in adfixione, דַּלְתוֹתָיו, שִׂפְתוֹתָיו, &c. *Sect. VII. de Nomine. Reg.* CXX. CXXI.

CXXI. Ultimo loco adhuc observandum est id quod peculiare habent Nomina foeminina, in He servilem desinentia, atque a Segolatis masculinis per motionem derivata, quae, secundum *Reg*. XC. sunt formarum פַּקְדָה, פִּקְדָה, פֶּקְדָה, פָּקְדָה, & פְּקֻדָה. Quaecunque enim eorum perfecta sunt, neque literam radicalem deficientem aut quiescentem habent, pluralem absolutum ducunt a plurali absoluto פְּקָדִים Segolatorum masculinorum, adeoque omnia eum habent formae פְּקָדוֹת. Sic a עַלְמָה *virgo*, quod a עֶלֶם *adolescens*, est עֲלָמוֹת; ab אִמְרָה *dictio*, quod ab אֵמֶר, אֲמָרוֹת; a חֶרְפָּה *opprobrium*, quod a חֶרֶף, חֲרָפוֹת; a כִּבְשָׂה *agna*, quod a כֶּבֶשׂ, כְּבָשׂוֹת; a חָרְבָּה *vastitas*, quod a חֹרֶב, חֳרָבוֹת; a טֻמְאָה *impuritas*, quod a טֹמֶא, טְמָאוֹת. *Observatio de forma* פִּקְדָה, *& sim.*

Sed

*Sect.* VII. *de Nomine.* *Reg.* CXXI. CXXII.

Sed in plurali constructo redeunt ad eam formam, quam in singulari habuerunt; ut עַלְמוֹת; אִמְרוֹת; חֶרְפּוֹת; כִּבְשׂוֹת; חָרְבוֹת; טֻמְאוֹת.

Idem faciunt in adfixione: ut עַלְמוֹתָיו; אִמְרוֹתָיו; חֶרְפּוֹתָיו; &c.

*Nomina Numeralia.*

CXXII. Nomina Numeralia sunt

I. *Cardinalia*, quae omnia sunt substantiva, partim admíttentia flexionem ex masculino genere in foemininum, partim communis generis, & cum aliis Nominibus vel per appositionem in statu absoluto, vel per regimen in constructo, conjungenda. Sunt illa vel simplicia, vel ex simplicibus composita.

Tabella simplicium haec est:

| | | masc. | | foem. |
|---|---|---|---|---|
| *Unum.* | | אֶחָד | | אַחַת |
| | constr. | אַחַד | | — |
| *Duo.* | | שְׁנַיִם | | שְׁתַּיִם |
| | constr. | שְׁנֵי | | שְׁתֵּי |
| *Tria.* | | שָׁלֹשׁ | | שְׁלֹשָׁה |
| | constr. | שְׁלֹשׁ | | שְׁלֹשֶׁת |
| *Quatuor.* | | אַרְבַּע | | אַרְבָּעָה |
| | constr. | — | | אַרְבַּעַת |
| *Quinque.* | | חָמֵשׁ | | חֲמִשָּׁה |
| | constr. | חֲמֵשׁ | | חֲמֵשֶׁת |

*Sex.*

Sect. VII. de Nomine. Reg. CXXII.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sex.* masc. | שֵׁשׁ | foem. | שִׁשָּׁה |
| constr. | — | | שֵׁשֶׁת |
| *Septem.* | שֶׁבַע | | שִׁבְעָה |
| constr. | שְׁבַע | | שִׁבְעַת |
| *Octo.* | שְׁמֹנֶה | | שְׁמֹנָה |
| constr. | — | | שְׁמֹנַת |
| *Novem.* | תֵּשַׁע | | תִּשְׁעָה |
| constr. | תְּשַׁע | | תִּשְׁעַת |
| *Decem.* | עֶשֶׂר | | עֲשָׂרָה |
| עָשֵׂר | עֶשְׂרֵה | | |
| constr. | — | | עֲשֶׂרֶת |

*Viginti.* עֶשְׂרִים comm.
*Triginta.* שְׁלֹשִׁים
*Quadraginta.* אַרְבָּעִים
*Quinquaginta.* חֲמִשִּׁים
*Sexaginta.* שִׁשִּׁים
*Septuaginta.* שִׁבְעִים
*Octoginta.* שְׁמֹנִים
*Nonaginta.* תִּשְׁעִים
*Centum.* מֵאָה, constr. מְאַת
*Ducenta.* מָאתַיִם, pro מְאָתַיִם
*Mille.* אֶלֶף
*Duo millia.* אַלְפַּיִם

O De-

Sect. VII. de Nomine.

*Decem millia.* רְבָבָה, vel רִבּוֹ, רִבּוֹא.
רִבּוֹת, רִבֹּאת.

Reg. CXXII. Ex his reliqua componuntur; ut

| | masc. | foem. |
|---|---|---|
| *Undecim.* | אַחַד עָשָׂר | אַחַת עֶשְׂרֵה |
| vel | עַשְׁתֵּי עָשָׂר | עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה |
| *Duodecim.* | שְׁנֵי עָשָׂר | שְׁתֵּי עֶשְׂרֵה |
| vel | שְׁנֵים עָשָׂר | שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה |
| *Tredecim.* | שְׁלֹשָׁה עָשָׂר | שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה |
| *Quatuordecim.* | אַרְבָּעָה עָשָׂר | אַרְבַּע עֶשְׂרֵה |
| *Quindecim.* | חֲמִשָּׁה עָשָׂר | חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה |
| *Sedecim.* | שִׁשָּׁה עָשָׂר | שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה |
| *Septendecim.* | שִׁבְעָה עָשָׂר | שְׁבַע עֶשְׂרֵה |
| *Octodecim.* | שְׁמֹנָה עָשָׂר | שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה |
| *Novendecim.* | תִּשְׁעָה עָשָׂר | תְּשַׁע עֶשְׂרֵה |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Viginti unum.* | וְעֶשְׂרִים | אֶחָד | m. |
| | | אַחַת | f. |
| *Viginti duo.* | וְעֶשְׂרִים | שְׁנַיִם | m. |
| | | שְׁתַּיִם | f. |
| *Triginta tria.* | וּשְׁלֹשִׁים | שְׁלֹשָׁה | m. |
| | | שָׁלֹשׁ | f. |
| *Quadraginta quatuor.* | וְאַרְבָּעִים | אַרְבָּעָה | m. |
| | | אַרְבַּע | f. |

*Quin-*

*Quinquaginta quinque.* וַחֲמִשִּׁים { חֲמִשָּׁה m. / חָמֵשׁ f. — Sect. VII. de Nomine. Reg. CXXIII.

*Sexaginta sex.* וְשִׁשִּׁים { שִׁשָּׁה m. / שֵׁשׁ f.

*Septuaginta septem.* וְשִׁבְעִים { שִׁבְעָה m. / שֶׁבַע f.

*Octoginta octo.* וּשְׁמֹנִים { שְׁמֹנָה m. / שְׁמֹנֶה f.

*Nonaginta novem.* וְתִשְׁעִים { תִּשְׁעָה m. / תֵּשַׁע f

*Trecenta.* שְׁלֹשׁ מֵאוֹת comm.

*Quadringenta.* אַרְבַּע מֵאוֹת

*Quingenta.* חֲמֵשׁ מֵאוֹת

*Tria millia.* שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים

*Quatuor millia.* אַרְבַּעַת אֲלָפִים

*Quinque millia.* חֲמֵשֶׁת אֲלָפִים

*Viginti millia.* שְׁתֵּי רִבּוֹת

vel עֶשְׂרִים אֶלֶף

*Centum millia.* עֶשֶׂר רִבּוֹת

vel מֵאָה אֶלֶף. vel מְאַת.

*Sexcenta millia.* שֵׁשׁ מֵאוֹת אֶלֶף, &c.

Numeri ope particulae copulativae compositi ita quoque conjungi possunt, ut major minorem

SECT. VII. de Nomine Reg. CXXII. praecedat; ut שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה *septuaginta septem*; תִּשְׁעִים וְשִׁשָּׁה *nonaginta sex*; *Esr.* 8: 35. &c.

II. *Ordinalia*, quae sunt adjectiva, dantur a *primo* usque ad *decimum*. Ea haec sunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Primus.* | רִאשׁוֹן | foem. | רִאשׁוֹנָה |
| *Secundus.* | שֵׁנִי | | שֵׁנִית |
| *Tertius.* | שְׁלִישִׁי | | שְׁלִישִׁית |
| *Quartus.* | רְבִיעִי | | רְבִיעִית |
| *Quintus.* | חֲמִישִׁי | | חֲמִישִׁית |
| *Sextus.* | שִׁשִּׁי | | שִׁשִּׁית |
| *Septimus.* | שְׁבִיעִי | | שְׁבִיעִית |
| *Octavus.* | שְׁמִינִי | | שְׁמִינִית |
| *Nonus.* | תְּשִׁיעִי | | תְּשִׁיעִית |
| *Decimus.* | עֲשִׂירִי | | עֲשִׂירִית |

Loco reliquorum Ordinalium usurpantur Cardinalia; ut הַשָּׁנָה הָאַחַת עֶשְׂרֵה *annus undecimus*; שִׁבְעָה עָשָׂר יוֹם *decimus septimus dies*.

Ita & אֶחָד *unus*, saepe pro *primo* sumitur.

Occurrit etiam שְׁנַת שְׁתַּיִם *annus duorum*, pro *secundo*; שְׁנַת שֶׁבַע *annus septem*, pro *septimo*. Est haec loquutio elliptica, quae plenior ex-

exstat *Lev.* 25: 10. 11. שְׁנַת הַחֲמִשִּׁים שָׁנָה Sect. VIII. *annus*, scil. ultimus, *quinquaginta annorum*, de Pronomine. i. e. *quinquagesimus*; & *Gen.* 7: 11. בִּשְׁנַת Reg. CXXIII. שֵׁשׁ־מֵאוֹת שָׁנָה *in anno* ultimo *sexcentorum* CXXIV. *annorum*, i. e. *sexcentesimo*.

III. *Distributiva*, quae per Cardinalia geminata exprimuntur; ut שְׁנַיִם שְׁנַיִם *duo duo*, i. e. *bina*; חֲמִשִּׁים חֲמִשִּׁים אִישׁ *quinquaginta quinquaginta viri*, i. e. *quinquageni*.

IV. *Proportionalia*, quae per dualem Cardinalium efferuntur; ut אַרְבַּעְתַּיִם *quadruplum*; שִׁבְעָתַיִם *septuplum*.

## SECTIO VIII.

## DE PRONOMINE.

CXXIII. Tertia pars orationis, dicta *Particula*; continet omnia ea, quae neque Verbum sunt, neque Nomen, adeoque *Pronomina*, *Adverbia*, *Conjunctiones*, *Praepositiones*, *Interjectiones*. Particula.

CXXIV. Pronomina dividuntur in *separata* & *inseparabilia*. *Separata* sunt quatuor classium, *Personalia*, *Demonstrativa*, *Relativa*, & *Interrogativa*. Pronominum divisio.

XXVIII. *de Pronomine.* *Reg.* CXXV. *Pronomina personalia.*

CXXV. Pronomina *personalia* ſunt trium perſonarum, primae, ſecundae, tertiae; & numeri vel ſingularis, vel pluralis. Diſcrimen etiam generis exprimunt ea quae ſunt perſonae ſecundae & tertiae. Sed quae primam perſonam indicant, ſunt generis communis. Tabella haec eſt:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1. *Perſ.* | *Sing.* | *Comm.* | אֲנִי vel אָנֹכִי | *Ego.* |
| | *Plur.* | | אֲנַחְנוּ vel נַחְנוּ | *Nos.* |
| 2. *Perſ.* | *Sing.* | *Maſc.* | אַתָּה vel אַתְּ | *Tu.* |
| | | *Foem.* | אַתְּ | |
| | *Plur.* | *Maſc.* | אַתֶּם | *Vos.* |
| | | *Foem.* | אַתֵּן vel אַתֵּנָה | |
| 3. *Perſ.* | *Sing.* | *Maſc.* | הוּא | *Ipſe.* |
| | | *Foem.* | הִיא | *Ipſa.* |
| | *Plur.* | *Maſc.* | הֵם vel הֵמָּה | *Ipſi.* |
| | | *Foem.* | הֵן vel הֵנָּה | *Ipſae.* |

1. Pro אַתְּ *tu* f. compluribus in locis ſcribitur אַתִּי, cum Jod otiante; ut *Jud.* 17: 2. *Jer.* 4: 30. 1 *Reg.* 14: 2. &c. Veteres dixerunt אַתִּי, pro אַתְּ הִיא *tu ipſa*; quod cum deinde extra uſum abiiſſet, Maſorethae literam Jod noluerunt quidem omittere, ſed, ne pronuntiaretur, in otio poſuerunt. Conf. quae ſupra notata ſunt, *Reg.* LXI *pag.* 58. 2. Pe-

2. Peculiare quid accidit pronominibus הוּא *ipse*, & הִיא *ipsa*. Pro priore enim interdum הִיא, legendum ut הוּא, & pro posteriore frequenter, praesertim in Pentateucho, הִוא, ut הִיא legendum, scribitur. Hujus anomaliae quaenam sit ratio, variae dantur virorum doctorum sententiae, de quibus hic non est disputandi locus.

*Sect. VIII. de Pronomine Reg.* CXXV. CXXVI. CXXVII. CXXVIII.

CXXVI. *Demonstrativa* sunt *Demonstrativa.*

*Sing.* *Masc.* זֶה, לָזֶה, הַלָּזֶה, *hic; ille.*
*Foem.* זֹה, זוֹ, זֹאת, הַלֵּזוּ, *haec; illa.*
*Comm.* זוּ, הַלֵּז, *hic, haec; ille, illa.*

*Plur.* *Comm.* אֵל, הָאֵל; אֵלֶּה, *hi, hae; illi, illae.*

CXXVII. *Relativum*, proprie sic dictum, unum est, idque utriusque generis & numeri, אֲשֶׁר *qui, quae.* *Relativa.*

Usum tamen relativum, per hujus אֲשֶׁר ellipsin, accipiunt quoque demonstrativa זֶה, זוֹ, & זוּ; ut עַם־זוּ קָנִיתָ *populus hic*, quem *acquisivisti*, *Exod.* 15: 16. pro אֲשֶׁר קָנִיתָ.

CXXVIII. *Interrogativa* duo sunt, utriusque generis & numeri; alterum de *persona*, מִי *quis? quae?* alterum de *re*, מָה, vel מֶה, *quid?* *Interrogativa.*

*Sect. VIII. de Pronomine.*

*Reg.* CXXVIII. CXXIX.

*Pronomina adfixa.*

Hoc מַה abit in מֶה, si, intercedente makkaph, sequatur dagesch forte euphonicum; interdum etiam cum sequente voce coalescit. Conf. *Reg.* XXIX. *pag* 23.

CXXIX. *Pronomina inseparabilia* sunt quae & *adfixa* dicuntur, quia ad finem aliarum vocum ita adfiguntur, ut cum iis coalescant. Ea, a personalibus separatis orta, etiam ipsa sunt personalia, atque personam vel primam, vel secundam, vel tertiam, designant, pro diverso numero, & genere; nisi quod ea quae sunt primae personae, semper sint generis communis.

Dividuntur in *Syllabica*, quae per se constituunt syllabam; & *Asyllaba*, quae cum ultima vocis, cui accedunt, litera in unam syllabam conjunguntur. Tabella haec est:

| | | | *Syllab.* | *Asyll.* |
|---|---|---|---|---|
| 1. *Pers.* | *Sing.* | *Comm.* | נִי & | ִי |
| | *Plur.* | *Comm.* | נוּ | |
| 2. *Pers.* | *Sing.* | *Masc.* | ךָ | |
| | | *Foem.* | כִי & | ךְ, vel כִי |
| | *Plur.* | *Masc.* | כֶם | |
| | | *Foem.* | כֶן | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3. *Perf.* | *Sing.* | *Masc.* | הוּ & ו |
| | | *Foem.* | הָ & ה |
| | *Plur.* | *Masc.* | הֶם, הֵם, מוֹ, & ם |
| | | *Foem.* | הֶן, הֵן, & ן |

*Sect.* VIII. *de Pronomine.* *Reg.* CXXIX. CXXX.

Accedunt haec adfixa ad quafcunque orationis partes, Verba, Nomina, & Particulas; ita tamen ut aliis in locis potius fyllabica, in aliis afyllaba, adhibeantur.

Ita cum Verbis quidem, nec non Particulis quibusdam, ו, fed cum Nominibus fere folum ו, conjungitur. הוּ ad Verba faepe, ad Nomina rarius, accedit. הֶם & הֶן Verbis fere nunquam adduntur. כְּי, unde, Jod miffa in otium, ortum eft כִּי, rarioris ufus eft, & perpaucis in locis, per archaifmum quendam, remanfit. מוֹ non adhiberi folet nifi in ftilo fublimiore & poëtico.

CXXX. Adfixa pronomina, ut vocibus, ad quas accedunt, apte adhaereant, plerumque vocalem, cujus ope adnectantur, fibi praemittunt; ut צָרָם *hoftis eorum*, a צַר; תַּמְשִׁילֵהוּ *facies dominari eum*, a תַּמְשִׁיל. Quaedam fyllabica folum fcheva fibi praemittunt; ut צָרְךָ *hoftis tuus*. Ea vocalis, vel fcheva, *Punctum adglutinationis adfixorum.*

 cu-

Sect. VIII. *de Pronomine.* *Reg.* CXXX. CXXXI.

cujus interventu fit connexio adfixi cum voce, *punctum adglutinationis* vocari solet.

Si vox desinat in vocalem & literam quiescentem, hoc puncto adglutinationis non est opus; ut פִּרְיָהֶם *fructus eorum*; בִּקַּשְׁתִּיו, vel בִּקַּשְׁתִּיהוּ, *quaesivi eum.*

*Nominibus quomodo adfixa accedant.*

CXXXI. 1. Nominibus quando accedunt adfixa, *genitivum* exprimunt *possessoris*; ut דְּבָרִי *verbum mei*, s. *meae personae*, hoc est, *meum*. Quare numerus & genus adfixorum non sequuntur numerum & genus ejus Nominis, cui adduntur, sed ejus, cujus in locum illa substituuntur; ut דְּבָרֶיהָ *verba ejus*, scil. *foeminae*.

2. In plurimis Nominum formis, propter accedentia adfixa, quaedam fiunt mutationes, partim literarum, partim vocalium, quae expositae sunt supra, *Regg.* CIV—CXXI.

3. Aliud est punctum adglutinationis in Singularibus, aliud in Pluralibus. Horum normam sequuntur Dualia.

4. Terminatio pluralis foem. וֹת, ut adfixa eodem modo accipere possit ut masculina ִים, & dualis ַיִם, (quae, amissa Mem, in Jod exeunt, secundum

*Reg.*

*Reg*, CIX.) etiam ipsa Jod ante adfixa assumit. *Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXXXI. CXXXII.*

Haec Jod, quia majorem numerum, vel pluralem vel dualem, indicat, *Jod multitudinis* vocari solet.

5. Accentus adhaerere solet puncto adglutinationis; ut דְּבָרוֹ *verbum ejus*; דְּבָרֵינוּ *verba nostra*.

6. Quatuor adfixa syllabica, כֶם, כֶן, הֶם, & הֶן, accentum ad propriam suam syllabam deducunt; ut דִּבְרֵיהֶם *verba eorum*. Idem facit ךָ, singularibus per scheva accedens; ut דְּבָרְךָ *verbum tuum*.

Illa quatuor ideo *gravia*, id est, graviore tono pronuntianda, vocantur, ut reliqua omnia *levia*.

CXXXII. Nominibus singularibus, qualia sunt masc. דָּבָר *verbum*, & foem. צָרָה, pro צָרָה, *anxietas*, adfixa sic accedunt. *Paradigma Nominum sing. cum adfixis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. *Pers.* | *Sing.* | דְּבָרִי | *verbum mei.* c. |
| | | צָרָתִי | *anxietas mei.* c. |
| | *Plur.* | דְּבָרֵנוּ | *verbum nostri.* c. |
| | | צָרָתֵנוּ | *anxietas nostri.* c. |

2. *Pers.*

Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXXXII.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 2. Pers. | Sing. | דְּבָרְךָ | *verbum tui.* m. |
| | | צָרָתְךָ | *anxietas tui.* m. |
| | | דְּבָרֵךְ | *verbum tui.* f. |
| | | צָרָתֵךְ | *anxietas tui.* f. |
| | Plur. | דְּבַרְכֶם | *verbum vestri.* m. |
| | | צָרַתְכֶם | *anxietas vestri.* m. |
| | | דְּבַרְכֶן | *verbum vestri.* f. |
| | | צָרַתְכֶן | *anxietas vestri.* f. |
| 3. Pers. | Sing. | דְּבָרוֹ | *verbum ejus.* m. |
| | | צָרָתוֹ | *anxietas ejus.* m. |
| | | דְּבָרָהּ | *verbum ejus.* f. |
| | | צָרָתָהּ | *anxietas ejus.* f. |
| | Plur. | דְּבָרָם | *verbum eorum;* |
| | | דְּבָרָמוֹ | idem. |
| | | צָרָתָם | *anxietas eorum.* |
| | | צָרָתָמוֹ | idem. |
| | | דְּבָרָן | *verbum earum.* |
| | | צָרָתָן | *anxietas earum.* |

1. נוּ, pro Tseri, etiam Kamets ante se admittit; ut מוֹדַעְתָּנוּ *familiaris noster*, *Ruth.* 3:

2. Sic in Infin. הוֹצִיאָנוּ *educere nos*, *Exod.* 14:11.

2. ךָ quibusdam Nominum formis per scheva quiescens additur; ut בִּנְךָ *filius tuus*, a בֵּן;

מִזְבַּחֲךָ

מִזְבַּחֲךָ *altare tuum*, pro מִזְבַּחֲךָ, vel מִזְבַּחֲךָ, a מִזְבֵּחַ. Praesertim hoc fit in Participiis formae פּוֹקֵד; ut יֹצְרֶךָ *formator tuus*; אֹיִבְךָ *inimicus tuus*; גֹּאֲלֵךְ *redemtor tuus*; בֹּרְאֲךָ *creator tuus*, pro בֹּרַאֲךָ, a בָּרָא.

Sect. VIII. *de Pronomine.* Reg. CXXXII.

3. Pro ךָ interdum syllabicum כִי occurrit; ut עֲוֹנֵכִי *iniquitas tua*, *Psalm.* 103: 3. Idem ךָ etiam Kamets, pro Tseri, sibi praemittit; ut נֹתְנָךְ *tradens te*, *Ezech.* 23: 28. 25: 4.

4. Ante כֶם & כֶן pro schevate quiescente assumitur mobile, si vel vocalis longa immutabilis, vel aliud scheva quiescens, praecedat; ut קוֹלְכֶם *vox vestra*; כַּסְפְּכֶם *argentum vestrum*.

5. Pro וֹ interdum scribitur הֹ; ut עִירֹה *asinus ejus*, *Gen.* 49: 11.

6. Pro asyllabis וֹ, הָ, םָ, & ןָ, nonnunquam occurrunt syllabica הוּ, הָ, הֶם, & הֶן, ex quibus illa orta sunt; ut אוֹרֵהוּ *lux ejus*, pro אוֹרוֹ, *Job.* 25: 3. כֻּלֹּהֶם *complexus eorum*, quod & כֻּלְּהֶם, unde, retracto accentu, factum כֻּלָּהֶם, pro כֻּלָּם, 2 *Sam.* 23: 6. כֻּלָּהֶן *complexus earum*, quod & כֻּלְּהֶן, unde ortum כֻּלָּהֶן, &, cum He paragogica, כֻּלָּהֵנָה, 1 *Reg.* 7: 37.

Cie-

*Sect.* VIII. *de Pronomine.* *Reg.* CXXXII. CXXXIII.

Crebrius illa ſyllabica accedunt ad Nomina in ה, י, vel ו, exeuntia; ut שָׂדֵהוּ *ager ejus*, a שָׂדֶה; מַרְאָהּ *adſpectus ejus*, f. a מַרְאֶה; אֹפֵהֶם *piſtor eorum*, ab אֹפֶה; אָבִיהוּ, quod & אָבִיו, *pater ejus*, m. אָבִיהָ *pater ejus*, f. אֲבִיהֶם *pater eorum*; פִּיהוּ, quod & פִּיו, *os ejus*; פִּיהֶם *os eorum*; פִּרְיֵהֶם, quod & פִּרְיָם, *fructus eorum*; פִּרְיֵהֶן, quod & פִּרְיָן, *fructus earum*; עֲשׂוֹתוֹ *facere eum*, in Infin. a עָשָׂה.

7. Aſyllabum ן, pro Kamets, etiam Segol ſibi praemittit; ut קִרְבֶּן *venter earum*, *Gen.* 41: 21. contracte ex קִרְבֵּהֶן.

*Paradigma Nominum plur. & dual. cum adfixis.*

CXXXIII. Nominibus pluralibus atque dualibus, qualia ſunt maſc. דְּבָרִים *verba*, foem. צָרוֹת *anxietates*, & duale עֵינַיִם *oculi*, adfixa hoc modo adduntur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. *Perſ.* | *Sing.* | דְּבָרַי | *verba mei.* c. |
| | | צָרוֹתַי | *anxietates mei.* c. |
| | | עֵינַי | *oculi mei.* c. |
| | *Plur.* | דְּבָרֵינוּ | *verba noſtri.* c. |
| | | צָרוֹתֵינוּ | *anxietates noſtri* c. |
| | | עֵינֵינוּ | *oculi noſtri.* c. |

Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXXXIII.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 2. Pers. | Sing. | דְּבָרֶיךָ | *verba tui.* m. |
| | | צָרוֹתֶיךָ | *anxietates tui.* m. |
| | | עֵינֶיךָ | *oculi tui.* m. |
| | | דְּבָרַיִךְ | *verba tui.* f. |
| | | צָרוֹתַיִךְ | *anxietates tui.* f. |
| | | עֵינַיִךְ | *oculi tui.* f. |
| | Plur. | דִּבְרֵיכֶם | *verba vestrum.* m. |
| | | צָרוֹתֵיכֶם | *anxietates vestrum.* m. |
| | | עֵינֵיכֶם | *oculi vestrum.* m. |
| | | דִּבְרֵיכֶן | *verba vestrum.* f. |
| | | צָרוֹתֵיכֶן | *anxietates vestrum.* f. |
| | | עֵינֵיכֶן | *oculi vestrum.* f. |
| 3. Pers. | Sing. | דְּבָרָיו | *verba ejus.* m. |
| | | צָרוֹתָיו | *anxietates ejus.* m. |
| | | עֵינָיו | *oculi ejus.* m. |
| | | דְּבָרֶיהָ | *verba ejus.* f. |
| | | צָרוֹתֶיהָ | *anxietates ejus.* f. |
| | | עֵינֶיהָ | *oculi ejus.* f. |
| | Plur. | דִּבְרֵיהֶם | *verba eorum.* |
| | | דְּבָרֵימוֹ | idem. |
| | | צָרוֹתֵיהֶם | *anxietates eorum.* |
| | | צָרוֹתֵימוֹ | idem. |
| | | עֵינֵיהֶם | *oculi eorum.* |

עֵינֵימוֹ

Sect. VIII. de Pronomine Reg. CXXXIII.

שְׁנֵימוֹ idem.
דִּבְרֵיהֶן *verba earum.*
צָרוֹתֵיהֶן *anxietates earum.*
עֵינֵיהֶן *oculi earum.*

1. Ante adfixum 1. perſ. ſing. Jod ſemper omittitur Jod multitudinis, ne eadem litera bis ponatur; ut דְּבָרַי pro דְּבָרַיי.

2. Jod multitudinis interdum etiam ante alia adfixa omittitur, per ſcribendi compendium; ut חִצָּו *tela ejus*; *Pſalm.* 58: 8 תּוֹרֹתָו *leges ejus*, *Ezech.* 44: 5. דְּרָכֶךָ *viae tuae*, *Pſalm.* 119: 37. יָדֶךָ *manus tuae*, 2 *Sam.* 3: 34. אֹיְבֵנוּ *hoſtes noſtri*, 2 *Sam.* 19: 10. גּוֹיֵהֶם *gentes eorum*, *Gen.* 10: 5. &c.

3. Pro aſyllabo ךָ ſi adhibeatur ſyllabicum כִי, pro דְּבָרַיִךְ eſt דְּבָרַיְכִי. Exempla exſtant *Pſalm.* 103: 3. 4. 5.

4. הוּ, pro ו, ut ad ſingularia, ita & ad pluralia atque dualia, accedere poteſt; ut גִּבּוֹרֵיהוּ *fortes ejus*, *Nach.* 2: 4. עֵינֵיהוּ *oculi ejus*, *Job* 24: 23. Ad normam dialecti Chaldaïcae, pro hoc הוּ, etiam הִי adhibuerunt, Cholem ante ſe habens; ut תַּגְמוּלוֹהִי *beneficia ejus*, *Pſalm.* 116: 12.

5. Pluralia foeminina, pro ſyllabicis הֶם & הֶן, etiam aſyllaba ם & ן, more ſingularium,

reci-

recipiunt; ut אוֹתוֹתָם *signa eorum*, *Psalm.* 74: 4. Sic אֲבוֹתָם *patres eorum*, *Exod.* 4: 5.

*Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXXXIV Adfixa Verbis addita.*

CXXXIV. 1. Verbis activis atque transitivis adfixa pronomina plerumque ita junguntur, ut nostro accusativo reddenda sint; ut פְּקָדוּךָ *inspexerunt te*. Interdum dativo exprimi debent, ubi subest ellipsis particulae ל; ut נְתַתָּנִי *dedisti mihi*, *Jos.* 15: 19. חָנּוּנוּ *donate nobis*, *Jud.* 21: 22.

2. Passivis & intransitivis quando adduntur, quod item fit per alicujus particulae ellipsin, dativo quoque reddi possunt; ut תִּנָּשֵׁנִי *oblivioni traderis mihi*, pro *a me*, *Jes.* 44: 21. צַמְתֻּנִי *jejunastis mihi*, *Zach.* 7: 5. יְבוֹאֵנוּ *veniet nobis*, pro *ad nos*, *Jes.* 28: 15.

3. Pronomina nostra reciproca per adfixa exprimi non solent; ut טִמְּאוֹ est *polluit eum*, scil. alium, non *semet*; hoc enim, in Hithpahhel, est הִטַּמֵּא.

Hinc est, quod primae & secundae personae adfixa, quae in accusativo, usu reciproco, reddenda forent, earundem personarum Verbis nunquam addantur. Sed tertiae personae Verba admittunt omnia adfixa sine discrimine.

Sect. VIII. *de Pronomine.* *Reg.* CXXXV. *Quomodo Verbis addantur.*

CXXXV. 1. Adfixa Verbis plerumque ita adduntur, ut, accentu ad punctum adglutinationis deducto, vocalis terminalis tollatur; ut קִדְּשׁוֹ *consecravit eum*, a קִדֵּשׁ; יִשְׁמְרֵנִי *custodiet me*, a יִשְׁמֹר; תְּנֵם *da eos*, a תֵּן.

2. Manet tamen vocalis terminalis, *primo*, in tertiis personis Praeteriti Kal, ubi Patach, ut syllabam absolvat, in Kamets producitur, & Kamets primae radicalis ex *Reg.* XL. 1. perit; ut פְּקָדוֹ *inspexit eum*, a פָּקַד; נְתָנְךָ *dedit te*, a נָתַן; לְבֵשָׁם *induit eos*, a לָבֵשׁ; אֲהֵבְךָ *amavit te*; גְּנָבָתַם *furata est eos*, a גָּנְבָה; אֲהֵבָתְךָ *amavit illa te*, ab אָהֲבָה, quod ab אָהֵב; רְדָפוּנִי *persequuti sunt me*, a רָדְפוּ; יְרֵשׁוּהָ *possederunt eam*, a יָרְשׁוּ, quod a יָרַשׁ.

*secundo*, in Futuro & Imperativo Kal, si in Patach desinant, quod item in Kamets producitur; ut יִשְׁאָלְךָ *interrogabit te*, a יִשְׁאַל; יִנְחָלוּהָ *hereditate obtinebunt eam*, a יִנְחַל; שְׁלָחֵנִי *mitte me*, a שְׁלַח; דָּעֵהוּ *cognosce eum*, a דַּע; שְׁמָעוּנִי *audite me*, a שְׁמַע. Sic & Schurek manet in תִּשְׁמוּרֵם *custodies eos*, & simil.

Re-

Rarius perit Patach; ut יִקְרְאוֹ *vocabit eum*, *Jer.* 23: 6. a יִקְרָא, pro יִקְרָא. *tertio*, in tota Specie Hiphil; ut הִשְׁלִיכָם *projecit eos*; הִשְׁמִידְךָ *exscidit te*; אַכְעִיסֵם *irritabo eos*; הַזְכִּרֵנִי *fac recordari me*. Sect. VIII. *de Pronomine.* *Reg.* cxxxv.

Nonnunquam vocalis terminalis perit, more apud Chaldaeos recepto; ut יְעַשְּׁרֶנּוּ *ditabit eum*, pro יַעְשִׁירֶנּוּ, 1 *Sam.* 17: 25.

*quarto*, in formis Verborum media radicali vel defectivorum, vel quiescentium, quae vocali terminali carere non possunt; ut יְסֹבְבֵנִי *cinget me*, a יָסֹב; תְּצוּרֵם. vel תְּצֻרֵם, *infestabis eos*, a תָּצוּר; יְשִׂימְךָ *ponet te*, a יָשִׂים; שִׂימֶהָ *pone eam*.

*quinto*, ante adfixa ךָ, כֶם, & כֶן, per scheva accedentia, ubi, propter deductum accentum, terminalis vocalis longa, si sit mutabilis, in brevem oppositam corripitur; ut קִבֶּצְךָ *collegit te*, a קִבֵּץ; בֵּרַכְךָ *benedixit tibi*, a בֵּרֵךְ; אֲרַחֶמְךָ *diligam te*, ab אֲרַחֵם; אֶתֶּנְךָ *dabo te*, ab אֶתֵּן; אֲרוֹמִמְךָ *extollam te*, ab אֲרוֹמֵם; יְרַחֶמְכֶם *miserebitur vestri*, a יְרַחֵם.

Quodsi, ante haec adfixa, ob literam gutturalem, scheva compositum assumatur, vocalis

Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXXXV. CXXXVI.

longa manere potest; ut אֲשַׁלֵּחֲךָ *mittam te*, *Gen.* 31: 27. Sed יוֹשִׁעֲכֶם *servabit vos*, *Jes.* 35: 4. est a יוֹשַׁע, i. q. יוֹשִׁיעַ.

3. Verbis quiescentibus tertia He, pro Vav aut Jod substituta, ita adduntur adfixa, ut litera quiescens, cum vocali terminali, elidatur; ut עָשָׂם *fecit eos*, a עָשָׂה; נִסָּהוּ *tentavit eum*, a נִסָּה; הִכְּךָ *percussit te*, ab הִכָּה; הֶעֶלְךָ *ascendere fecit te*, ab הֶעֱלָה; יִקְרֵנִי *occurret mihi*, a יִקְרֶה; יַעַנְךָ *respondebit tibi*, a יַעֲנֶה; יְצַוֵּהוּ *praecipiet ei*, a יְצַוֶּה; יַכּוֹ *percutiet eum*, a יַכֶּה; תּוֹרְךָ *docebit te*, a תּוֹרֶה; עֲנֵנִי *exaudi me*, a עֲנֵה.

1. Quando haec Verba servant formam perfectam, nihil habent peculiare; ut יְאֵתָיֵנִי *veniet mihi*; *Job.* 3: 25.

2. Interdum illa, ante adfixa, inserunt Jod in puncto adglutinationis quiescentem, ad originis indicium; ut הַכֵּינִי *percute me*, 2 *Reg.* 20: 35. 37. ab הַכֵּה; אַפְאֵיהֶם *exscindam eos*, *Deut.* 32: 26. ab אַפְאֶה, cum הֶם, rarissimo in Verbis adfixo.

*De puncto adglutinationis adfixorum in Verbis.*

CXXXVI 1. Quaedam adfixa Verbis addita idem sibi praemittunt punctum adglutinationis, quo & Nominibus

bus accedunt; ſcil. ךָ, ךְ, כֶם, כֶן, ו, & ה. *Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXXXVI. CXXXVII.*
Reliqua aliud in Praeteritis, aliud in Futuris & Imperativis plerumque aſſumunt, ut ex paradigmate clarius percipietur.

2. Perſonae Verborum in ו & י exeuntes, quia non indigent puncto adglutinationis, adfixa nude accipiunt; ut פְּקָדוּךָ *inſpexerunt te;* רְאִיתִיו *vidi eum;* הַרְאֵנִי *fac videre me.*

Talia, quia in vocalem exeunt, ſolum ſyllabicum הָ, non aſyllabum הּ, admittunt; ut מְצָאוּהָ *invenerunt eam;* שַׂמְתִּיהָ *poſui eam.* Poſt ו item non aſyllabum ו, ſed ſyllabicum הוּ, uſurpatur; ut אֲכָלוּהוּ *comederunt eum*, non אֲכָלוּו.

CXXXVII. Mutationem aliquam, propter accedentia adfixa, ſubeunt pleraeque adformantes. *Mutatio adformantium propter adfixa.*

I. Aſyllaba הָ, quod He quieſcens in media voce ſtare non poſſit, transit in תְ, vel תָ, alteram terminationem foemininam, quae, ut clariore ſono efferatur, plerumque accentum ſibi ſervat, non ad adfixa demittit.

In Verbis autem tertia He quieſcentibus, quae, ſecundum *Reg.* LXXXII.

Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXXXVII.

*pag.* 131 utramque foemininam terminationem, Tav & He, conjunxerunt, demta He sola Tav remanet.

Huic adformanti Tav adfixa syllabica sine puncto adglutinationis adduntur; ut a פָּקְדָה est פְּקָדַתְנִי, vel פְּקָדַתְנִי, *inspexit illa me*; a עָשְׂתָה, vel potius a עָשָׂת, contracto ex עָשִׂית, est עָשָׂתְנִי *fecit illa me.*

In adfixis הוּ & הָ, quae hic semper pro asyllabis ו & ה usurpantur, celerior pronuntiatio saepe literam He elidit, Tav per dagesch duplicata, & assumta, post הָ, He paragogica; ut יְלָדַתּוּ *peperit eum*, pro יְלָדַתְהוּ; כִּלַּתּוּ *consumsit eum*, pro כִּלַּתְהוּ, a כִּלָּה; כִּעֲסַתָּה *irritavit eam*, pro כִּעֲסַתְהָ: צִוַּתָּה *praecepit ei*, f. pro צִוַּתְהָ, a צִוָּה.

Adfixa asyllaba, ךְ, ם, & ן, pro vocalibus longis, ob accentum non deductum, breves oppositas sibi praemittunt, ex *Reg.* XXXVI. ut אֲהֵבַתֶךְ *amavit illa te*, f. pro אֲהֵבַתְךָ; גְּנָבָתַם *furata est eos*, pro גְּנָבַתְהֶם. Sic הֶעֱלָתַם *ascendere fecit eos*, ab הֶעֱלָה.

II. Quod ad syllabicas adformantes, mutatio cadit in תָּ, תְּ, תֶּם, תֶּן, & נוּ.

1. תָּ,

1. תָ, amiſſo Kamets, recipit punctum adglutinationis adfixi; ut שְׁמַרְתַּנִי *cuſtodiviſti me*, a שָׁמַרְתָּ, הוֹצֵאתוֹ *eduxiſti eum*, ab הוֹצֵאתָ. *Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXXXVII. CXXXVIII.*

2. תָ manet quidem interdum non mutatum; ut הִשְׁבַּעְתָּנוּ *adjuraſti nos*, ab הִשְׁבַּעְתָּ, *Joſ.* 2: 17. 20. ſaepius tamen redit ad priſtinam formam תִי, vel תִ; ut מְצָאתִים *inveniſti eos*, a מָצָאתָ; כְּלִתַנִי *prohibuiſti me*, a כָּלִתָ. Conf. *Reg.* LXI. *not.* I.

Loco Chirek ſcribitur Tſeri in הוֹרַדְתֵּנוּ *deſcendere feciſti nos*, *Joſ.* 2: 18 ab הוֹרַדְתָּ.

3. תֶם & תֶן ſubſtituunt ſibi תוּ, vel תָ, a veteri אַתּוּן *vos* ortum; ut צַמְתֻּנִי, vel צַמְתֻנִי, *jejunaſtis mihi.*

4. Pro נָה, quae minus apta eſt adfixioni, ſemper aſſumitur adformans maſculina וּ, uſurpata etiam in foeminino genere, ſecundum *Reg* LXII. ut תַּחְשְׁבֻנִי *reputabunt me*, a תַּחְשְׁבוּ, quod alias, ſine adfixo, eſt תַּחְשֹׁבְנָה.

CXXXVIII. Infinitivi, tam maſculinae quam foemininae terminationis, uti *Infinitivi cum adfixis.*

*Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXXXVIII. CXXXIX.*

uti natura sua cum Nominibus singularibus conveniunt, ita & eorum more adfixa recipiunt; ut שׁוּבוֹ *reverti ejus*; הִבָּרְאָם *creari eorum*; יִרְאָתָם *timere eorum*; לֶכְתִּי *vadere mei*; רְאוֹתוֹ *videre ejus*; צִדְקָתְךָ *justificare tui*.

Non infrequens in illis est נִי, quod ab aliis Nominibus fere abest; ut שׁוּבֵנִי, i. q. שׁוּבִי, *reverti mei*; נַחֲמֵנִי *consolari mei*; &, praecedente Patach, רַמּוֹתַנִי *decipere mei*.

*Infinitivus & Imperativus Kal cum adfixis.*

CXXXIX. 1. Peculiare quid habet Infinitivus in Kal formae פְּקֹד, qui, accedentibus adfixis, transit in vicinam formam פֹּקֶד, pro more Nominum Segolatorum, de quibus *Reg.* CXIX. *pag.* 202. 203. ut a מְלֹךְ non est מְלֹכוֹ, sed מָלְכוֹ *regnare ejus*; a רְדֹף non רְדֹפִי, sed רָדְפִי *persequi mei*. Sic קֻצְרְכֶם *metere vestrum*, a קְצֹר; עָבְרְכֶם *transire vestrum*, a עֲבֹר; בָּחֳרִי *eligere mei*, pro בָּחְרִי, a בחר; מָאָסְכֶם *spernere vestrum*, pro מָאסְכֶם; quod pro מָאְסְכֶם, a מְאֹס; קָרָבְכֶם *appropinquare vestrum*; pro קָרֳבְכֶם, quod pro קָרְבְכֶם, a קְרֹב.

1. Simili ratione Infinitivus פְּקֹד in adfixione transit in formam פָּקְד aut פִּקְד; ut שַׁחֲטָם *jugulare eorum*, a שְׁחֹט; בִּקְעָם *findere eorum*, a בְּקֹעַ. Conf. Reg CXIX. pag. 203. Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXXXIX. CXL. CXLI.

2. Ante adfixa ךָ, כֶם, & כֶן, per scheva accedentia, formae פְּקֹד & פָּקְד interdum manent; ut רְדָפְךָ *persequi tui*; אֱמָרְכֶם *dicere vestrum*; חֲנַנְכֶם *misereri vestrum*.

2. Imperativus in Kal formae פְּקֹד morem Infinitivi, a quo, sua origine, diversus non est, in eo sequitur, ut ante adfixa etiam ipse formam פָּקְד assumat; ut שָׁמְרֵנִי *custodi me*, a שְׁמֹר; רָדְפֵהוּ *persequere eum*, a רְדֹף.

Ob eandem rationem Imperativus interdum etiam ante adformantes in formam פָּקְד transit; ut עָלְזִי *exsulta*, f. *Zeph.* 3: 14. מָלְכִי *regna*, f. *Jud.* 9: 10. 12. חָרְבוּ *obstupescite*, *Jer.* 2: 12.

CXL. Participia in recipiendis adfixis leges Nominum sequuntur. *Participia cum adfixis.*

Pro ִי interdum usurpant נִי, verbale adfixum, praemisso Tseri vel Patach; ut עֹשֵׂנִי *faciens mei*, a עֹשֶׂה; רֹאֵנִי *videns mei*, a רֹאֶה. *Paradigma adfixorum Praeteriti.*

CXLI. Paradigma adfixorum Praeteriti:

Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXLI.

I. A. פָּקַד *inspexit*, masc.
פְּקָדַנִי *inspexit me*, comm.
פְּקָדָנוּ *inspexit nos*, comm.
פְּקָדְךָ *inspexit te*, masc.
פְּקָדֵךְ *inspexit te*, foem.
פְּקָדְכֶם *inspexit vos*, masc.
פְּקָדְכֶן *inspexit vos*, foem.
פְּקָדָהוּ / פְּקָדוֹ } *inspexit eum.*
פְּקָדָהּ *inspexit eam.*
פְּקָדָם / פְּקָדָמוֹ } *inspexit eos.*
פְּקָדָן *inspexit eas.*

1. נִי interdum Kamets ante se habet; ut עָנָנִי *exaudivit me*, *Psalm.* 118: 5.

2. Pro ךְ non raro, ex Chaldaica dialecto, ךְ adhibetur; ut קְרָאֵךְ *vocavit te*, f. *Jes.* 54: 6.

II. A פָּקְדָה *inspexit*, foem.
פְּקָדַתְנִי *inspexit me*, comm.
פְּקָדַתְנוּ *inspexit nos*, comm.
פְּקָדַתְךָ *inspexit te*, masc.
פְּקָדָתֵךְ *inspexit te*, foem.

פְּקַדְתֶּכֶם

Sect. VIII. de Pronomine: Reg. CXLI.

פְּקָדַתְכֶם *inspexit vos*, masc.

פְּקָדַתְכֶן *inspexit vos*, foem.

פְּקָדַתְהוּ } *inspexit eum.*
פְּקָדַתּוּ }

פְּקָדַתְהָ } *inspexit eam.*
פְּקָדַתָּה }

פְּקָדָתַם *inspexit eos.*

פְּקָדָתַן *inspexit eas.*

III. A פָּקַדְתָּ *inspexisti*, masc.

פְּקַדְתַּנִי *inspexisti me*, comm.

פְּקַדְתָּנוּ *inspexisti nos*, comm.

פְּקַדְתָּהוּ } *inspexisti eum.*
פְּקַדְתּוֹ }

פְּקַדְתָּהּ *inspexisti eam.*

פְּקַדְתָּם *inspexisti eos.*

פְּקַדְתָּן *inspexisti eas.*

IV. A פָּקַדְתְּ *inspexisti*, foem.

פְּקַדְתִּנִי *inspexisti me*, comm.

פְּקַדְתִּנוּ *inspexisti nos*, comm.

פְּקַדְתִּיהוּ } *inspexisti eum.*
פְּקַדְתִּיו }

פְּקַדְתִּיהָ *inspexisti eam.*

פְּקַדְתִּים *inspexisti eos.*

פְּקַדְתִּין

Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXLI.

פְּקַדְתִּין *inspexisti eas.*

V. A פָּקַדְתִּי *inspexi*, comm.

פְּקַדְתִּיךָ *inspexi te*, masc.

פְּקַדְתִּיךְ *inspexi te*, foem.

פְּקַדְתִּיכֶם *inspexi vos*, masc.

פְּקַדְתִּיכֶן *inspexi vos*, foem.

פְּקַדְתִּיהוּ<br>פְּקַדְתִּיו } *inspexi eum.*

פְּקַדְתִּיהָ *inspexi eam.*

פְּקַדְתִּים *inspexi eos.*

פְּקַדְתִּין *inspexi eas.*

VI. A פָּקְדוּ *inspexerunt*, comm.

פְּקָדוּנִי *inspexerunt me*, comm.

פְּקָדוּנוּ *inspexerunt nos*, comm.

פְּקָדוּךָ *inspexerunt te*, masc.

פְּקָדוּךְ *inspexerunt te*, foem.

פְּקָדוּכֶם *inspexerunt vos*, masc.

פְּקָדוּכֶן *inspexerunt vos*, foem.

פְּקָדוּהוּ *inspexerunt eum.*

פְּקָדוּהָ *inspexerunt eam.*

פְּקָדוּם<br>פְּקָדוּמוֹ } *inspexerunt eos.*

פְּקָדוּן *inspexerunt eas.*

VII. A פְּקַדְתֶּם *inſpexiſtis*, maſc. & Sect. VIII. *de Pronomine Reg.* CXLI. CXLII.
פְּקַדְתֶּן foem.
פְּקַדְתּוּנִי *inſpexiſtis me*, comm.
פְּקַדְתּוּנוּ *inſpexiſtis nos*, comm.
פְּקַדְתּוּהוּ *inſpexiſtis eum.*
פְּקַדְתּוּהָ *inſpexiſtis eam.*
פְּקַדְתּוּם *inſpexiſtis eos.*
פְּקַדְתּוּן *inſpexiſtis eas.*

VIII. A פָּקַדְנוּ *inſpeximus*, comm.
פְּקַדְנוּךָ *inſpeximus te*, maſc.
פְּקַדְנוּךְ *inſpeximus te*, foem.
פְּקַדְנוּכֶם *inſpeximus vos*, maſc.
פְּקַדְנוּכֶן *inſpeximus vos*, foem.
פְּקַדְנוּהוּ *inſpeximus eum.*
פְּקַדְנוּהָ *inſpeximus eam.*
פְּקַדְנוּם *inſpeximus eos.*
פְּקַדְנוּן *inſpeximus eas.*

CXLII. Paradigma adfixorum Futuri:

I. A יִפְקֹד *inſpiciet*, maſc.
יִפְקְדֵנִי *inſpiciet me*, comm.
יִפְקְדֵנוּ *inſpiciet nos*, comm.
יִפְקָדְךָ *inſpiciet te*, maſc.

Sect. VIII. de Pronomine. Reg. CXLII.

יִפְקְדֵךְ *inspiciet te*, foem.
יִפְקָדְכֶם *inspiciet vos*, masc.
יִפְקָדְכֶן *inspiciet vos*, foem.

יִפְקְדֵהוּ } *inspiciet eum*.
יִפְקְדוֹ }

יִפְקְדֶהָ } *inspiciet eam*.
יִפְקְדָהּ }

יִפְקְדֵם } *inspiciet eos*.
יִפְקְדֵמוֹ }

יִפְקְדֵן *inspiciet eas*.

Eodem prorſus modo adfixa accedunt ad alias Futuri perſonas, nulla adformante auctas.

Interdum Futurum non aliud habet punctum adglutinationis, quam Praeteritum, ſcil. Patach vel Kamets; ut יַשְׂבִּיעַנִי *ſatiabit me*, *Job*. 9: 18. יַכִּירָנוּ *agnoſcet nos*, *Jeſ*. 63: 16. יַלְבִּשֵׁם *induet eos*, *Exod*. 29: 30.

II. Perſonis Futuri in י & ו exeuntibus cum adfixa nude accedant, ſecundum *Reg*. CXXXVI. 2 eadem in his ratio adfixionis eſt, quae in perſonis Praeteriti earundem terminationum; ut תִּפְקְדִים *inſpicies eos*, f. יִפְקְדוּךְ *inſpicient te*; תִּפְקְדוּהָ *inſpicietis eam*.

Reſtant

Restant personae in נָה desinentes, ubi תִּפְקֹדְנָה ante adfixa in תִּפְקֹדְן transire, supra observatum est *Reg.* CXXXVII. II. 4.

*Sect. IX. de Particulis.*

*Reg.* CXLIII. CXLIV. CXLV. *Adfixa Imperativi.*

CXLIII. Imperativo adfixa eodem modo adduntur, ut Futuro; ut פָּקְדֵנִי *inspice me;* פָּקְדֵם *inspice eos;* &c. Quare alio paradigmate non est opus.

## SECTIO IX.

## DE PARTICULIS.

*Particularum divisio.*

CXLIV. Reliquae *Particulae*, quae hoc nomine potissimum designantur, nempe *Adverbia*, *Conjunctiones*, *Praepositiones*, & *Interjectiones*, etiam ipsae dividuntur in *separatas* & *inseparabiles*.

*Particulae separatae.*

CXLV. De separatis generatim observandum est, eas fere omnes, sua origine & proprietate, esse Nomina, partim substantiva, partim adjectiva, quae significationem Particulis convenientem usu obtinuerunt. Id ex formis earum satis apparet, quae non aliae sunt quam Nominum. Sic dantur,

*primo*, formae Particularum nudae, & quidem aliae masculinae; ut טֶרֶם

*non-*

Sect. IX. de Particulis. Reg. CXLV. *nondum*, proprie *abscissio*; אֵצֶל *apud*, pr. *connexio*; נֹכַח *coram*, *e regione*, pr. *punctio*, s. *directio ad punctum*, הֲלוֹם *hic*, *huc*, pr. *tusio*; רַק *tantum*, pr. *tenuitas*; יוֹתֵר *magis*, pr. *vigens*; סָבִיב *circum*, pr. *versus*, *vertendo circumdatus*; &c. aliae foemininae; ut מְהֵרָה *celeriter*, propr. *festinatio*; רַבָּה *multum*, pr. *spissitudo*; זוּלַת *praeter*, pr. *laxatio*; &c.

*Secundo*, formae auctae literis Heëmanticis, aut characteristicis Specierum Verbi derivatarum; ut חִנָּם *gratis*, proprie *gratia*; פִּתְאֹם *subito*, pr. *laxitas*, *laxus impetus*; אוּלַי *fortasse*, pr. *firmitas*; לְמַעַן *propter*, pr. *ad responsum*; אַחַר, pro אַחַר, *post*, pr. *subsequutio*; הַרְבֵּה *multum*, pr. *multiplicare*, s. *multiplicatio*; &c.

1. Quaedam Particulae sunt Pronomina; ut מִזֶּה *hinc*, propr. *ex hoc*, scil. *loco*; מָה *quam! o quam!* propr. *quid?* אֲשֶׁר *quod*, *quum*, *quia*, pronomen relativum; &c.

2. Interjectiones aliquae per solam ὀνοματοποιΐαν natae esse videntur; ut אֲהָהּ *ah*, *aha!* אוֹי *vae!* הוֹי *eheu!* &c.

CXLVI. Particulae separatae, quae proprie sunt Nomina, ex masculino genere in foemininum, & ex singulari numero in pluralem, flecti possunt; ut a בֵּין *inter*, ex בַּיִן, proprie *distinctio*, est plur. בֵּינַיִם, & a foem. בֵּינָה est plur. בֵּינוֹת; a סָבִיב, *circum*, est foem. סְבִיבָה, unde fit plur. סְבִיבוֹת.

Sect. IX. de Particulis. Reg. CXLVI. CXLVII. Earum flexio.

CXLVII. 1. Quaedam Adverbia, Conjunctiones, & Interjectiones, cum aliis Nominibus, per Regimen, secundum leges Nominum, construuntur; ut אֵין כֶּסֶף *non* est *argentum*, propr. *vacuitas argenti*, ex אַיִן *vacuitas*; אֵי אָחִיךָ *ubi frater tuus?* propr. *flexus fratris tui?* ex אֵי *flexus*; עֵקֶב אֲשֶׁר *pro* eo *quod*, propr. *mercede* ejus *quod*; אַשְׁרֵי הָאִישׁ *euge virum!* propr. *beatitates viri!* ex אַשְׁרִים, i. q. אֹשְׁרִים, *beatitates*.

Regimen.

2. Omnes Praepositiones separatae proprie sunt Nomina in statu constructo posita, & Nomen, quod regunt, ex indole Hebraei sermonis in Genitivo accipi debet; ut עִם הַמֶּלֶךְ *cum rege*, propr. *communione regis*; עֵבֶר הַנָּהָר *ultra fluvium*, propr. *trajectione fluvii*.

Sect. IX. de Particulis. Reg. CXLVII. CXLVIII.

Hanc ob causam easdem patiuntur mutationes, quas Nomina in regimine posita; ut אַחֲרֵי הַמֶּלֶךְ *post regem*, q. d. *subsequutionibus regis*, ab אַחֲרִים, plur. ab אַחַר; עֲדֵי עֶרֶב *usque ad vesperam*, q. d. *transitionibus vesperae*, a עֲדִים, plur. a עַד. Sic מִנֵּי *a, de*; עֲלֵי *super*; אֱלֵי *ad*; &c. Item זוּלַת הָעָם *praeter populum*, q. d. *laxatione populi*, a זוּלָה; בִּגְלַל הַדָּבָר *propter rem*, q. d. *per devolutionem rei*, a גָּלָל.

3. Particulae separatae etiam inter se per regimen saepe construuntur; ut אֵין עוֹד *non* est *amplius*, q. d. *vacuitas iterationis*; אֵי פֹה, conjunctim אֵיפֹה, *ubinam?* q. d. *flexus orae?* Frequens praesertim haec est constructio in Praepositionibus; ut מִן־אַחֲרֵי הַצֹּאן *a post gregem*; אֶל־תַּחַת הָעֵץ *ad sub arborem*; עַל־בֵּין עֲבֹתִים *supra inter ramos*; &c.

Talibus in phrasibus, proprietatem si spectes, duplex est regimen, alia lingua non commode exprimendum.

Composito cum adfixis.

CXLVIII. Plurimae Particulae separatae, & speciatim omnes Praepositiones, recipiunt adfixa pronomina secundum leges Nominum, & quidem aliae

aliae in singulari, aliae in plurali, aliae denique in utroque numero. *Sect. IX. de Particulis.*

I. In singulari adfixa assumunt אֵי *Reg. CXLVIII.* *ubi?* אֶפֶס *praeter*; אֵצֶל *apud*; אֵת nota accusativi, & *cum*; בִּגְלַל *propter*; בַּעֲבוּר idem; בֵּלֶת *praeter*; זוּלַת idem; הֵן *ecce*; לְמַעַן *propter*; לְעֻמַּת *e regione*; מִן *a, de, ex, prae*; נֶגֶד *coram*; עִם, & עִמָּד, *cum*; &c. ut אַיּוֹ *ubi ille?* אֶצְלָם *apud eos*; בִּלְתִּי *praeter me*; לְמַעַנְךָ *propter te*. CXLIX.

II. In plurali adfixis junguntur אַחַר *post*; אֶל *ad*; עַל *super*; עַד *usque ad*; בִּלְעַד *praeter*; אַשְׁרֵי *euge!* לִפְנֵים *ante*; מִפְּנֵים *propter*; ut אֵלָיו *ad ipsum*, ab אֶל, vel potius ab inusitato ejus plurali אֵלִים; בִּלְעָדַי *praeter me*; אַשְׁרֶיךָ *euge te!* לִפְנֵיהֶם *ante eos*.

III. In utroque numero cum adfixis componuntur אַיִן *non est*; בֵּין *inter*; בְּעַד *pro, circa*; עוֹד *adhuc*, תַּחַת *sub*; ut אֵינָם, & אֵינֵימוֹ, *non sunt illi*; בֵּינְךָ *inter te*; בֵּינֵנוּ & בֵּינוֹתֵינוּ *inter nos*.

CXLIX. Quaedam Particulae, ratione adfixionis, aliquid habent peculiare. *Peculiaris quarundam Particularum adfixio.*

 1. Pro

Sect. IX. de Particulis. Reg. CXLIX.

1. Pro adfixis asyllabis, י, ו, ם, & ן, interdum syllabica נִי, הוּ, הֶם, & הֶן, usurpant; ut תַּחְתַּנִי *sub me*; הִנְנִי, quod pro הִנֵּנִי, *ecce me*; הִנֵּהוּ *ecce eum*; עִמָּהֶם *cum iis*; אֶתְהֶם *eos*; אֶתְהֶן *eas*.

2. Ante adfixa נוּ & ךְ, pro puncto adglutinationis Tseri, quaedam amant Kamets; ut עִמָּנוּ *nobiscum*; אִתָּנוּ idem; אוֹתָנוּ *nos*; אִתָּךְ *tecum*, f. quod tamen & אִתָּךְ; אוֹתָךְ *te*, f. הִנָּךְ *ecce te*, f. עוֹדָךְ *adbuc tu*, f. עִמָּךְ *tecum*, f. Sic & עִמָּכֶם *vobiscum*, & עִמָּהֶם *cum iis*.

3. אֵת, nota accusativi, & praepos. *cum*, descendens ab אָתָה, propr. *tetendit*, quod olim notarunt etiam אָתַת, & אוּת, verba cognata, in adfixione trifariam se habet:

*primo*, forma ab אתה ducta, fit אֶתְכֶם *vos*, אֶתְהֶם *eos*, אֶתְהֶן *eas*.

*secundo*, ab אתת fit אִתִּי *mecum*, אִתְּךָ *tecum*, m. אִתָּךְ *tecum*, f. אִתּוֹ *cum eo*, אִתָּהּ *cum ea*, אִתָּנוּ *nobiscum*, אִתְּכֶם *vobiscum*, אִתָּם *cum iis*.

*tertio*, ab אות; per quietem mediae Vav, fit אוֹתִי *me*, & *mecum*; אוֹתְךָ *te*, & *tecum*; אוֹתָךְ *te*, f. & *tecum*, f. אוֹתוֹ *eum*, & *cum eo*; sic porro אוֹתָהּ; אוֹתָנוּ; אוֹתְכֶם; אוֹתָהֶם; & אוֹתָם; אוֹתָהֶן & אוֹתָן. 4. מִן,

4. מִן, & מֶן, *a, de, ex, prae*, a מָנַן *secuit*, descendentia, interdum quidem cum adfixis conjunguntur; ut מִנִּי, & מֶנִּי, *a me*; מִנְהוּ, & מִנְהוּ, pro מִנְהוּ, *ab eo*; מִנְּהֶם *ab iis*: *Sect. IX. de Particulis. Reg. CXLIX. CL.*

Saepius tamen, ante adfixa, transeunt in formam vicinam מִמֶּן, pro מִנְמֶן, ortam a מִנְמֵן, Specie geminata illius Verbi מָנַן. Huic מִמֶּן adfixa junguntur sine puncto adglutinationis; ut מִמֶּנִּי *a me*, ex מִמֶּן & נִי; מִמְּךָ *a te*, pro מִמֶּנְךָ; מִמֶּנּוּ *ab eo*, pro מִמֶּנְהוּ; מִמֶּנָּה *ab ea*, pro מִמֶּנְהָ; מִמֶּנּוּ *a nobis*, ex מִמֶּן & נוּ. Per syncopen frequens usus elisit Nun in מִמְּךָ *a te*, m. & מִמֵּךְ *a te*, f.

CL. 1. Mutationes literarum & vocalium in Particulis adfixa assumentibus non aliae fiunt quam in Nominibus earundem formarum; ut a זוּלָה, quod in regimine est זוּלַת, fit זוּלָתוֹ *praeter eum*, ex *Reg*. CV. item ab הֵן, quod ab הִנֵּן, fit הִנֵּהוּ *ecce eum*, ex *Reg*. CXI. ab אַחַר fit אַחֲרָיו *post eum*, ex *Reg*. CXVIII. 2. ab אֵצֶל fit אֶצְלוֹ *apud eum*, ex *Reg*. CXIX. II. 2 &c. *Mutationes in Particulis ob adfixa.*

2. Quaedam Particulae, ductae a Verbis tertia He quiescentibus, quae,

Sect. IX. de Particulis. Reg. CL. CLI. CLII. CLIII.

extra adfixionem, pro vocali longa brevem, celerioris pronuntiationis causa, assumserunt, ante adfixa longam resumunt. Tales sunt אֶל *ad*, עַל *super*, עַד *usque ad*, & compositum בִּלְעַד *praeter*; ut אֵלַי *ad me*; עָלֶיךָ *super te*; עָדָיו *usque ad eum*; בִּלְעָדֶיךָ *praeter te*; &c.

Ante adfixa gravia vocalis longa tollitur ex *Reg.* XL. 1. ut אֲלֵיכֶם *ad vos*; עֲלֵיהֶם *super eos*.

*Particulae inseparabiles.* CLI. Inseparabiles Particulae, quae, a separatis olim ortae, non nisi in compositione cum aliis orationis partibus adhibentur, duorum sunt generum. Aliae enim vocibus ab initio praefiguntur, dictae ideo *praefixae*; aliae autem ad finem accedunt, quae vulgo *literae paragogicae* appellantur.

*Particulae praefixae.* CLII. Praefixae Particulae septem sunt, vocibus technicis מֹשֶׁה וְכָלֵב comprehensae.

*Praefixa* מ. CLIII. Praefixa מ, valens idem quod מִן, unde originem duxit, scil. *a*, *de*, *ex*, *prae*, praefigitur per Chirek, sequente dagesch forti, quod elisam literam Nun compensat; ut מִדֶּרֶךְ *a via*, pro מִן דֶּרֶךְ,

Ad literas indagessabiles omissum dagesch plerumque explicite, interdum impli-

implicite, compenſatur, ſecundum *Reg.* XXXIX. ut מֵאִישׁ *a viro*, pro מִאִישׁ; מֵרָשָׁע *ab improbo*, pro מִרָשָׁע; מֵחוּט *a filo*, pro מִחוּט. *Sect. IX. de Particulis. Reg. CLIII. CLIV.*

Ex literis etiam dageſſabilibus, quando ſcheva habent, interdum dageſch illud excidit, ſecundum *Reg.* XXVIII. 4. ut מִגְבוּרָה *de potentia*, pro מִגְּבוּרָה; מִימִינוֹ *a dextra ejus*, pro מִיְּמִינוֹ.

Pro מִן veteres non tantum מִן, ſed & מַן dixiſſe videntur. Inde eſt, quod מ etiam Patach admiſerit in לְמַבְּרֵאשֹׁנָה *inde ab initio*, 1 *Chron.* 15: 13.

CLIV. Praefixa. שׁ idem notat quod אֲשֶׁר, pronomen relativum, unde decerpta eſt, ſcil. *qui*, *quae*, *quod*; nec non, uſu Conjunctionis, *quod*, *quum*, *quia*. Praefigitur per Segol, aut Patach, ſequente dageſch forti; ut שֶׁיִּפֹּל *qui cadet*; שֶׁלֹּא נְתָנָנוּ *qui non tradidit nos*; כַּרְמִי שֶׁלִּי *vinea mea*, *quae mihi* eſt; שַׁקַּמְתִּי *quod ſurrexi*. *Praefixa* ש.

Ante indageſſabiles literas, omiſſo dageſch, Segol, compenſatione implicita, manet; ut שֶׁהָיָה *qui fuit*; שֶׁעָלוּ *qui aſcenderunt*; Patach autem, explicita com-

*Sect.* IX. *de Particulis.* Reg. CLV. CLVI.

compensatione, in Kamets producitur; ut שָׁאַתָּה *quod tu.*

Celeriore pronuntiatione שׁ etiam cum nudo schevate effertur; ut שְׁהֵם *quod ipsi, Eccles.* 3:18.

*Praefixa* ה.

CLV. Praefixa ה, (orta, ut videtur, ex הָא, obsoleto Pronomine demonstrativo, & Particula valente *ecce*, *sane*, *profecto*) duplex est, *demonstrativa*, & *interrogativa.*

ה *demonstrativa.*

CLVI. ה demonstrativa est Articulus, illi Graecorum respondens. Praefigitur per Patach, sequente dagesch forti; ut הַמֶּלֶךְ ὁ βασιλεύς.

Ex literis schevatis dagesch saepe excidit, secundum *Reg.* XXVIII. 4. ut הַיְלָדִים *pueri.*

Ex indagessabilibus literis omissum dagesch vel explicite, vel implicite compensatur, secundum *Reg.* XXXIX. ut הָאִישׁ *vir;* הָאָדָם *homo;* הָהָר *mons;* הַהֶבֶל *vanitas;* הָחַי, & הַחַי, *vivus;* הָעָם *populus;* הָעִוֵּר, & הַעִוֵּר, *coecus;* הָרָשָׁע *improbus.*

Ab אֶרֶץ *terra*, semper dicitur הָאָרֶץ, euphoniae causa, pro הָאֶרֶץ.

Pro Patach, ante literas gutturales, quae Kamets habent, saepe Segol assumi-

mitur, ſecundum *Reg.* XLII. 4. ut הָאָמוּר *dictus;* הֶהָדָר *decus;* הֶחָזוֹן *viſio;* הֶעָנָן *nubes.* *Sect. IX. de Particulis. Reg. CLVI.*

Idem factum eſt in הֶחֳרָבוֹת *deſolatae, Ezech.* 36: 35. 38: הֶחֳדָשִׁים *novilunia, Neh.* 10: 34. &c. CLVII.

CLVII. Praefigitur Articulus Nominibus, tam ſubſtantivis, quam adjectivis & participiis, nec non pronominibus perſonalibus tertiae perſonae ſeparatis atque demonſtrativis. *Ejus uſus & poteſtas.*

Poteſtas ejus eſt, ut vel rem notam deſignet, ut הַשֶּׁמֶשׁ ὁ ἥλιος; הַיַּבָּשָׁה ἡ ξηρά; vel rem indefinitam definiat & ad certum ſubjectum reſtringat; ut הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας; הַבָּנִים הַנּוֹלָדִים οἱ υἱοὶ οἱ γενόμενοι; vel denique demonſtrationi inſerviat, tam cum pronomine quam ſine eo; ut הָהָר הַטּוֹב הַזֶּה *mons uber hic;* הַיָּמִים הָהֵם *dies illi;* הַדָּבָר *haec res;* הַשָּׁנָה *hoc anno;* הַיּוֹם *hoc die.*

1. Nomina propria Articulo parcius utuntur, praeſertim quae ſunt hominum, & regionum, niſi ponantur pro denominativis; ut שֵׁבֶט הַמְנַשֶּׁה *tribus Manaſſis,* i.e. *Manaſſitarum;* אֶרֶץ הַמָּגוֹג *terra Magogi,* i. e. *Magogitarum.* Sed Nomina locorum & fluviorum ſaepe illum admittunt;

Sect. IX. de Particulis. Reg. CLVII.

tunt; ut מִן־הַשִּׁטִּים עַד־הַגִּלְגָּל *a Schittim usque ad Gilgal*, *Mich.* 6:5. הַיַּרְדֵּן *Jordanes.*

2. Nomina in regimine collocata, aut cum pronominibus adfixis composita, Articulo plerumque non utuntur, quia restrictio fit per subsequentem genitivum; ut חַיַּת הָאָרֶץ *bestia terrae;* דְּמֵי אָחִיךָ *sanguines fratris tui*, זְרוֹעוֹ הַנְּטוּיָה *brachium ejus extensum.*

3. Restrictio Nominis regentis fieri potest per Articulum Nomini recto praemissum; ut בֶּן־הַבָּקָר אֲשֶׁר עָשָׂה *filius bovis*, i. e. *vitulus, quem paraverat*, *Gen.* 18:8. אִישׁ הַבְּלִיַּעַל הַזֶּה *vir nequitiae hic*, 1 *Sam.* 25:25. Idem fit in adjectivis patronymicis & gentilibus, quae ducta sunt a Nominibus propriis ex duabus vocibus per regimen compositis; ut ab אֲבִיעֶזְרִי *Abiezrita* quod ab אֲבִיעֶזֶר, q. *pater auxilii*, cum Articulo fit אֲבִי הָעֶזְרִי, *Jud.* 6:11. a בֵּית לַחְמִי *Bethlehemita*, quod a בֵּית לֶחֶם, q. *domus panis*, fit בֵּית הַלַּחְמִי, 1 *Sam.* 16:1.

4. Quodsi Articulus vim habeat cum graviore quadam emphasi demonstrandi, admittitur tam a Nomine regente, quam composito cum adfixo pronomine; ut אָנֹכִי הָאֵל בֵּית־אֵל *ego sum ille Deus Bethelis*, *Gen.* 31:13. הִנֵּה הַחֲנִית הַמֶּלֶךְ *ecce hanc hastam regis;* 1 *Sam.* 26:22. הַצְּבִי יִשְׂרָאֵל *o illud decus Israëlis!* 2 *Sam.* 1:19.

בְּתוֹךְ

בְּתוֹךְ הָאָהֳלִי *in medio bujus tentorii mei*, *Jos.* *Sect.* IX. *de Particulis.*
7: 21. וְנָתַן אֶת־הָעֶרְכְּךָ *et dabit istam aestimationem tuam*, *Lev.* 27: 23. *Reg.* CLVII.

5. ה demonstrativa, per ellipsin pronominis relativi אֲשֶׁר, usum etiam accipit relativum, quo Verbis interdum praefigitur; ut הַהוֹשִׁיב נָשִׁים נָכְרִיּוֹת *bic* qui *duxit uxores peregrinas*, *Esr.* 10: 14. הַנִּמְצְאוּ *illi* qui *inventi sunt*, 1 *Chron.* 29: 17. A Particula עַל *super*, est הֶעָלֶיהָ *illud* quod *super eam*, 1 *Sam.* 9: 24.

Sed in adjectivis & participiis, quae, ex indole Latini sermonis, saepe relativi pronominis ope resolvuntur, manet ordinaria Articuli potestas; ut וְעָשִׂיתָ הַיָּשָׁר וְהַטּוֹב καὶ ποιήσεις τὸ ἀρεστὸν καὶ τὸ καλὸν, i. e. *id quod rectum et bonum est*, *Deut.* 6: 18. הַסֹּלֵחַ ὁ εὐιλατεύων, i. e. *is qui condonat*, *Psalm.* 103: 3. הַמְעַטְּרֵכִי ὁ στεφανῶν σε, i. e. *is qui coronat te*, ibid. v. 4.

6. Denique observanda est vis ה demonstrativae affirmativa & asseverativa, qua per *ecce*, *sane*, *profecto*, commode reddi potest; ut עֵינֶיךָ הָרֹאוֹת *oculi tui ecce videntes* sunt, *Deut.* 3: 21. 4: 3. הַחַיִל הַיֹּצֵא *exercitus ecce egrediens* fuit, 1 *Sam.* 17: 20. הַבְדֶרֶךְ אֲבוֹתֵיכֶם *sane in via patrum vestrorum*, *Ezech.* 20: 30. הֶאָמַר *sane dixit*, *Job.* 34: 31. Huc pertinere videtur הֶאֶזְנִיחוּ *ecce se subduxerunt*, *Jes.* 19: 6.

CLVIII.

*Sect.* IX. *de Particulis.* *Reg.* CLVIII. ה *interrogativa.*

CLVIII. ה interrogativa, quae est nota interrogationis, quibuscunque orationis partibus praefigitur, & plerumque quidem per Chateph Patach; ut הֲשָׁמַע *an audivit?* הֲבַת *an filia?* הֲטֶרֶם תֵּדַע *an nondum cognoscis?*

Quodsi sequatur scheva, Chateph Patach in Patach abit, ex *Reg.* L. 3. ut הַמְעַט *an parum?* הַבְרָכָה *an benedictio?*

Non raro tamen ה interrogativa eodem prorsus modo praefigitur, quo demonstrativa; ut הַיִיטַב *an bonum erit?* *Lev.* 10: 19. הַלְּבֶן *an filio?* *Gen.* 17: 17. הַרְאִיתֶם *an vidistis?* 1 *Sam.* 10: 24. 17: 25. הַאַתֶּם *an vos?* *Jud.* 6: 31. הַאֶפְרָתִי *an Ephrataeus?* *Jud.* 12: 5. הָאִישׁ *an vir?* *Nehem.* 6: 11. הַחֵפֶץ *an propensio?* 1 *Sam.* 15: 22. הַהָיְתָה *an factum est?* *Joël.* 1: 2.

1. Prior illa praefigendi ratio etsi frequentior est, ex posteriore tamen orta mihi videtur, ut e. c. הֲשָׁמַע per celeriorem pronuntiationem invaluerit pro הַשָּׁמַע, plane ut שֶׁהֵם, pro שֶׁהֵם, secundum *not.* *Reg.* CLIV.

2 Addendum adhuc, ה per Chateph Patach praefixam interdum eandem habere vim asseverativam, quam *Reg.* *praec.* *not.* 6. *in* ה demon-

monstrativa observavimus; ut הֲנִגְלֹה נִגְלֵיתִי *ecce*, vel *sane*, *revelando revelatus sum*, 1 *Sam.* 2: 27. וַיְהִי הֲנָקֵל *et erat sane leve*, 1 *Reg* 16: 31. הֲבֵן יַקִּיר *sane filius charus*, *Jer.* 31: 20. &c. Neque id mirum. Nam ipsa illa vis interrogandi ex hac asseverativa suam duxit originem. Veteres Hebraei rem, de qua interrogabant, affirmando exprimebant, sed pronuntiationem ita moderantes, ut ea indubium interrogationis indicium praeberet Inde est, quod saepe interrogationem, omissa peculiari ejus nota, reperiamus; ut 1 *Sam.* 16: 4. verba שָׁלוֹם בּוֹאֶךָ proprie quidem notant *pacificus* est *adventus tuus*, affirmativo sensu; verum illa, interrogantis voce atque tono prolata, valent *an pacificus* est *adventus tuus?* Haec verbulo monenda duxi, ob controversiam, quae, de ellipsi notae interrogationis, inter viros doctos agitatur

*Sect.* IX. *de Particulis.* *Reg.* CLVIII. CLIX.

CLIX. Praefixa ו, ex Nomine וָו orta, valensque *et*, *atque*, hanc propriam vim habet, ut voces & sententias connectat; pro diverso tamen connexionis modo diversos usus, qui variis Latinorum Particulis exprimuntur, admittit. Est illa vel *Copulativa*, vel *Conversiva Praeteriti*, vel *Conversiva Futuri*.

*Praefixa* ו.

I. *Copulativa* est, quae solam copulandi seu connectendi vim habet. Praefigitur plerumque per scheva; ut עֶבֶד וְשִׁפְחָה

Sect. IX. de Particulis. וְשִׁפְחָה *servus et ancilla;* קָרָא וְאָמַר *clamavit et dixit.*

Reg. CLIX. Ante voces monosyllabas & bisyllabas penacutas etiam Kamets habere potest; ut וָרֶכֶב וָסוּס *et currus et equus;* וָשׁוֹר וָאַיִל *et bos et aries.*

Quodsi Vav scheva habeat, id, quibusdam in locis, obnoxium est mutationi.

1 quando vox incipit a litera schevata, Vav, pro Chirek ex schevate, Schurek accipit, & in hac vocali quiescit, secundum *Reg.* L. 1. ut וּלְכוּ *et ite*, pro וְלְכוּ.

Sed ante Jod schevatam Chirek, vocalis ejus quieti opportuna, manet; ut וִימִינָם *et dextra eorum;* וִיחִי *et vivat.* Manet etiam in וִחְיֵה *et vive*, atque similibus; vel, ex *Reg.* XLII. 1. in Segol transit; ut וֶהְיֵה *et esto.*

2. quando prima vocis litera scheva compositum habet, Vav, pro schevate, accipit vocalem brevem, secundum *Reg.* L. 2. ut וַאֲנִי *et ego;* וֶאֱמֶת *et veritas;* וַחֲלָיִים *et morbi.*

1. Potest etiam, tali in loco, quiescere in Schurek; ut וּזְהַב *et aurum*, *Gen.* 2: 12. וּצְעָקִי *et clama*, *Jer.* 22: 20.

2. Ad

2. Ad Aleph fieri poteſt contractio, de qua in *not. Reg.* L. 2. ut וַאדֹנָי *et dominus meus*, pro וַאֲדֹנָי; וֵאלֹהִים *et deus*, pro וֶאֱלֹהִים. *Sect. IX. de Particulis. Reg. CLIX.*

3. quando vox incipit aliqua literarum labialium בומף, Vav, pro ſchevate aſſumens Schurek, quieſcit; ut וּבֵן *et filius*, pro וְבֵן; וּמָחָר *et cras*, pro וְמָחָר.

Sed Kamets manet, non mutatur; ut וָבֹהוּ *et inanitas*.

II. ו *Converſiva Praeteriti* dicitur, quae, Praeterito praefixa, praeter illam vim copulativam ſimul etiam hanc habet, ut indicet Praeteritum ſumi pro Futuro Tempore, vel pro Imperativo, prout praeceſſerit vel Futurum, vel Imperativus, quocum illud connectatur. Praefigitur eodem prorſus modo, ut ו copulativa; neque ab ea diſcerni poteſt, niſi in Perſonis Praeteriti adformante auctis penacutis, in quibus accentus ex penultima ſyllaba ad ultimam, ob ו converſivam, deducitur; ut תֵּלֵךְ וְלָקַחְתָּ *ibis et ſumes*, *Gen.* 24: 4. אָבוֹא וּמִלֵּאתִי *intrabo et implebo*, 1 *Reg.* 1: 14. דַּבֵּר וְאָמַרְתָּ *loquere et dic*, *Lev.* 27: 2. קַח וְאָסַפְתָּ *ſume et collige*, *Gen.* 6: 21.

III. ו *Converſiva Futuri* vocatur, quae, praefixa Futuro, praeter vim copulandi

Sect. IX. de Particulis. Reg. CLIX. CLX.

di simul & eam habet, ut indicet Futurum idem valere quod Praeteritum, postquam aliud Praeteritum, quocum illud connectatur, praecessit. Praefigitur per Patach, sequente dagesch forti; ut עָלָה הַשַּׁעַר וַיֵּשֶׁב *ascendit ad portam et consedit*, *Ruth*. 4: 1.

Ex litera schevata dagesch saepe excidit, secundum *Reg*. XXVIII. 4. ut וַיְקַדֵּשׁ *et consecravit*, *Gen*. 2: 3.

Ex א, Praeformante Futuri, omissum dagesch compensatur, Patach in Kamets producto; ut וָאֶשְׁמַע *et audivi*, 1 *Sam*. 15: 24.

*Praefixae* ב, כ, *et* ל.

CLX. Reliquae Praefixae, ב, כ, & ל, quae abstrusioris sunt originis, communem, in praefixione, normam sequuntur.

ב Praepositio est notans *in*, *per*, *pro*, *propter*, &c.

כ Praepositio est significans *sicut*, *tanquam*, *secundum*, *juxta*, *circiter*, &c.

ל dativi, rarius accusativi, nota est, & Praepositio valens *ad*, *apud*, *in*, *erga*, *de*, &c.

Eae plerumque per scheva praefiguntur; ut בְּדֶרֶךְ *in via*; כְּעֵץ *sicut arbor*; לְאֶרֶץ *terrae*, vel *ad terram*.

Si vox incipiat a litera schevata, pro sche-

ſchevatę accipiunt Chirek, ex *Reg.* L. 1. ut בִּמְגִלָּה *in volumine*; כִּכְלִי *ſicut vas*; לִבְנוֹ *filio ejus*. Sed ante ſcheva compoſitum pro Chirek ea vocalis brevis, quae adeſt in ſchevatis compoſitione, ſubſtituitur, ex *Reg.* L. 2. ut בַּחֲלוֹם *in ſomnio*; כֶּאֱכוֹל *ſicut comedere*; לָחֳלִי *in morbum*. — Sect. IX. de Particulis. Reg. CLX. CLXI.

De contractione, qua e. c. לַאֲדֹנָי abit in לַאדֹנָי, & לֵאלֹהִים in לֵאלֹהִים, vid. not. ad *Reg.* L. 2.

Ante voces monoſyllabas & biſyllabas penacutas hae Praefixae etiam Kamets recipiunt; ut בָּזֶה *in hoc*; כָּאֵלֶּה *ſicut illi*; לָנֶצַח *in perpetuum*. Praeſertim hoc fit ante tales Infinitivos, non poſitos in regimine; ut לָקוּם *ad ſtandum*; לָלֶכֶת *ad eundum*.

CLXI. Praefixae ב, כ, & ל, recipiunt etiam adfixa pronomina.

1. A ב eſt בִּי *in me*; בָּנוּ *in nobis*; בְּךָ *in te*, m. בָּךְ *in te*, f. בָּכֶם *in vobis*, m. בָּכֶן *in vobis*, f. בּוֹ *in eo*; בָּהּ *in ea*; בָּהֶם, & בָּם, *in iis*, m. בָּהֶן *in iis*, f. — Earum compoſitio cum adfixis.

2. A ל ſimiliter eſt לִי *mihi*, *ad me*; לָנוּ *nobis*, *ad nos*; & ſic porro.

Sect. IX. de Particulis. 3. כ cum solis כֶּם & חֵם reperitur; ut fit כָּכֶם *sicut vos*; כָּהֶם *sicut illi*.

Reg. CLXI. Reliqua adfixa non ad solam כ accedunt, sed ad Particulam separatam כְּמוֹ, ex כ et Nomine מוֹ *species*, *instar*, compositam; ut fit כָּמוֹנִי *secundum speciem mei*, s. *ad instar mei*, h. e. *sicut ego*; כָּמוֹנוּ *sicut nos*; כָּמוֹךָ *sicut tu*; כְּמוֹכֶם *sicut vos*; כָּמוֹהוּ *sicut ille*; כָּמוֹהָ *sicut illa*; כְּמוֹהֶם *sicut illi*

*Elisio He demonstr. et charact. post has Praefixas.* CLXII. 1. Eaedem Praefixae ב, כ, & ל, quando ante He demonstrativam ponuntur, talis fieri solet contractio, ut He elidatur, ejusque vocalis ad Praefixas referatur; ut בַּבַּיִת *in domo*, pro בְּהַבַּיִת; כָּאִישׁ *sicut vir*, pro כְּהָאִישׁ; לַחֹדֶשׁ *ad mensem*, pro לְהַחֹדֶשׁ; בֶּחָרָבָה *in arida*, pro בְּהֶחָרָבָה.

Interdum, omissa contractione, He demonstrativa manet; ut בְּהַדֶּרֶךְ *in via*, *Neh.* 9: 19. לְהָעָם *populo*, 2 *Chron.* 10: 7. כְּהַחַלֹּנוֹת *sicut fenestrae*, *Ezech.* 40: 25. כְּהֶחָכָם *sicut sapiens*, *Eccles.* 8: 1.

2. Simili contractione in Infinitivis He servilis & characteristica nonnunquam eliditur post easdem Praefixas; ut בִּכָּשֵׁל *in impelli*, *Prov.* 24: 17. pro בְּהִכָּשֵׁל;

לַשְׁמִעַ בְּקוֹל *ad faciendum audire, Psalm.* 26: 7. לָבִיא *ad adducendum, Jer.* 39: 7. pro לְהָבִיא. Not. ה. & Particulis Reg. CLXIII. CLXIV. CLXV.

CLXIII. Ad finem vocum quae accedunt, Particulae inseparabiles sunt quinque literae, dictae *paragogicae*, אהוין. Adduntur vel ad augendam certo modo significationem, vel ad solam elegantiam, vel denique per quendam pleonasmum. *Literae paragogicae.*

CLXIV. א paragogica interdum, sed rarius, additur, per pleonasmum, vocibus in Kamets, vel Schurek, exeuntibus; ut אַתִּיקֶהָא *peristylia ejus, Ezech.* 41: 15. הָלְכוּא *iverunt, Jos.* 10: 24. יִנָּשׂוּא *portabuntur, Jer.* 10: 5. *א paragogica.*

CLXV. ה paragogica, quae usus est frequentissimi, duplex est, altera vocum formam & significationem augens, altera mere pleonastica. *ה paragogica.*

I. *Prior* formam vocum auget nova syllaba. Ad voces enim non in vocalem, sed in consonantem, desinentes, accedit una cum vocali sibi propria, in qua quiescat. Ea vocalis plerumque est Kamets, rarius Tseri, aut Segol; ut אֲסַפְּרָה, ab אֲסַפֵּר *narrabo*; אַרְצָה, ab אֶרֶץ *terra*; הִנֵּה, ab הֵן *ecce*; אֵלֶּה, ab אֵל *illi, illae.*

 Hu-

Cap. IX. De Particulis, Reg. CLXV.

Hujus ה cum usus, tum vis & potestas significandi, paulo distinctius exponi debent.

I. Quod ad usum ejus attinet, accedere potest ad Verba, Nomina, Pronomina, & Particulas.

1. Verba eam admittunt

*Primo*, In Infinitivis masculinis; ut פִּשְׁטָה, *Jes.* 32: 11. a פְּשֹׁט *spoliare*; רְגָזָה, ibid. a רְגֹז *tremere*, Patach, ob accentum praesentem, in Kamets producto. Sic שְׁאָלָה *postulare*, *Jes.* 7: 11. שְׁמָעָה *audire*, *Dan.* 9: 19. סְלָחָה *condonare*, ibid. תְּנָה *ponere*, *Psalm.* 8: 2. a תֵּן.

*Secundo*, in Praeteritorum tertiis personis singularibus, & secundis pluralibus; ut נָחָה, *Jes.* 7: 2. a נָח *recubuit*; לָנָה, *Zach.* 5: 4. a לָן *pernoctavit*; נִפְלְאַתָה, 2 *Sam.* 1: 26. a נִפְלָאָה *mira fuit*, ubi Adformans ה in ת transire debuit; הִשְׁלַכְתֶּנָה, *Amos.* 4: 3. ab הִשְׁלַכְתֶּן *projecistis*.

*Tertio*, in Futurorum personis nulla Adformante auctis, quibus illa accedit secundum leges Adformantium asyllabarum supra indicatas; ut נִשְׂרְפָה, *Gen.* 11: 3. a נִשְׂרֹף *uremus*; יְדַשְּׁנֶה, *Psalm.* 20: 4. a יְדַשֵּׁן *in cinerem rediget*; נַשְׁלִיכָה, *Psalm.* 2: 3. a נַשְׁלִיךְ *projiciemus*; תָּרֹנָּה, *Prov.* 8: 3. a תָּרֹן *vociferabitur*;

*tur*; אָשׁוּבָה, *Gen.* 30: 31. ab אָשׁוּב *rever-* *tar*; אָגִילָה, *Psalm.* 9: 15. ab אָגִיל *exsultabo.* Sed si tertia radicalis sit Aleph, vocalis, accentu deducto, manere solet, ut אֶקְרָאָה, 1 *Sam.* 28: 15. ab אֶקְרָא *vocabo.* *Sect. IX. de Particulis. Reg. CLXV.*

Quiescentia tertia He, accedente He paragogica, illam elidunt; ut אֶשְׁעָה, *Psalm.* 119: 117. ab אֶשְׁעֶה *intuebor.* Sed נִשְׁתָּעָה, *Jes.* 41: 23. est à נִשְׁתָּע, forma apocopata, ex נִשְׁתַּעֶה *respectabimus.*

*Quarto*, in Imperativorum secunda persona sing. masc. cui item additur more Adformantium asyllabarum; ut שִׁכְבָה, *Gen.* 39: 7. a שְׁכַב *cuba*; אֶסְפָה, *Num.* 11: 16. ab אֱסֹף *collige*; שָׁמְרָה, *Psalm.* 25: 20. a שְׁמֹר *custodi*; חַלְּצָה, *Psalm.* 6: 5. a חַלֵּץ *eripe*; זֹעֲמָה, *Num.* 23: 7. a זֹעֵם (quod est Speciei Pohel) *exsecrare*; הַקְשִׁיבָה, *Psalm.* 5: 3. ab הַקְשֵׁב *attende*; שֻׁבָה, 2 *Sam.* 15. 27. & שׁוּבָה, *Jes.* 44: 22. a שׁוּב *revertere*; לְכָה, 2 *Reg.* 10: 16. a לֵךְ *vade.* Pro hoc interdum, omissa He, scribitur לְךָ; ut *Num.* 23: 13. 2 *Chron.* 25: 17. Simile est אִכָּבֵד *honorabor*, *Hagg.* 1: 8.

Ad tertiam radicalem Aleph, ut in Futuro, ita & in Imperativo, vocalis terminalis, deducto ac-

SECT. XI. de Particulis. Reg. CLXV.

accentu, servatur; ut רִפְּאָה, *Psalm.* 41: 5. a רִפָּא *sana.*

*Quinto*, in Participiis sing. masc. ut בֹּעֵרָה, *Hos.* 7: 4. a בֹּעֵר *ardens*; נִמְלָטָה, *Jer.* 48: 19. a נִמְלָט *elapsus.*

2. Nomina He paragogicam recipiunt singularia utriusque generis, dualia, & masculina pluralia, accentu ad syllabam penultimam relicto; ut לַיְלָה, a לַיִל *nox*; עַוְלָתָה, a עַוְלָה *iniquitas*; מִצְרַיְמָה, a מִצְרַיִם *Aegyptus*; יָמִימָה, a יָמִים *dies*. Sed si Nomen desinat in vocalem brevem, ob regimen pro longa substitutam, accentus, illa sublata, adhaeret ultimae syllabae; ut a מִזְרַח, pro מִזְרָח, *ortus* solis, non est מִזְרָחָה, sed מִזְרְחָה, *Deut.* 4: 41. *Jos.* 12: 1.

Ob regimen He paragogica nullam subit mutationem, ut אַרְצָה הַנֶּגֶב *ad terram austri*, *Gen.* 20: 1. הָאֹהֱלָה שָׂרָה *ad tentorium Sarae*, *Gen.* 24: 67.

3. Pronominibus additur tam separatis quam adfixis, quae ei recipiendae apta sunt; ut אַתֵּנָה *vos*; הֵמָּה *ipsi*; הֵנָּה *ipsae*; אֵלֶּה *illi*, *illae*; לָכֶנָה *vobis*; זִמַּתְכֶנָה *scelus vestrum*; גְוִיֹּתֵיהֶנָה *corpora earum*; קִרְבֵּנָה *venter earum*; אֶתְהֶנָה *eas*; כֻּלָּנָה, & כֻּלְּהֶנָה, *complexus earum*; לְדִתָּנָה *parere earum.*

Vi-

Videtur haec paragoge etiam ante Adfixa stare potuisse, sed He, quia in media voce non quiescit, in vicinam Aleph transeunte. Exemplum est in אֲמַאֶסְאָךְ *spernam te*, *Hos.* 4: 6 (sic enim scribendum puto pro אֶמְאָסְאָךְ) ab אֶמְאֲסָה, quod ab אֶמְאַס. Sect. IX. *de Particulis.* Reg. CLXV.

4. Particulae denique aliae eam admittunt bene multae; ut שָׁמָּה *ibi*, a שָׁם; אָנָה, & אָנָה, *quo?* ab אָן; אַיֵּה *ubi?* ab אַי; הִנֵּה, & הִנֵּה, *ecce*, ab הֵן; מַעְלָה *sursum*, a מַעֲלֶה; מַטָּה *deorsum*, a מַטֶּה; &c.

II. Vim & potestatem haec He paragogica non semper eandem habet, sed variam.

1. *demonstrativam*, praesertim in Pronominibus; ut אַתֵּנָה proprie valet *vos ecce*, *vosmet*; הֵמָּה *ipsi ecce*, *ipsimet*; מַלְאָכֵכָה *nuntius tuus ille*; & in quibusdam Particulis; ut שָׁמָּה *ibi ecce*; עַתָּה *tempore hoc*, *nunc*.

2. *asseverativam*, in Verbis; ut נֻחָה *recubuit omnino*; אֶשְׁמְרָה *custodiam omnino*; הוֹשִׁיעָה *serva utique*.

3. *optativam*, in Futuris; ut אֶשְׂמְחָה וְאֶעֶלְצָה *laeter & exsultem*, *Psalm.* 9: 3. נְנַתְּקָה *disrumpamus*, & נַשְׁלִיכָה *projiciamus*, *Psalm.* 2: 3. יָחִישָׁה *acceleret*, תָבוֹאָה *veniat*, & נֵדָעָה *cognoscamus*, *Jes.* 5: 19.

Sect. IX. de Particulis. Reg. CLXV.

4. *intensivam*, tam in Verbis, quam Nominibus; ut נִפְלָאתָה *mira fuit admodum*; תָּרֹנָּה *vociferabitur valde*; רִגְזָה *tremere admodum*; תְּנָה *ponere*, in admiratione, *Psalm.* 8: 2. בֹּעֲרָה *ardens vehementer*; קָדִימָה *eurus vehemens*; קְפָדָה *exitium grave*; מְזִמָּתָה *scelus atrox*; אֵין יְשׁוּעָתָה *non est salus ulla*, *Psalm.* 3: 3. הַשְׁפָּלָה *humile admodum*, *Ezech.* 21: 26.

5. *localem*, in Nominibus, atque Particulis; & quidem notat

vel *motum ad* —; ut אַרְצָה *terram versus*, *ad terram*; בַּיְתָה *ad domum*; קֵדְמָה *orientem versus*; נֹבָה *Nobam versus*; יָמִימָה *in dies*; מִפְּנִימָה *ab eo quod est versus interius*, q. d. *ab introrsum*; לְנֶגְבָּה *ad id quod est versus austrum*; נֶגְדָּה *ad conspectum*, *coram*; אָנָה *quo?* מַעְלָה *sursum*; מַטָּה *deorsum*.

vel *quietem in* —; ut אַרְצָה *in terra*, *Gen.* 28: 12. בָּבֶלָה *in Babele*, *Jer.* 29: 15. לַיְלָה *in nocte*.

6. ad solam elegantiam interdum addi videtur; ut הַחַרְסָה *sol*, *Jud.* 14: 18. הַלַּיְלָה *illa nox*, *Job* 3: 3. וַנָּצוּמָה וַנְּבַקְשָׁה *& jejunabamus, & quaerebamus*, *Esr.* 8: 23.

II. *Posterior* ה paragogica vocibus in Kamets exeuntibus interdum adnecti-

nectitur; per solum scribendi pleonasmum; ut אַתָּה pro אַתְּ, *tu*; נָתַתָּה, pro נָתַתְּ, *dedisti*; יָדְכָה, pro יָדְךָ, *manus tua*. Praesertim haec ה adhibetur post elisam ה Adfixi הָ; ut יְבַלְּעֶנָּה *absorbebit eam*, ex יְבַלְּעֶנְהָ; אֵינֶנָּה *non est ipsa*, ex אֵינֶנְהָ. — *Sect. IX. de Particulis. Reg. CLXV. CLXVI. CLXVII.*

CLXVI. ו paragogica, in Cholem quiescens, ab adfixo pronomine ו non est diversa, nisi quod, cum quadam elegantia, redundet. Additur interdum Nominibus in regimine positis; ut בְּנוֹ בְעֹר *filius Behoris*, pro בֶּן, *Num.* 24: 3. 15. חַיְתוֹ־אֶרֶץ *bestia terrae*, pro חַיַּת, *Gen.* 1: 24. *Psalm.* 79: 2. לְמַעְיְנוֹ־מָיִם *in scatebram aquarum*, pro לְמַעְיַן, *Psalm.* 114: 8. — *ו paragogica.*

In יַחְדָּיו, vel יַחְדָּו, Vav paragogica, plane ut adfixum pronomen ad Nomen plurale, per Kamets accedit ad veterem formam pluralem יַחְדִּים, quae venit a sing. יַחַד *unitio*, & hinc, usu Particulae, *una*. Ita יַחְדָּיו proprie est *unitionibus suis*, atque etiam ipsum ut Particula, valens *una*, *conjunctim*, usurpatur.

CLXVII. י paragogica, quiescens in Chirek, ab adfixo pronomine י non differt, nisi quod per pleonasmum, aliquid elegantiae habentem, accedat. Ita occurrit — *י paragogica.*

 1. in

Sect. IX. de Particulis. Reg. CLXVII. CLXVIII. 1. in Nominibus & Participiis; ut בְּנִי אֲתֹנוֹ *filium asini sui*, pro בֵּן, *Gen.* 49: 11. רַבָּתִי בַגּוֹיִם *magna inter gentes*, pro רַבָּה, *Thren.* 1: 1. אֹסְרִי *ligans*, pro אֹסֵר, *Gen.* 49: 11. גְּנֻבְתִי יוֹם *furto ablatum diei*, & גְּנֻבְתִי לָיְלָה *furto ablatum noctis*, pro גְּנֻבַת, *Gen.* 31: 39. Adde Infinitivos; ut לְהוֹשִׁיבִי *ad collocandum*, *Psalm.* 113: 8.

2. in Particulis; ut מִנִּי־בֶטֶן *a ventre*, & מִנִּי־רָחַם *ab utero*, pro מִן, *Jes.* 46: 3. בִּלְתִּי הַיּוֹם *praeter hunc diem*, ex בֶּלֶת, *Gen.* 21: 26. זוּלָתִי קוֹל *praeter vocem*, ex זוּלָה, *Deut.* 4: 12.

3. rarius in Verbis; ut וַתִּזְנִי *et scortata est*, pro וַתִּזֶן, forma apocopata ex תִּזְנֶה, *Jer.* 3: 6. אַל־תֶּמְחִי *ne deleas*, pro תֶּמַח, forma apocopata ex תִּמְחֶה, *Jer.* 18: 23.

ן paragogica. CLXVIII. ן paragogica saepe accedit ad Verba, praesertim Futura, & ad quasdam Particulas, quales sunt אֵי *ubi?* אַיִן *non est*; יֵשׁ *existit*; הֵן *ecce*; עוֹד *adhuc*.

1. Plerumque ea praemittit sibi Segol, vel Patach, accentu simul deducto,

cto, ut a פָּקַד fiat פִּקְדֶן vel פְּקָדֶן; a יִפְקֹד *Sect. IX. de Particulis. Reg. CLXVIII.* item יִפְקְדֶן vel יִפְקֹדֶן; a עוֹד עוֹדֶן; &c.

In Verbis tertiam radicalem He habentibus, ea ante Nun eliditur; ut יִרְדֶּן *dominabitur*, a יִרְדֶּה; יַכֶּן *percutiet*, a יַכֶּה; עֹנֶן *respondens*, a עוֹנֶה.

Hac ratione accedens Nun rarioris usus est, nisi ante Pronomina adfixa ponatur, ut statim dicetur. Exstat tamen יְחִיתַן *imminebit*, *Hab.* 2: 17. a יְחִית, &, cum Tseri ante Nun, תֵּתֶן *dare*, *ponere*, a תֵּת, ex תֵּנֶת contracto, 1 *Reg.* 6: 19. 17: 14.

Creberrime haec forma paragogica usurpatur ante adfixa quaedam Pronomina, praesertim נִי, ךָ, הוּ, & הָ, quae ei adduntur sine puncto adglutinationis, ut Nun paragogica eo fortius pronuntietur & audiatur; ut a יְכַבְּדֶן est יְכַבְּדָנְנִי *honorabit me*, *Psalm.* 50: 23. ab אֶתְּקֶן, quod ab אֶתֹּק pro אֶנְתֹּק, est אֶתְּקֶנְךָ *evellam te*, *Jer.* 22: 24. a יְבָרְכֶן, quod a יְבָרֵךְ, est יְבָרְכֶנְהוּ *benedicet ei*, *Psalm.* 72: 15. &c.

1. Literae Nun adfixorum נִי & נוּ Nun paragogica per dagesch forte inseri solet, solo scribendi compendio; ut דָּנַנִּי *judicavit me*, pro דָּנַנְנִי.

Sect. IX. de Particulis. Reg. CLXVIII.

דנני, a דן, quod a דין, *Gen.* 30: 6. Sic יסרני *castigavit me*, *Psalm.* 118: 18. תברכני *benedicat mihi*, *Gen.* 27: 19. יועידני *conditionem statuet mihi*, *Jer.* 49: 19. 50: 44. אינני *non sum ego*, *Jer.* 14: 12. Item יצרנו *servabit nos*, pro יצרננו, *Psalm.* 12: 8. ויכננו *et confovit nos*, *Job.* 31: 15.

2. Literae Caph adfixi ך Nun paragogica saepe per dagesch inseritur, euphoniae caussa; ut ברכך *benedixit tibi*, pro יברכנך, *Deut.* 24: 13. Sic מיסרך *castigans te*, *Deut.* 8: 5. עונך *respondens tibi*, *Job.* 5: 1. צדקך *justificare te*, *Job.* 33: 32. הנך *ecce te*, ab הנן, quod ab הן, *Psalm.* 139: 8. איכה *ubi tu?* ab אין, quod ab אי, *Gen.* 3: 9.

3. Adfixorum הו & ה litera He, per celeriorem pronuntiationem, absorberi solet, Nun paragogica per dagesch duplicata; ut תפקדנו *inspicies eum*, pro תפקדנהו, *Psalm.* 8: 5. יכנו *percutiet eum*, 1 *Sam*, 17: 25. קחנו *accipe eum*, 1 *Sam.* 20: 21. איננו *non est ipse*, *Gen.* 30: 33. עודנו *adhuc ipse*, *Gen.* 18: 22. Item יבלענה *absorbebit eam*, pro יבלענה, *Jes.* 28: 4. שמענה *audi eam*, *Job.* 5: 27. קחנה *accipe eam*, *Jer.* 36: 14. תננה *da eam*, 1 *Sam.* 21: 10.

21: 10. יְחֱמַנָּה *incalescere eam*; *Gen.* 30: 41. אֵינֶנָּה *non est ipsa*, *Lev.* 13: 21. In his assumta est ה paragogica, secundum *Reg.* CLXV. II. CLXVIII. *Sect. IX. de Particulis. Reg.*

4. Adfixum נוֹ, accentum ad se deducens, efficit ut vocalis Nun paragogicam praecedens tollatur; ut קָבְנוֹ *exsecrare eum*, *Num.* 23: 13. quod est pro קָבֶנּוֹ, dagesch ex litera schevata excidente, a קָבֶן, quod est a קֹב, Imperat. Verbi קָבַב. Simile est יֶשְׁנוֹ *existit ipse*, 1 *Sam.* 14: 39. 23: 23. a יֶשֶׁן, quod a יֵשׁ.

Eadem illa forma paragogica admittitur etiam in Futuris Verborum ante Adformantem נָה, ut a תִּפְקֹדְןָ fiat תִּפְקֹדְנָּה. &, pro eo, תִּפְקֹדְנָה; ut תְּמוֹתֶנָה *morientur*, f. *Ezech.* 13: 19. תַּעֲנֶנָה *respondebunt*, f. *Jud.* 5: 29.

In תֵּרָאֶינָּה *videbunt*, f. *Mich.* 7: 10. mansit Jod, tertia radicalis, ad originis indicium, ut saepe alibi.

2. Nun paragogica nude additur Personis Verborum in Adformantes asyllabas ו vel י desinentibus, accentu, si stet ad syllabam penultimam, quoque deducto; ut יֵדְעוּן *noverunt*, a יָדְעוּ, *Deut.* 8: 3. יִשְׁאָבוּן *haurient*, *Ruth.* 2: 9. יִשְׁכְּבֻן *cubabant*, pro יִשְׁכְּבוּן, 1 *Sam.* 2: 22. יְשׁוּבוּן *reyer-*

Sect. IX. de Particulis. Reg. CLXVIII. *revertentur*; a יָשׁוּבוּ, 1 *Reg.* 8: 35. תַּעֲשִׂין *facies*, f. *Ruth.* 3: 4. תְּחִילִין *paries*, f. a תְּחִילִי, *Jes.* 45: 10.

Futurorum vocalis terminalis, ante Adformantes asyllabas sublata, accedente Nun paragogica interdum restituitur, ad majorem dictionis gravitatem & emphasin; ut ידּוּדוּן *fugiebant*, *Psalm.* 68: 13. pro יִדּוֹדוּן, a יָדַד, quod a נָדַד; יִכָּרֵתוּן *exscindentur*, *Jos.* 3: 13. pro יִכָּרֵתוּן, a יִכָּרֵת; תִּדְבָּקִין *adhaerebis*, f. *Ruth.* 2: 8. a תִּדְבְּקִי, quod a תִּדְבַּק, Patach, ut syllabam compleat, in Kamets producto; ita & תִּשְׁתַּכָּרִין *inebriabis te*, f. 1 *Sam.* 1: 14. a תִּשְׁתַּכְּרִי, quod a תִּשְׁתַּכֵּר; &c.

Frequenter etiam haec forma post Nun paragogicam adfixa Pronomina assumit; quae, si sint syllabica, sine puncto adglutinationis adduntur, ob rationem superius indicatam; ut יִקְרָאוּנְנִי, vel יִקְרָאֻנְנִי, *vocabunt me*, *Prov.* 1: 28. יְשַׁבְּחוּנְךָ *laudabunt te*, *Psalm.* 63: 4. יַעַבְרֻנְהוּ *transibunt eum*, *Jer.* 5: 22. יִמְצָאֻנְהָ *invenient eam*, *Jer.* 2: 24. Sed asyllaba punctum adglutinationis requirunt; ut יִלְכְּדֻנוֹ *capient eum*, *Prov.* 5: 22. יְשָׁרְתוּנֶךָ *ministrabunt tibi*, *Jes.* 60: 7.

Cae-

Caeterum quod ad vim & potestatem Nun *Sect. X.* paragogicae attinet, ea non alia esse videtur *de mutat.* quam asseverativa & intensiva. Hanc enim ipse *accent.* *Reg.* fortior literae sonus quodammodo dat sentien- CLXVIII. dam. Sic e. c. 1 *Sam.* 17: 25. אֲשֶׁר יַכֶּנּוּ CLXIX. CLXX. יַעְשְׁרֶנּוּ הַמֶּלֶךְ *qui percusserit illum, hunc ditabit rex*, uti sonus fortior est quam si scriptum esset יַכֵּהוּ & יַעְשְׁרֵהוּ, ita & gravior asseverandi atque intendendi vis non obscure exseritur. Interdum tamen illa Nun potius elegantiae, quam emphaseos, causa accedit; e. c. nullibi occurrit עוֹדוֹ *adhuc ille*, sed pro eo semper עוֹדֶנּוּ usurpatum est, quod hoc elegantius censeretur, Ita factum est in aliis bene multis.

## SECTIO X.

### DE MUTATIONIBUS QUIBUSDAM, QUAS ACCENTUS SUBIT, ET EFFICIT.

CLXIX. De singulis orationis partibus postquam egimus, *Mutationes accentus.* restant aliquae mutationes, quas, certis in locis, & speciales ob caussas, accentus tonicus partim ipse subit, partim quibusdam formis vocum adfert.

CLXX. Accentus tonicus, certis in *Mutatio* casibus, mutat situm suum, & a pro- *situs ejus.*

pria

*Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXX. CLXXI.*

pria atque nativa sua sede discedens impropriam occupat; unde interdum, ipsis in vocibus, mutationes quaedam contingunt. Illud fit vel ita ut accentus ex penultima syllaba ad ultimam descendat; vel ita ut ex ultima ad penultimam retrahatur.

*Deductio accentus ob Vav Convers. Praet.*

CLXXI. Ex penultima syllaba ad ultimam deducitur accentus in Personis penacutis Praeteritorum, quando praeponitur Vav Conversiva; ut וְקִדַּשְׁתִּי *et consecrabo*, a קִדַּשְׁתִּי, *Exod.* 29: 44. וְנֶאֱסַפְתָּ *et colligeris*, *Num.* 27: 13. וְהִבְדִּילָה *et separabit*, f. *Exod.* 26: 33. וְחַקּוֹתָ *et sculpe*, *Ezech.* 4: 1. וְרַבָּה *et multiplicabitur*, f. *Jes.* 6: 12. וְשַׂמְתָּ *et pones*, *Lev.* 24: 6. וְשָׁבָה *et revertetur*, f. *Lev.* 22: 13. וְשָׂמוּ *et ponent*, *Num.* 6: 27. וּבָאתָ *et ingredieris*, *Gen.* 6: 18.

Non tamen ideo tolluntur, ex *Reg.* XL. 1. vocales longae in tertia syllaba ab accentu tonico positae; sed accentu euphonico fultae manent; ut וְשָׁכַנְתִּי *et habitabo*, *Exod.* 29: 45. וְאָפִיתָ *et coques*, *Lev.* 24: 5. וְהֵבֵאתָ *et adferes*, *Exod.* 26: 33. וְהֵבִיאָה *et adferet*, f. *Lev.* 15: 29.

In

*Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXXI. CLXXII. CLXXIII.*

Interdum tamen accentus servat locum ordinarium, praesertim in prima persona plurali; ut וְלָקַחְנוּ *et accipiemus*, *Gen.* 34: 17. וְהָלָכְנוּ *et abibimus*, ibid. nec non in Verbis tertia radicali quiescentibus; ut וְיָרֵאתָ *et metues*, *Lev* 19: 32. וְגִלִּיתִי *et revelabo*, 1 *Sam.* 20: 12.

*Retractio accentus.*

CLXXII. Ex ultima syllaba ad penultimam accentus retrahitur ob has quatuor rationes:

*primo*, ob praepositam Vav Conversivam Futuri;

*secundo*, ob singularem emphasin, qua vox pronuntiatur;

*tertio*, ob vicinitatem accentus sequentis;

*quarto*, ob dignitatem accentus pausantis.

*Primo, ob Vav Convers. Futuri.*

CLXXIII. 1. *Primo*, accentus ex ultima syllaba ad penultimam retrahitur ob Vav Conversivam Futuro praepositam, si forma Verbi id permittat.

Forma Verbi accentus retractionem permittit, si ultima syllaba desinat in literam radicalem, atque simul penultima sit pura, non mixta. Sic a יִפְקֹד fit וַיִּפְקֹד; sed a יִפְקְדוּ manet וַיִּפְקְדוּ; a יִפָּקֵד quoque manet וַיִּפָּקֵד.

Retracto accentu vocalis longa ultimae syllabae, in literam mobilem

Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXXIII. exeuntis, corripienda est in oppositam brevem, secundum *Reg.* XXXVI. ut וַיִּגֹּף *et percutiebatur*, a יִגֹּף; וַיֹּאמֶר, vel וַיֹּאמַר, *et dicebat*, a יֹאמַר; וַיְבָרֶךְ *et benedicebat*, a יְבָרֵךְ; וַתֵּלֶךְ *et abibat*, f. a תֵּלֵךְ; וַיּוֹלֶד *et gignebat*, a יוֹלִיד; וַיָּמָת *et moriebatur*, a יָמוּת vel יָמֹת; וַתְּכוֹנֵן *et confirmabas*, a תְּכוֹנֵן; וַתִּתְפָּעֶם *et consternabatur*, f. a תִּתְפָּעֵם.

1. In Specie Hiphil, nec non in Verbis media Jod quiescentibus, vocalis terminalis, quando in brevem oppositam corripienda est, non Chirek, sed Tseri, assumi solet; ut a יָקִם fit וַיָּקֶם *et erigebat*, sed וַיָּקִם, a יָקִים, non est in usu. Similiter a יָלִין non formatur וַיָּלֶן, sed a יָלִין fit וַיָּלֶן *et pernoctabat*, *Gen.* 28: 11. *Jos.* 8: 9. item וַיָּנַח *et quiescebat*, *Exod.* 10: 14. est a יָנַח, pro יָנִיחַ. Conf. *Reg.* LXXX. *p.* 118.

Semel tamen exstat וַתָּרִץ *et confringebat*, f. *Jud.* 9: 53. a תָּרִץ, in Hiphil a רָצַץ.

2. Si ultima litera non sit mobilis, sed quiescens, correptione vocalis longae non est opus; ut וַיָּבֵא *et adducebat*, *Gen.* 4: 3.

3. Retractio haec accentus non est perpetua, sed interdum negligitur; ut וָאֵשֵׁב *et sedebam*,

1 *Reg.* 8: 20. וַיִּלָּכֵד *et capiebatur*, 1 *Sam.* 10: 20. 21. praesertim si tertia radicalis sit Aleph; ut וַיֵּצֵא *et egrediebatur*, *Gen.* 28: 10. nec non in pausa; ut וַיָּמֹת *et moriebatur*, *Gen.* 5: 5.

*Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXXIII.*

2. Peculiare quid habent Futura Verborum tertia He quiescentium. Ea enim quando in ipsam hanc literam exeunt, neque aucta sunt finali quodam incremento, propter praepositam Vav Conversivam non tantum accentus retractionem, sed & inde ortam literae quiescentis atque vocalis terminalis apocopen, patiuntur; ut ita forma eorum apocopata adhibeatur, quae descripta est superius, *Reg.* LXXXIII. ut וַיְכַל *et absolvebat*, ex יְכַלֶּה; וַיַּךְ *et percutiebat*, ex יַכֶּה; וַיַּרְא *et videbat*, ex יִרְאֶה & יִרְאֶה; וַיֵּשְׁתְּ *et bibebat*, ex יִשְׁתֶּה; וַיִּקֶשׁ *et durus erat*, ex יִקְשֶׁה; וַתֵּרֶב *et augebatur*, f. ex תִּרְבֶּה; וַיַּעַשׂ *et faciebat*, ex יַעֲשֶׂה; וַיֶּפֶר *et foecundabat*, ex יַפְרֶה; וַיְהִי *et fiebat*, ex יִהְיֶה. Plura exempla repetantur ex *Reg. cit.*

Nonnunquam accentus non retrahitur, & forma manet integra; ut וַנִּהְיֶה *et eramus*, 2 *Sam.* 11: 23. וַתִּבְכֶּה *et plorabat*, 1 *Sam.* 1: 7.

*Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXXIV Secundo, ob emphasin.*

CLXXIV. *Secunda* ratio retracti ex syllaba ultima ad penultimam accentus posita est in singulari emphasi, qua vox pronuntiatur, uti fit in mandato, hortatione, precatione, vel in interdicto, dehortatione, deprecatione, vel in voto, vel ubi gravior quidam subest animi adfectus.

1. Talem ob causam accentus nonnunquam retrahitur in Futuris & Imperativis; ut אַל־תָּ֫שֶׁב *ne avertas*, 1 *Reg.* 2: 20. pro תָּשֵׁב׃ אַל־תּ֫וֹכַח *ne redarguas*, *Prov.* 9: 8. pro תּוֹכַח; אַל־תּ֫וֹסְףְּ *ne addas*, *Prov.* 30: 6. (ubi absorpta simul est, ob graviorem adfectum, vocalis terminalis) pro תּוֹסֵף; אֲרַיֶּ֫ךְ *irrigabo te*, f. pro אֲרַיֶּךָ, ex אֲרַיֶּה, *Jes.* 16: 9. הִ֫שָּׁמֶר *cave*, pro הִשָּׁמֵר; בְּ֫צַעַם *concide eos*, *Amos.* 9: 1. pro בְּצָעֵם; הָ֫בָה *dato*, et *age*, *agedum*, *Gen.* 11: 3. 4. pro הָבָה; quod exstat *Gen.* 29: 21. sic הָ֫בִי *dato*, f. *Ruth.* 3: 15. הָ֫בוּ *date*, *agite*; *Gen.* 47: 16. *Deut.* 1: 13. &c.

2. Potissimum ea ratio retracti accentus locum habet in Futuris & Imperativis Verborum tertia He quiescentium, ubi item forma eorum apocopata adhibetur, ex *Reg.* LXXXIII.

Ita

Ita ſe habent Futura, יֵרְדְּ *dominetur*, *Pſalm.* 72: 8. ex יִרְדֶּה; יִמַּח *deleatur*, *Pſalm.* 109: 13. ex יִמָּחֶה; יַפְתְּ *dilatet*, *Gen.* 9: 27. ex יַפְתֶּה; יְהִי *ſit*, *Gen.* 1: 3. ex יִהְיֶה; אַל־תֵּשְׁתְּ *ne bibas*, *Lev.* 10: 9. ex תִּשְׁתֶּה; אַל־יֵרָא *ne videatur*, *Exod.* 34: 3. ex יֵרָאֶה; אַל־תֶּרֶף *ne relaxes*, *Pſalm.* 138: 8. ex תַּרְפֶּה; אַל־תְּהִי *ne ſit*, *Job.* 6: 29. ex תִּהְיֶה; &c. *Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXXIV.*

Servatur tamen interdum poſt אַל, prohibendi particulam, forma ordinaria; ut אַל־אֶרְאֶה *ne videam*, *Gen.* 21: 16. אַל־יִרְאֶה *ne videat*, *Job.* 3: 9.

Imperativorum formae apocopatae exempla ſunt, גַּל *revela*, *Pſalm.* 119: 18. ex גַּלֵּה; הַךְ *percute*, *Amos.* 9: 1. ex הַכֵּה; הֶרֶב *multiplica*, *Pſalm.* 51: 4. ex הַרְבֵּה; הַעַל *fac adſcendere*, *Exod.* 33: 12. ex הַעֲלֵה; הִתְחַל *aegrotum te ſimula*, 2 *Sam.* 13: 5. ex הִתְחַלֵּה; &c.

3. Eadem Verba tertia He quieſcentia nonnunquam in Perſonis Adformante aſyllaba auctis, ad augendam ſermonis emphaſin & gravitatem, accentum ex ultima ſyllaba retrahunt ad vocalem terminalem, quae, una cum ori-

*Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXXIV. 2. CLXXV.*

ginali litera Jod restituitur; ut בְּךָ חָסָיָה נַפְשִׁי *in te confisa est anima mea*, *Psalm.* 57: 2. pro חָסְתָה, ex veteri forma perfecta חָסָיַת, a חסה pro חָסֵי; יִשְׁלָיוּ *tranquilli sunt*, *Job.* 12. 6. *Psalm.* 122: 6. pro יִשְׁלָיוּ, quod ex יִשְׁלָיוּ; יֶאֱתָיוּ *veniant*, *Psalm.* 68: 32. pro יֶאֱתָיוּ; הֵתָיוּ *adducite*, *Jer.* 12: 9. pro הֵתָיוּ.

4. In Nominibus & Particulis rarius, talem ob causam, accentus retrahitur. Pro specimine sint, רַבָּתִי עָם *magna populi*, רַבָּתִי בַגּוֹיִם *magna inter gentes*, שָׂרָתִי בַמְּדִינוֹת *princeps inter regiones*, pro רַבָּתִי & שָׂרָתִי, ob adfectum lugentis, *Thren.* 1: 1. Item לָמָּה, vel לָמָה, nec non, cum dagesch euphonico, לָמָּה, *propter quid? quare?* pro לָמָה, vel לָמָּה, saepe adhibitum in interrogatione, ubi subest adfectus exprobrantis, vel conquerentis, vel alius similis. Adde אָנִי *ego*, cum emphasi pronuntiatum, pro אֲנִי, *Ezech.* 17: 16. 22.

*Tertio, ob accentus sequentis vicinitatem.*

CLXXV. *Tertio*, ex ultima syllaba ad penultimam saepe retrahitur accentus propter vicinitatem accentus sequen-

quentis. Hoc fit, quando duae voces, ipso sensu & constructione arctius cohaerentes, ita concurrunt, ut prior accentum habeat in ultima syllaba, posterior vel monosyllaba sit, vel bisyllaba penacuta. Tunc enim concursus duarum syllabarum, quae ambae accentum tonicum habent, sonum parit minus suavem. Saepe igitur concursus hic evitatur, retracto accentu vocis prioris, si syllaba ejus penultima sit pura, non mixta; ut פָּתַח צוּר *aperuit rupem*, *Psalm.* 105: 41. אֵלֶךְ לִי *ibo mihi*, *Cant.* 4: 6. הֶהָיְתָה זֹּאת *an factum est hoc?* *Joël.* 1: 2. אֲחֹתִי הִיא *soror mea ipsa*, *Gen.* 20: 2. וְנָתַן לְךָ *et dederit tibi*, *Deut.* 19: 8. מַה־יָּגֶל מְאֹד *quam exsultabit valde! Psalm.* 21: 2. בְּעֻלַת בָּעַל *nupta marito*, *Gen.* 20: 3. עָשָׂה לָנוּ *fecit nobis*, *Psalm.* 103: 10. תֹּאבְדוּ דֶרֶךְ *pereatis viam*, *Psalm.* 2: 12. Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXXV.

1. In Personis Verborum asyllaba Adformante auctis vocalis terminalis, quae sublata erat, interdum restituitur, ut ei adhaereat accentus retrahendus; ut תְּהָתֵלּוּ בוֹ *illudetis ipsi*, *Job.* 13: 9. pro תְּהָתֵלּוּ; גֹּשׁוּ הֵנָּה *accedite huc*, *Jos.* 3: 9. pro גְּשׁוּ; תֶּאֱהָבוּן רִיק *diligetis vanitatem*, *Psalm.* 4. 3 pro תֶּאֱהָבוּן; חֹסִיו בוֹ

Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXXV. CLXXVI.

*confisi sunt in eo*. Deut. 32: 37. pro חָסְיוּ, quod alibi in חָסוּ contrahi solet.

2. Quodsi prioris vocis ultima syllaba ante literam mobilem habeat vocalem longam, qua, ex Reg. XXXVI. in brevem correpta, character formae periret, aut obscurior fieret, retractio accentus locum non habet, ne opus sit illa correptione; ut, תַּעֲלֻמוֹת לֵב *occulta cordis*, Psalm. 44: 22. non תַּעֲלֻמֹת; עֹבְרֵי יָם *transiens mare*, Jes. 23: 2. non עֹבֵר.

Quarto, ob pausam.

CLXXVI. *Quarto* denique, accentus tonicus ex ultima syllaba ad penultimam saepe revocatur, quando simul est *pausans*, h. e. quando, ad membri sermonis ultimam vocem positus, pausam majorem minoremve constituit. Conf. Reg. XVII.

Accentuum pausantium praecipui tres sunt, *Silluk*, *Athnach*, & *Merca Machpachatum*.

*Silluk* ponitur ad ultimam vocem cujusque versus, finem indicans periodi, atque idem valens quod nostrum *Punctum* ut in הָאָרֶץ.

*Athnach* apponitur voci prius membrum cujusque versus claudenti, atque cum nostro *Colo* fere convenit; ut in תְהוֹם.

*Merca Machpachatum*, in libris metricis, qui dicuntur, scil. Jobo, Psalmis, & Proverbiis, si versus sit trimembris, ad ultimam primi membri vocem collocatur, etiam ipsum nostro *Colo* respondens; ut in רְשָׁעִים.

Ma-

Majora membra ſubdividuntur in minora, per *Rebia*, ut in אָבִי; *Sakeph minus*, ut in מְלַאכְתּוֹ; *Sakeph majus*, ut in אָדָם; *Segolta*, ut in אֹתִי; *Tiphcha*, ut in מָצָא; aliosque nonnullos accentus, qui cum noſtro partim *Semicolo*, partim *Commate*, conveniunt. *Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXXVI.*

Tres illi priores, qui majorem pauſam conſtituunt, perſaepe, reliqui minus frequenter, in vocibus, quibus apponuntur, quasdam efficiunt mutationes.

Minus elegans cenſetur, & eſt revera, ut accentus pauſans incidat in ultimam vocis ſyllabam, quae exeat in nudam vocalem, aut vocalem cum litera quieſcente. Quare, in compluribus vocum formis, ille retrahitur ad ſyllabam penultimam.

I. Haec accentus retractio interdum fit ſine ulteriori mutatione; ut נוֹשָׁבָה *habitata*, pro נוֹשָׁבָה, *Jer.* 6: 8. עָרוּ *nudate*, pro עָרוּ, *Pſalm.* 137: 7. כָּלוּ *conſumti ſunt*, pro כָּלוּ, *Pſalm* 37: 20. אָנֹכִי *ego*, pro אָנֹכִי, *Gen.* 4: 9. אַתָּה *tu*, pro אַתָּה, *Pſalm.* 5: 5. עַתָּה *nunc*, pro עַתָּה, *Hagg.* 2: 3. מֶנִּי *a me*, pro מֶנִּי, *Pſalm.* 18: 23.

 II. Sae-

Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXXVI.

II. Saepe accentus pausantis retractio conjuncta est cum aliqua in ipsis vocibus mutatione.

1. In Personis Verborum, Adformante asyllaba, aut He paragogica, auctis, vocalis terminalis, quae sublata erat, restituitur, & ad hanc vocalem accentus pausans retrocedit; ut קָרֵבָה *appropinquavit*, f. *Zeph.* 3: 2. pro קָֽרְבָה, a קָרַב; יָכֹלוּ *potuerunt*, 2 *Reg.* 3: 26. pro יָֽכְלוּ, a יָכֹל; תִּשְׁמֹרוּ *servabitis*, *Exod.* 31: 13. pro תִּשְׁמְרוּ, a תִּשְׁמֹר; אֵלֵכָה *vadam*, *Gen.* 30: 26. pro אֵֽלְכָה, ab אֵלֵךְ: סַפֵּרוּ *narrate*, *Joël.* 1: 3. pro סַפְּרוּ, a סַפֵּר; לֵכִי *vade*, f. *Jud.* 11: 38. pro לְכִי, a לֵךְ.

Quodsi vocalis terminalis fuerit Patach, ea sic restituitur, ut simul, ob dignitatem accentus pausantis, in Kamets producatur; ut הָלָכָה *discessit*, f. *Jes.* 46: 2. pro הָֽלְכָה, ab הָלַךְ; נִלְקָחָה *capta fuit*, 1 *Sam.* 4: 17. pro נִלְקְחָה, a נִלְקַח; וָאִישָׁנָה *et dormivi*, *Psalm.* 3: 6. pro וָאִישְׁנָה, ab אִישַׁן; נֵדָעָה *cognoscamus*, *Jes.* 5: 19. pro נֵדְעָה, a נֵדַע; צְעָקִי *clama*, f. *Jer.*

*Jer.* 22: 20. pro צְעָקִי, a צְעַק; תְּמָהוּ *mi-* Sect. X. de mutat. accent Reg. CLXXVI.
*ramini*, *Jes.* 29: 9. pro תִּמְהוּ, a תְּמַהּ.

Adformantibus ן & י si accesserit Nun paragogica, accentus quidem pausans non retrahitur, attamen, ut pronuntiatio paulo lentior & gravior evadat, vocalis terminalis restitui solet, secundum *Reg.* CLXVIII. 2. *p.* 270. ut יִלְקֹטוּן *colligent*, pro יִלְקְטוּן, a יִלְקֹט, & יִבָּהֵלוּן *consternabuntur*, pro יִבָּהֲלוּן, a יִבָּהֵל, nec non יִגְוָעוּן *expirabunt*, pro יִגְוְעוּן, a יִגְוַע, *Psalm.* 104: 28. 29.

2. In Verbis tertia He quiescentibus, ante Adformantes asyllabas, & He paragogicam, una cum vocali terminali Kamets, pro Patach substituta, ad quam accentus pausans retrocedit, simul restituitur elisa Jod, litera radicalis; ut נָטָיוּ *extensi sunt*, *Num.* 24: 6. pro נָטוּ, quod ortum est ex נָטְיוּ: בְּעָיוּ *quaerite*, *Jes.* 21: 12. pro בְּעוּ; אֵתָיוּ *venite*, ibid. pro אֵתוּ; אֶהֱמָיָה *perstrepam*, *Psalm.* 77: 4. pro אֶהֱמָה.

1. Haec literae Jod atque vocalis terminalis restitutio, ob rationem *not. praec.* indicatam, fieri quoque potest, quando accentus pausans, pro-

*Sect.* X. *de mutat. accent.* *Reg.* CLXXVI.

propter Nun paragogicam, non retrahitur; ut יְהֶמָיוּן *ſtrepent*, *Pſalm.* 39: 7. 83: 3. יֶחֱזָיוּן *cernent*; *Jeſ.* 26: 11. יִשְׁתָּיוּן *bibent*, *Pſalm.* 78: 44.

2. Duplex forma admittitur in 3 perſ. foem. Praet. Verborum tertia He quieſcentium, altera, qua a גָּלְיָה, forma veteri & perfecta a גָּלִי, fit גָּלְיָה; ut חָסָיָה *confiſa eſt*, *Pſalm.* 57: 2. pro חָסְיָה; altera, qua a גָּלְתָה, forma imperfecta, fit גָּלָתָה; ut עָשָׂתָה *fecit*, f. *Gen.* 27: 17. pro עָשְׂתָה; נִהְיָתָה *facta eſt*, *Jer.* 48: 19. pro נִהְיְתָה.

3. In Nominibus formae פְּקִי, paſſis trajectionem & mutationem ſuae vocalis, uti dictum eſt ſupra, *Reg.* CXIX. IV. ut accentus pauſans in ſyllaba penultima collocari poſſit, reſtituitur ea vocalis, quae in forma originali adfuerat; ut חֵצִי *dimidium*, 1 *Reg.* 10: 7. pro חֲצִי, orto, ſecundum *Reg.* XLVII. 3. ex חֶצְיִ; מֶרִי *rebellio*, *Ezech.* 2: 8. pro מְרִי, orto ex מֶרְיִ; יֹפִי *pulchritudo*, *Jeſ.* 3: 24. pro יְפִי, orto ex יָפְיִ.

Huc pertinet Pronomen אָנִי *ego*, in pauſa, pro אֲנִי, quod ortum eſt ex אָנְיִ, Nomine formae פְּקַד.

4 Fu-

4. Futura Verborum tertia He quiescentium apocopata, quae in Chirek & Jod quiescentem desinunt, ad Praeformantem pro schevate accipiunt Segol, cui accentus pausans adhaeret; ut וַיֶּהִי et erat, Psalm. 33: 9. pro וַיְהִי, orto ex יְהִי, quod &, cum Segol, fuit יֶהִי, forma apocopata ex יִהְיֶה vel יִהְיֶה; sic וַתֶּהִי et erat, f. Thren. 3: 37. pro וַתְּהִי; יֶחִי vivat, Jes. 38: 21. pro יְחִי. Sect. X. de mutat. accent. Reg. CLXXVI.

5. In Pronomen adfixum ךָ, per scheva accedens, si accentus pausans incidat, duplex modus est incommodum inde natum evitandi.

*Primo*, plerumque pro schevate aliud punctum adglutinationis, scilicet Segol, assumitur, quo accentus ille retrahitur; ut דְּבָרֶךָ *verbum tuum*, *Gen.* 47: 30. pro דְּבָרְךָ; נַחֲלָתֶךָ *hereditas tua*, *Psalm.* 2: 8. pro נַחֲלָתְךָ; יִשְׁעֶךָ *salus tua*, *Psalm.* 51: 14. pro יִשְׁעֲךָ; שְׁמֶךָ *nomen tuum*, *Psalm.* 138: 2. pro שִׁמְךָ; שֹׁמְרֶךָ *custodiens te*, *Psalm.* 121: 5. pro שֹׁמְרְךָ; אֹיְבֶךָ *hostis tuus*, *Deut.* 28: 53. pro אֹיִבְךָ; הִרְבֶּךָ *multiplicavit te*, *Deut.* 7: 13. pro הִרְבְּךָ;

אוֹכִיחֲךָ

*Sect. X. de mutat. accent.* אוֹכִיחֶךָ *redarguam te, Psalm.* 50: 8. pro אוֹכִיחֲךָ.

*Reg.* CLXXVI. CLXXVII. *Secundo*, interdum vocalis hujus Adfixi ad literam praecedentem revocatur, ut ex ךָ fiat ךְ, syllaba pura in mixtam mutata; ut הַשְׁמִדָךְ *exscindi te, Deut.* 28: 24 pro הַשְׁמִידְךָ; פֵּאֲרָךְ *decoravit te, Jes.* 55: 5. pro פֵּאֶרְךָ; צִוָּךְ *praecepit tibi*, 1 *Sam.* 13: 13 pro צִוְּךָ; חֹנָךְ *obsidens te, Psalm.* 53: 6. pro חֹנְךָ.

Hoc semper fit in Particulis אֵת & עִם, atque Praefixis ב & ל, cum ךָ compositis; ut אֹתָךְ *te, Deut.* 28: 48. pro אֹתְךָ; sic אִתָּךְ *tecum, Gen.* 8: 17. עִמָּךְ *tecum, Gen.* 29: 25. בָּךְ *in te, Psalm.* 9: 3. לָךְ *tibi, Exod.* 32: 34.

Nonnunquam hoc ךְ etiam extra pausam usurpatur, ad normam dialecti Chaldaicae; ut מֶה־עָנָךְ יְהוָֹה *quid respondit tibi Jehova? Jer.* 23: 37. pro עָנְךָ.

*Mutatio vocalium ob accentum pausantem.* CLXXVII. Aliud genus mutationis est, quod accentus pausans, ubi situm ordinarium servat, quibusdam vocalibus

bus adfert.

*Sect. X. de mutat. accent.* Reg. CLXXVII.

I. Accentus pausans quando cadit in Patach ultimum, vel penultimum, aut in Segol penultimum Nominum Segolatorum, pro vocali brevi plerumque longa opposita Kamets substituitur; ut עָמָד *stetit*, et יָשָׁב *sedit*, *Psalm.* 1: 1. pro עָמַד, et יָשַׁב; אִישָׁן *dormiam*, *Psalm.* 4: 9. pro אִישַׁן; טָל *ros*, *Cant.* 5: 2. pro טַל; רֹאָנִי *videns me*, *Jes.* 47: 10. pro רֹאֵנִי; לָיְלָה *nox*, *Gen.* 1: 5. pro לַיְלָה; חָרֶב *gladius*, *Jos.* 8: 24. pro חֶרֶב; sic הַנָּפֶשׁ *anima*, *Num.* 6: 11. עֹמָדֶת *perstans*, *Eccles.* 1: 4.

Non raro negligitur haec productio; ut וַיִּצְחַק *et ridebat*, *Gen* 17: 17. עַד *praeda*, *Gen.* 49: 27. יִצַּתּוּ *comburentur*, *Jes.* 33: 12. דִּבַּרְתָּ *loquutus es*, *Jes.* 39: 8. בֶּטַח *securitas*, *Prov.* 1: 33. אֹמֶנֶת *nutrix*, *Ruth.* 4: 16.

II. Pro Tseri, terminali vocali Verborum, ad accentum pausantem amatur Patach, sonum habens paulo fortiorem; ut יֵלַךְ *ibit*, *Job.* 27: 21. pro יֵלֵךְ; הָשַׁב *redde*, *Jes.* 42: 22. pro הָשֵׁב; אַל־תָּלַן *ne pernoctes*, *Jud.* 19: 20. pro תָּלֵן.

CLXXVIII.

*Sect.* X. *Ideo mutat. accent. Reg* CLXXVIII. *Mutatio vocalium ob accentum ablatum.*

CLXXVIII. Denique mutationem aliquam vocalibus saepe adfert arctior vocum conjunctio per Lineolam Makkaph, quae vocem priorem privat accentu tonico, secundum *Reg.* XIX. Nam vocalis longa, quam accentus reliquit, si posita sit in syllaba mixta, corripienda est in brevem oppositam, ex *Reg.* XXXVI. ut זְכָר־נָא *recordare quaeso*, pro
זְכֹר־ ; כָּל־מְלָכִים *omnes reges*, pro כֹּל־ ; אֶת־
הָעָם *populum*, pro אֵת־.

Quodsi ea vocalis immutabilis sit, manet, & accentu euphonico fulcitur; ut לְאִישׁ־אַחֵר *viro alii*, *Jer.* 3: 1. אוֹת־הַבְּרִית *signum foederis*, *Gen.* 9: 12.

Interdum manent quoque, & euphonico accentu fulciuntur, vocales non immutabiles; ut שֵׁם־יְהוָה *nomen Jehovae*, *Gen.* 16: 13. תִּדְרֹךְ־זַיִת *calcabis olivam*, *Mich.* 6: 15.

APPEN-

# APPENDIX
## INSTITUTIONUM
AD
## FUNDAMENTA
# LINGUAE HEBRAEAE,
CONTINENS
## REGULAS
QUASDAM
## SYNTACTICAS.

---

## SECTIO I.
### DE SYNTAXI NOMINUM.

*Substantivum pro adjectivo, in appositione.*

I. Duo nomina substantiva in statu absoluto per appositionem ita conjungi possunt, ut posterius adjectivi locum teneat; ut אֲנָשִׁים מְעָט *homines, paucitas*, i. e. pauci, *Neh.* 2: 12. שֵׂה בְרִיָּה *ovis, nitor*, i. e. nitens, pinguis, *Ezech.* 34: 20. אֲמָרִים אֱמֶת *sermones, veritas*, i. e. veri, *Prov.* 22: 21. שְׂכָרְךָ הַרְבֵּה *merces tua, amplificatio*, i. e. ampla, *Gen.* 15: 1.

*Sect.* I. *de Synt. Nominum.* *Reg.* I. II.

1. Saepe talis constructio adhibetur, quando posterius nomen materiam, ex qua aliquid constat, significat; ut כִּכָּרַיִם כֶּסֶף *duo talenta, argentum*, i. e. argento constantia, 2 *Reg.* 5: 23. הַבָּקָר הַנְּחֹשֶׁת *boves, aes*, i. e. aenei, 2 *Reg.* 16: 17. Sic טוּרִים אֶבֶן *ordines, lapides*, *Exod.* 28: 17. טוּרִים רִמֹּנִים *ordines, malogranata*, 1 *Reg.* 7: 42.

Huc referenda phrasis שְׁנָתַיִם יָמִים *duo anni, dies*, *Gen* 41: 1. & alibi, i. e. biennium suis diebus constans, adeoque integrum & completum. Sic & שָׁבֻעִים יָמִים *hebdomades, dies*, *Dan.* 10: 3.

2. Simili ratione nomini mensurae jungitur mensuratum per appositionem; ut אֵיפָה שְׂעֹרִים *modius, hordeum*, *Ruth.* 2: 17. סְאָה סֹלֶת *satum, simila*, 2 *Reg.* 7: 1.

*Adjectivum pro substantivo, in appositione.*

II. Adjectivum, quod, per ellipsin, usum substantivum obtinuit, (vid. supra, *Reg.* XCV. *pag.* 161.) cum alio substantivo diversi generis aut numeri per appositionem conjungi potest; ut עֹלָה כָלִיל *victima scandens, holocaustum*, pro זֶבַח כָּלִיל *sacrificium holocaustum*, 1 *Sam.* 7: 9. *non comedetis* בָשָׂר בַּשָּׂדֶה טְרֵפָה *carnem, in agro discerptum*, pro בְּהֵמָה טְרֵפָה *animal discerptum*, *Exod.* 22: 30. לְעַם לְצִיִּים

*po-*

*populo, deserticolis*, pro לְאֲנָשִׁים צִיִּים *hominibus deserticolis*, *Psalm.* 74: 14. Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. III. IV.

III. Per appositionem commode explicantur bene multae phrases, quibus vulgo, sed minus recte, enallage status absoluti pro constructo subesse putatur; ut *effudit super eum* חֵמָה אַפּוֹ (non *excandescentiam nasi sui*, sed) *excandescentiam*, scil. *nasum suum*, *Jes.* 42: 25. זְבָחִים שְׁלָמִים *sacrificia*, quae dicuntur *incolumitates*, *Exod.* 24: 5. 1 *Sam.* 11: 15. *fecisti nos bibere* יַיִן תַּרְעֵלָה *vinum*, scil. *tremefactionem*, *Psalm.* 60: 5. Sic *Jer.* 25: 15. 1 *Reg.* 22: 27. &c

*Enallage status absoluti pro constructo improbatur.*

IV. 1. Nomina Numeralia Cardinalia, cum omnia sint substantiva, in statu absoluto per appositionem cum nomine numerato construuntur; ut שְׁלֹשָׁה בָנִים *tres filii*, proprie *trias*, *filii*, i. e. trias, quam constituunt filii, vel בָּנִים שְׁלֹשָׁה, q. *filii*, *trias*.

*Structura nominum Numeralium.*

2. Possunt tamen illa etiam in statu constructo per regimen cum nomine numerato conjungi; ut שְׁלֹשֶׁת אֲנָשִׁים *tres viri*, propr. *trias virorum*.

Sic et שְׁנֵי בָנִים *duo filii*, שְׁתֵּי בָנוֹת *duae filiae*. Sed Numeralia majora, quae Pluralis

 aut

Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. IV. aut Dualis terminationem habent, ut עֶשְׂרִים *viginti*, מָאתַיִם *ducenta*, &c. nunquam in regimine ponuntur, sed solam admittunt appositionem; ut עֶשְׂרִים שָׁנָה *viginti anni*; פָּרוֹת אַרְבָּעִים *juvencae quadraginta*; אַלְפַּיִם סוּסִים *bis mille equi.*

3. Nominum Numeralium a tribus ad decem, forma foeminina cum numeratis masculinis, & vicissim forma eorum masculina cum numeratis foemininis, conjungi solet, ut jucunda quaedam fiat generis variatio; ut שִׁבְעָה כְּבָשִׂים, vel שִׁבְעַת כְּבָשִׂים, *septem agni*; שֶׁבַע כְּבָשׂוֹת, *septem agnae.*

Idem fit in compositione; ut שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה אִישׁ *septuaginta et septem viri*; שְׁבַע עֶשְׂרֵה שָׁנָה *septendecim anni.*

Non tamen haec lex est perpetua; ut שְׁלֹשֶׁת כִּכְּרוֹת לֶחֶם *tres orbes panis*, 1 *Sam.* 10: 3. אַרְבַּעַת כַּנְפוֹת הָאָרֶץ *quatuor orae terrae*, *Ezech* 7: 2.

4. Cum Numeralibus, a duobus ad decem, numeratum in plurali, sed cum iis quae denarium numerum excedunt, in singulari collective sumto, combinari solet, ut grata quaedam numeri diversitas existat; ut *vixit Sethus* חָמֵשׁ

שָׁנִים

חָמֵשׁ שָׁנִים וּמְאַת שָׁנָה *quinque annos, et centum annum*, pro *annos*, *Gen.* 5: 6. עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה אֶלֶף *viginti et quatuor mille*, pro *millia*, 1 *Chron.* 27: 1. *Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. IV. V.*

1. Numerato singulari si addatur adjectivum, id vel eodem in numero collocatur, vel, ob vim illius collectivam, in pluralem transit; ut שְׁמֹנִים וַחֲמִשָּׁה אִישׁ נֹשֵׂא אֵפוֹד *octoginta et quinque vir portans amiculum*, pro *viri portantes*, 1 *Sam.* 22: 18. חֲמִשִּׁים אִישׁ רָצִים *quinquaginta vir currentes*, pro *viri* 1 *Reg.* 1: 5.

2. Interdum Numerali, quod est supra decem, numeratum in plurali additur; ut שְׁלֹשִׁים בָּנִים וּשְׁלֹשִׁים בָּנוֹת *triginta filii, et triginta filiae*, *Jud.* 12: 9. Praesertim hoc fit, si numeratum praecedat; vid. *Gen.* 32: 15. 16. 2 *Chron.* 29: 32.

3. Quibusdam in phrasibus ellipsis nominis numerati usu invaluit; ut *dedi fratri tuo* אֶלֶף כֶּסֶף *mille argenti*, i. e. numos argenteos, *Gen.* 20: 16. *mensus est* שֵׁשׁ שְׂעֹרִים *sex bordei*, scil. modios, *Ruth.* 3: 15. *dabunt tibi* שְׁתֵּי לֶחֶם *duos panis*, scil. orbes 1 *Sam.* 10: 4.

V. Nomen substantivum saepe geminatur, ut significetur, *Geminatio nominis substantivi.*

vel *primo*, universitas, singula ejusdem generis comprehendens; ut אִישׁ

Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. V. VI. איש איש *vir, vir*, i. e. unusquisque vir, nemine excepto, *Lev.* 24: 15. עִיר וָעִיר *urbs et urbs*, i. e. omnes & singulae urbes, *Esr.* 10: 14.

vel *secundo*, multitudo & continuitas; ut בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת חֵמָר *putei, putei, bituminis*, i. e. multi & continui putei, *Gen.* 14: 10.

vel *tertio*, distributio, qua eadem res singulis tribuitur; ut *dabat servis suis* עֵדֶר עֵדֶר *gregem, gregem*, i. e. singulis gregem, *Gen.* 32: 17.

vel *quarto*, duplicitas atque diversitas rei; ut אֶבֶן וָאֶבֶן *lapis et lapis*, i. e. geminus diversi ponderis lapis, *Deut.* 25: 13.

De geminatione, quae fit per epizeuxin, figuram rhetoricam, hic non est agendi locus.

Regimen pro appositione. VI. Loco appositionis interdum constructio per regimen usurpatur; ut נְהַר פְּרָת *fluvius Euphratis*, pro *Euphrates*, *Gen.* 15: 18. קִרְיַת חֻצוֹת *oppidum Chutsotae*, pro *Chutsota*, *Num.* 22: 39. עֵץ הַזַּיִת *arbor oleae*, pro *olea*, *Hagg.* 2: 19. אֵל סַלְעִי *Deus petrae meae*, i. e. qui est *petra mea*, *Psalm.* 42: 10. בְּתוּלַת בַּת עַמִּי *virgo filiae populi mei*, i. e. *virgo*, quae est *filia populi mei*, *Jer.* 14: 17.

VII.

VII. 1. Per regimen Hebraei amant construere duo substantiva, quorum posterius, scil. rectum, adjectivi locum teneat; ut בִּגְדֵי הַקֹּדֶשׁ *vestes sanctitatis*, i. e. sanctae, *Exod.* 29: 29. אֶבֶן צֶדֶק *pondus justitiae*, i. e. justum, *Deut.* 25: 15. אֵשֶׁת נְעוּרִים *uxor juventutis*, i. e. juvenis, *Jes.* 54: 6. זֶרַע אֲנָשִׁים *semen virorum*, i. e. proles mascula, 1 *Sam.* 1: 11. חֶלְקַת חֶמְדָּה *ager desiderii*, i. e. desideratus, *Jer.* 12: 10. שְׁנַת עוֹלָם *somnus perpetuitatis*, i. e. perpetuus, *Jer.* 51: 39. כְּלֵי כֶסֶף וּכְלֵי זָהָב *vasa argenti, et vasa auri*, i. e. argentea, et aurea, *Exod.* 11: 2. בִּגְדֵי שֵׁשׁ *vestes byssi*, i. e. byssinae, *Gen.* 41: 42. לֶחֶם שְׂעֹרִים *panis hordei*, i. e. hordeaceus, *Jud.* 7: 13.

*Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. VII. Nomen rectum, vel regens, pro adjectivo.*

2. Interdum prius substantivum, scil. regens, per metonymiam ponitur adjectivi loco; ut *adscendi* בְּרֹב רִכְבִּי *cum multitudine curruum meorum*, i. e. multis curribus, *Jes.* 37: 24. *succidam* קוֹמַת אֲרָזָיו מִבְחַר בְּרוֹשָׁיו *proceritatem cedrorum ejus, delectum abietum ejus*, i. e. proceras cedros, delectas abietes, ibid.

Talis perpetua est constructio nominis כֹּל *complexus, universitas*, pro *omnis*, *to-*

*Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. VII. VIII. IX.*

*totus*, si alii nomini praeponatur; ut כל הַיָּמִים *complexus dierum*, i. e. omnes dies; כָּל־בֵּיתוֹ *complexus domus ejus*, i. e. domus tota: sed si postponatur, est appositio; ut הַגּוֹיִם כֻּלָּם *gentes, complexus earum*, i. e. gentes omnes.

*Nomen se ipsum regens in plurali.*

VIII. 1. Per constructionem, qua nomen se ipsum in plurali regit, plerumque notatur id quod sui generis maximum est; ut קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים *sanctitas sanctitatum*, i. e. res sanctissima, *Exod.* 26: 33. הֲבֵל הֲבָלִים *vanitas vanitatum*, i. e. summa vanitas, *Eccles.* 1: 2.

2. Interdum per illam significatur id quod omnia sui generis complectitur; ut דור דורים *aetas aetatum*, i. e. per omnes aetates duratura, *Jes.* 51: 8.

*Nomen rectum vel active vel passive sumendum.*

IX. In constructione duorum substantivorum per regimen, nomen rectum saepe duplicem admittit significationem; modo enim activam habet, modo passivam; hoc est, modo eum notat a quo res proficiscitur, modo eum ad quem illa tendit; ut חֶרְפַּת מוֹאָב *ignominia Moabitarum*, *Zeph.* 2: 8. est, quam hi aliis intulerunt; sed חֶרְפַּת עֲבָדֶיךָ *ignominia servorum tuorum*, *Psalm.* 89: 51. est,

est, quam hi ab aliis passi sunt: חֲמַס הַיּוֹשְׁבִים *injuria incolarum Ezech.* 12: 19. est, cujus ipsi auctores fuerunt; sed חֲמַס בְּנֵי יְרֻבַּעַל *injuria filiorum Jerubbaäli, Jud.* 9: 24. est, qua ipsi affecti sunt: זַעֲקַת דָּל *vociferatio pauperis, Prov.* 21: 13. est, qua ipse clamat; sed זַעֲקַת סְדֹם *vociferatio Sodomae, Gen.* 18: 20. est, qua alii clamant de civium Sodomae injuriis.

*Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. IX. X.*

Eadem ratione etiam adfixa pronomina non tantum activam, sed & passivam, significationem habere possunt; ut חֲמָסִי *injuria mea, Gen.* 16: 5. *Jer.* 51: 35. est, qua ego affectus sum; עֲלִילוֹתָם *facinora ipsorum, Psalm.* 99: 8. sunt, quae alii adversus ipsos patrarunt; קִלְלָתִי *maledictio mei*, qua mihi maledicitur, 2 *Sam.* 16: 12. quod male emendatur in margine, קִלְלָתוֹ *maledictio ejus*, אַנְחָתָה *gemitus ejus*, scil. Babelis, *Jes.* 21: 2. est gemitus aliorum de ejus injuriis; בְּכִיתוֹ *fletus ejus, Gen.* 50: 4. quo alii ipsum defleverunt; נְדָרֶיךָ *vota tua, Psalm.* 56: 13. quae tibi nuncupata sunt.

X. Nomini regenti quando addendum est pronomen adfixum, id plerumque nomini recto subjungitur, ut arctior nexus, quo illud cum hoc conjunctum

*Pronomen adfixum nominis regentis.*

 est,

*Sect.* I. *de Synt. Nominum. Reg.* X. XI. XII.

est, maneat integer; ut הַר קָדְשִׁי non est *mons sanctitatis meae*, sed *mons sanctitatis meus*, *Psalm.* 2: 6. פְּסִילֵי כַסְפֶּךָ *imagines argenti tuae*, *Jes.* 30: 22.

1. Ita & pronomen separatum, quod pertinet ad nomen regens, post nomen rectum collocatur; ut עַמֵּי הַתֹּעֵבוֹת הָאֵלֶּה *populi abominationum isti*, *Esr.* 9: 14.

2. Interdum adfixum ipsi additur nomini regenti; ut עֶזְרָתֵנוּ הָבֶל *auxilium nostrum vanitatis*, s. vanum, *Thren.* 4: 17. מִדּוֹ בַד *vestis ejus lini*, s. linea, *Lev.* 6: 3. יְדֵיכֶם חֵטְא *manus vestrae sceleris*, s. scelestae, *Jes.* 31: 7.

*Adjectiva in regimine.*

XI. Adjectiva, & participia pro adjectivis usurpata, quando construuntur cum substantivo significante objectum, ad quod illa referuntur, in regimine poni solent; ut גְּדוֹל כֹּחַ *magnus roboris*, *Nach.* 1: 3. תְּמִימֵי דֶרֶךְ *integri viae*, *Psalm.* 119: 1. שְׁפַל רוּחַ *depressus animi*, *Prov.* 29: 23. נְדִיב לֵב *liberalis cordis*, *Exod.* 35: 22. נְקִי כַפַּיִם וּבַר לֵבָב *purus manuum, et nitidus cordis*, *Psam.* 24: 4. שְׂבַע יָמִים *satur dierum*, *Gen.* 35: 29. מְלֵאֲתִי מִשְׁפָּט *plena judicii*, *Jes.* 1: 21.

*Ellipsis nominis recti.*

XII. Regimen potest locum habere, ubi nomen rectum implicite continetur in

in pronomine relativo, eoque vel ex- Sect. I.
presso, vel omisso; ut בַּעֲוֹן אֲשֶׁר יָדַע *ob* de Synt.
*crimen* ejus rei, *quod noverit*, 1 *Sam.* 3: 13. Nominum. Reg. XII.
שְׂפַת לֹא יָדַעְתִּי אֶשְׁמָע *labium* ejus, quem XIII.
*non noveram, audiebam*, *Psalm*. 81: 6.
יִתְרַת עָשָׂה אָבָדוּ *residuum* ejus, quod *acquisiverat, interiit*, *Jer*. 48:36. *tradidit me* בִּידֵי לֹא אוּכַל קוּם *in manus* eorum, contra quos *non possum stare*, *Thren*. 1: 14.

Talis ellipsis etiam subesse potest, quando particulae in statu constructo ante Verbum finitum ponuntur; ut אַחֲרֵי לֹא יוֹעִלוּ הָלָכוּ *post ea*, quae *non prosunt*, *iverunt*, *Jer*. 2: 8. קַדְמַת שָׁלַף *ante* id, quo (i. e. antequam) *strinxerit*, *Psalm*. 129: 6. אַשְׁרֵי תִּבְחַר *euge eum*, quem *elegeris! Psalm*. 65: 5.

XIII. Ea forma, quam habent nomina in regimine posita, interdum etiam extra regimen usurpatur, quando nomen alia quadam construendi ratione arctius conjungitur cum voce sequente. Id fieri potest, *Forma regiminis extra regimen.*

*primo*, intercedente particula, vel inseparabili, vel separata; ut חָכְמַת וָדָעַת *sapientia et cognitio*, *Jes*. 33: 6. עֹבְרֵי בְּעֵמֶק *transeuntes per vallem*, *Psalm*.84:7. חוֹסֵי בוֹ *confisi in eo*, *Psalm*. 2: 12. מִימִין לַבַּיִת *a dextra*

Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. XIII. XIV. *tra ad aedem*, *Ezech.* 10: 3. אַחַד מִמֶּנּוּ *unus ex nobis*, *Gen.* 3: 22. מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה *plaga sine cessatione*, *Jes.* 14: 6.

Idem in particulis separatis fieri potest, quae, more nominum, formam regiminis admittunt; ut פֹּרֵק אֵין מִיָּדָם *liberans non est ex manu eorum*, pro אֵין, *Thren.* 5: 8.

*secundo*, sequente pronomine relativo, vel eo per ellipsin suppresso; ut בִּמְקוֹם אֲשֶׁר הִגְלוּ אֹתוֹ *in loco quo deportarunt ipsum*, *Jer.* 22: 12. קִרְיַת חָנָה דָוִד *urbs* in qua *resedit David*, *Jes.* 29: 1. כָּל־יְמֵי הִתְהַלַּכְנוּ *omnes dies* quibus *oberravimus*, 1 *Sam.* 25: 15.

*tertio*, sequente Verbo, quod accusativum regat; ut שִׁפְעַת אֲנִי רֹאֶה *effusum agmen ego video*, 2 *Reg.* 9: 17.

*quarto*, quando nomen usu adverbiali cum Verbo construitur; ut רַבַּת שָׂבְעָה *multum satiata est*, *Psalm.* 123: 4.

Ordo constructionis substantivi cum adjectivo. XIV. 1. Substantivo quando jungitur adjectivum, illud plerumque praecedit; ut אִישׁ חָכָם *vir sapiens*; שׁוּחָה עֲמֻקָּה *fovea profunda*; rarius sequitur; ut רַבִּים צַיָּדִים *multi venatores*, *Jer.* 16: 16.

2. Adjectivum, quod constituit praedi-

dicatum, solet praemitti, si in eo posita sit praecipua vis & emphasis alicujus dicti; ut גָּדוֹל עֲוֺנִי *magnum* est *crimen meum*, *Gen.* 4: 13. לֹא טוֹב הַדָּבָר *non bona* est *haec res*, *Exod.* 18: 17.

*Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. XIV. XV. XVI. XVII.*

XV. Substantivum & adjectivum, ordinaria constructione, convenire solent genere & numero; nisi quod substantivo duali adjectivum non duale, sed plurale, jungatur; ut יָדַיִם רָפוֹת וּבִרְכַּיִם כֹּשְׁלוֹת *manus remissae, et genua labantia*, *Jes.* 35: 3.

*Convenientia substantivi et adjectivi.*

XVI. Loco adjectivi, quod constituat praedicatum, si, per metonymiam, substantivum usurpetur, non opus est, ut id genere & numero conveniat cum nomine subjecti; ut הַמְּלָאכָה הַרְבֵּה וּרְחָבָה *negotium* est *multiplicatio*, (i. e. multum) *et amplum*, *Neh.* 4: 13. קִירוֹתָיו עֵץ *parietes ejus* sunt *lignum*, i. e. lignei, *Ezech.* 41: 22. וַיִּהְיוּ כְלֵי הַנְּעָרִים קֹדֶשׁ *et erant vasa juvenum sanctitas*, i. e. sancta, 1. *Sam.* 21: 6.

*Ea non opus est, si pro adjectivo ponatur substantivum.*

XVII. 1. Adjectiva, & participia, persaepe includunt omissum substantivum, atque ita vim quasi substantivam accipiunt; ut יָמִין *dexter*, pro *dextro latere*, unde שׁוֹק הַיָּמִין *crus dextri*, *Exod.* 29:

*Aut si adjectivum includat substantivum.*

Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. XVII.

29: 22. מֵת *mortuus*, scil. *homo*, pro *humano cadavere*, Gen. 23: 3. מָלֵא *plenus*, pro *fluvio plenis alveis manante*, Psalm. 73 10. צָפוּן *reconditus*, scil. *thesaurus*, Psalm. 17: 14. *habitabit* בְּטוֹב לוֹ *in bono ipsi*, scil. *loco*, i. e. in loco qui ipsi placeat, Deut. 23: 17. בַּעֲשִׂרִי בִּשְׁנֵים עָשָׂר לַחֹדֶשׁ *in decimo*, scil. *mense*, *in duodecimo*, scil. *die*, *mensis*, Ezech. 29: 1. *porta* הַפְּנִימִית *interioris*, scil. *atrii*, Ezech, 8: 3. יוֹשֶׁבֶת *habitans*, scil. *gens*, pro *societate incolarum*, Jer. 21: 13. הַצֹּלֵעָה וְהַנִּדָּחָה *errans et dispulsa*, scil *pecus*, Mich. 4: 6. גְּדֹלִים *magni*, scil. *viri*, pro *principibus*, Jerem. 5: 5. הַטֹּחֲנוֹת *molentes*, scil. *ancillae*, Eccl. 12: 3. הַקְּצוּבוֹת *potu prohibitae*, scil. *oves*, Cant. 4: 2. &c.

2. Tale itaque adjectivum, aut participium, quod, per ellipsin, usum quasi substantivum, obtinuit, si constituat praedicatum, a nomine subjecti discrepare potest genere & numero; ut מַאֲכָלוֹ בְּרִאָה *cibus ejus* est *opima*, scil. *caro*, Hab. 1: 16. כָּל־מִנְחַת כֹּהֵן כָּלִיל תִּהְיֶה *omnis ablatio sacerdotis integrum erit*, scil. *sacrificium*, i. e.

i. e. holocaustum, *Lev.* 6: 16. מְכַסֶּיךָ תּוֹלֵעָה *operientes tui* erit *vermis*, i. e. vermes erunt quasi stragulae in lecto te operientes, *Jes.* 14: 11. חֲמוּדוֹת אָתָּה *desideratae*, scil. *res*, *tu* es, i. e. valde desideratus, *Dan.* 9: 23.

*Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. XVII. XVIII.*

3. Adjectivum, aut participium, quod constituit praedicatum, in stilo gravi & ornatiore, saepe, in singulari masculino, discordat genere aut numero a nomine subjecti, quod illud, ad majorem vim sermonis, abstracto sensu sumatur, & per ellipsin vocis דָּבָר *res*, vel alius similis, significationem quasi substantivam obtineat; ut רָחוֹק מֵרְשָׁעִים יְשׁוּעָה *longinquum ab improbis* est *salus*, i. e. res longinqua, *Psalm.* 119: 155. דַּעַת לְנָבוֹן נָקָל *scientia intelligenti* est *facile*, i. e. res facilis, *Prov.* 14: 6. יָשָׁר מִשְׁפָּטֶיךָ *rectum* sunt *judicia tua*, *Psalm.* 119: 137. מַה־נּוֹרָא מַעֲשֶׂיךָ *quam tremendum* sunt *opera tua!* *Psalm.* 66: 3. שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן אֻמְלַל *arva Cheschbonis* sunt *languidum*, *Jes.* 16: 8.

XVIII. Emphatica est construendi ratio, qua praedicatum suo subjecto non nude jungitur, sed praemissa parti-

*Praedicatum particulam ב sibi praemittens.*

*Sect.* I. *de Synt. Nominum.* *Reg.* XVIII. XIX.

ticula ב *in*, quae interiorem rei aut personae naturam & conditionem clarius significet; ut *nosti hunc populum*, כִּי בְרָע הוּא *quod in malo est*, i. e. malus, vel in conditione mali, *Exod.* 32: 22. בַּקֹּדֶשׁ דַּרְכֶּךָ *in sanctitate* est *via tua*, i. e. sancta est, vel potius, est ipsa quasi sanctitas, *Psalm* 77: 14. יְהוָה יִהְיֶה בְכִסְלֶךָ *Jehova erit in fiducia tua*, i. e. ipsa tua fiducia, *Prov.* 3: 26. בְּיִרְאַת יְהוָה סוּר מֵרָע *in reverentia Jehovae* est *recedere a malo*, i. e. recedere a malo est ipsa Jehovae reverentia, *Prov.* 16: 6. *Dominus Jehova* בְּחָזָק יָבוֹא *in forti veniet*, i. e. ita ut sit fortis, *Jes.* 40: 10.

Eadem particula, adjectivo plurali praemissa, periphrasin facit praedicati; ut אֲדֹנָי בְּסֹמְכֵי נַפְשִׁי *Dominus* est *in sustentantibus animam meam*, i. e. sustentans est, *Psalm.* 54: 6. Sic *Jud.* 11: 35. *Psalm.* 118: 7. &c.

*Substantivum cum praepositione pro adjectivo.*

XIX. Loco nostri adjectivi Hebraei saepe usurpant substantivum cum praepositione; ut עֲבוֹדָה בַּשָּׂדֶה *opus in agro*, i. e. agreste, *Exod.* 1: 14. אַשְׁמוּרָה בַלָּיְלָה *vigilia in nocte*, i. e. nocturna, *Psalm.* 90: 4. חֲזִיר מִיָּעַר *porcus ex sylva*, i. e. sylvestris, *Psalm.* 80: 14. Sic לְאֻמִּים מֵרָחוֹק *gentes a longinquo*, scil. loco, i. e. longinquae, *Jes.* 49: 1.

*Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. XX XXI. XXII. Adjectiva et Participia neutraliter sumta.*

XX. Adjectiva, & Participia, in utroque genere, praesertim tamen foeminino, absolute & neutraliter usurpantur, ut in neutro apud Graecos & Latinos; ut טוֹב & טוֹבָה *bonum*; רָע & רָעָה *malum*; מָשְׁחָת *corruptum, res corrupta*; קָשֶׁה *durum*; גְּבֹהָה *altum*; נְקַלָּה *leve*; נֶעְכֶּרֶת *turbidum, res turbida*; *loquar* נְגִידִים *magnanima*, *Prov.* 8: 6. *lingua loquens* גְּדֹלוֹת *magna*, *Psalm.* 12: 4.

*Nomina animalium masculina de sexu foemineo.*

XXI. Nomina animalium, quae sub masculina terminatione utrumque sexum complectuntur, de sexu foemineo sumta possunt construi ut masculina; ut דֹּב שַׁכּוּל *ursus orbatus*, pro *ursa* catulis *orbata*, *Hos.* 13: 8. פֶּרֶה לִמֻּד מִדְבָּר *onager assuetus deserto*, pro *onagra assueta*, ut sequitur בְּאַוַּת נַפְשָׁהּ שָׁאֲפָה רוּחַ quae, *ob appetitum libidinis suae, haurit auram*, scil. maris, &c. *Jer*: 2: 24. אַלּוּפֵינוּ מְסֻבָּלִים *boves nostri* erunt *onusti*, pro מְסֻבָּלוֹת *onustae*, i. e. gravidae, *Psalm.* 144: 14. שׁוֹרוֹ עִבַּר וְלֹא יַגְעִל *bos ejus concipit, et non ejicit*, pro עִבְּרָה, & תַגְעִל, *Job.* 21: 10.

*Diversum genus in constructione nominum ob significationem metonymicam.*

XXII. Nomina, quae per metonymiam acceperunt significationem gene-

*Sect. I. de Synt. Nominum Reg. XXII. XXIII.*

ris diversi ab eo quod illis proprie convenit, modo ita construuntur, ut propriae, modo ita ut impropriae, significationis ratio habeatur. Sic נֶפֶשׁ *anima*, quando, per metonymiam, pro *homine* sumitur, modo ut foemininum construitur, ratione suae significationis propriae; ut נֶפֶשׁ כִּי תֶחֱטָא וְשָׁמְעָה קוֹל אָלָה *anima quando rea facta fuerit, et audiverit vocem exsecrationis*, *Lev.* 5: 1. modo ut masculinum, ratione significationis metonymicae; ut ibidem statim subjicitur: וְהוּא עֵד אוֹ רָאָה אוֹ יָדָע אִם לוֹא יַגִּיד וְנָשָׂא עֲוֺנוֹ *et ipse* fuerit *testis, sive praesens fuerit, sive intellexerit, si non indicaverit, tunc feret crimen suum.* Similiter קֹהֶלֶת, proprie *poenitentia*, ut videtur, per metonymiam sumtum pro *homine poenitente*, quo nomine Salomo in Ecclesiaste se insignivit, modo construitur ut foemininum, *Eccles.* 7: 27. modo ut masculinum, *Eccles.* 1: 2. 12: 8. 9. 10. Item רְמִיָּה *remissio*, nomen foemininum, ob vim metonymicam, qua *remissum* & *ignavum hominem* notat, ut masculinum construitur *Prov.* 12: 27. Mitto alia plura.

*Plurale pro singulari indefinito.*

XXIII. Numerus nominum pluralis interdum loco singularis indefinite sumen-

mendi usurpatur; ut *Sara lactavit* בָּנִים *filios*, i. e. filium aliquem, *Gen.* 21: 7. *sepultus est* בְּעָרֵי גִלְעָד *in urbibus Gileaditidis*, i. e. in aliqua urbium, *Jud.* 12: 7.

*Sect. I. de Synt. Nominum Reg. XXIII. XXIV. XXV.*

XXIV. Nomen subjecti plurale interdum sibi praedicatum jungit singulare, quod illi addat vim distributivam; ut אֹרְרֶיךָ אָרוּר וּמְבָרְכֶיךָ בָּרוּךְ *maledicentes tibi maledictus, et benedicentes tibi benedictus*, i. e. quisque maledicentium erit maledictus, & quisque benedicentium benedictus, *Gen.* 27: 29. תֹמְכֶיהָ מְאֻשָּׁר *apprehendentes eam beatus*, i. e. quisque apprehendentium, *Prov.* 3: 18. רֹעֵה צֹאן עֲבָדֶיךָ *pastor ovium* sunt *servi tui*, i. e. quisque servorum tuorum, *Gen.* 47: 3.

*Vis distributiva praedicati singularis additi subjecto plurali.*

XXV. 1. Nomina pluralia, significationem numeri singularis habentia, (de quibus dictum est supra. *Reg.* C. *not.* 9. *pag.* 171,) plerumque ut singularia construuntur; ut בָּרָא אֱלֹהִים *creavit Numen*, *Gen.* 1: 1. קְדֹשִׁים נֶאֱמָן *Sanctus fidus*, *Hos.* 12: 1. *tradam Aegyptum* בְּיַד אֲדֹנִים קָשֶׁה *in manum domini duri*, *Jes.* 19: 4. בְּעָלָיו יוּמָת *possessor ejus morte adficietur*, *Exod.* 21: 29. הַתַּנִּים הַגָּדוֹל *ille draco magnus*, *Ezech.* 29: 3.

*Pluralia notionem singularis habentia quomodo construantur.*

*Sect.* I. *de Synt. Nomi num. Reg.* XXV. XXVI.

אֲנוּשָׁה מַכּוֹתֶיהָ *lethalis* eſt *plaga ejus*, *Mich.* 1: 9. *ferveant* מֵימָיו *aquae ejus*, ſcil. יַמִּים *maris*, *Pſalm.* 46: 4.

2. Rarius illa, ratione formae habita, ut pluralia conſtruuntur; ut אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא *numen ſanctum ipſe* eſt, proprie *numina ſancta*, *Joſ.* 24: 19. הִתְעוּ אֹתִי אֱלֹהִים *errare fecit me numen*, propr. *errare fecerunt numina*, *Gen.* 20: 13. Sic *Gen.* 35: 7. 2 *Sam.* 7: 23. *Jer.* 10: 10. &c.

*Nomina collectiva conſtrui poſſunt ut pluralia.*

XXVI. 1. Nomina collectiva, hoc eſt, quae in ſingulari numero aliquam hominum, animalium, aut rerum, multitudinem ſignificant, non tantum ut ſingularia, ratione formae ſuae, ſed & ut pluralia, ratione ſignificationis, conſtrui poſſunt; ut הָעָם הַנִּמְצְאִים עִמּוֹ *populus inventi cum eo*, pro *inventus*, 1 *Sam.* 13: 15. יְכַבְּדוּךָ עַם־עָז *honorabunt te populus fortis*; *Jeſ.* 25: 3. וַיִּשְׁמַע הָעָם *et audiebat populus*, -- וַיִּתְאַבָּלוּ *et lugebant*, *Exod.* 33: 4. וַיֵּלְכוּ אִישׁ לִמְקֹמוֹ *et ibant vir*, i. e. quisque, ſ. ſinguli, *ad locum ſuum*, *Jud.* 9: 55. הַכֹּל סָר יַחְדָּו נֶאֱלָחוּ *complexus*, i. e. totum genus, *receſſit*, *pariter acore corrupti ſunt*, *Pſalm.* 14: 3. יָדְעוּ כָּל־הַקָּהָל הַזֶּה *cogno-*

*cognoſcent totus coetus hic*, 1 *Sam.* 17: 47. בֵּית שָׁאוּל הֹלְכִים וְדַלִּים *domus*, i. e. familia, ſ. poſteri, *Sauli* fuerunt *vadentes et attenuati*, 2 *Sam.* 3: 1. זֶרַע מְרֵעִים *ſemen*, i. e. proles, *malefacientes*, *Jeſ.* 1: 4. *peregrinum erit* זַרְעֲךָ *ſemen tuum*, — *et adfligent* אוֹתָם *eos*, *Gen.* 15: 13. צֹאן אֹבְדוֹת *grex pereuntes*, *Jer.* 50: 6. הַבָּקָר הָיוּ חֹרְשׁוֹת *armentum*, i. e. boves, *fuerunt arantes*, *Job.* 1. 14. יִתְהוֹלְלוּ הָרֶכֶב *inſano impetu ruent curruum multitudo*, *Nach.* 2: 5. יִתְרַת עָשָׂה אָבָדוּ *reſiduum*, i. e. reſiduae partes, ejus quod *acquiſiverat*, *perierunt*, *Jer.* 48: 36.

Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. XXVI.

2. Nomina collectiva foeminina, quae hominum multitudinem notant, ut pluralia maſculina conſtrui poſſunt; ut כָּל־הָעֵדָה כֻּלָּם קְדֹשִׁים *tota concio*, *omnes illi* ſunt *ſancti*, *Num.* 16: 3. כָּל־גָּלוּת יְהוּדָה הַבָּאִים *tota captivitas*, i. e. omnes captivi, *Judaeae*, *qui venerunt*, *Jerem.* 28: 4. כָּל־הָאָרֶץ בּוֹכִים *tota terra*, i. e. omnes regionis incolae, fuerunt *plorantes*, 2 *Sam.* 15: 23. כָּל־מַרְבִּית בֵּיתְךָ יָמוּתוּ אֲנָשִׁים *omnis ſoboles domus tuae morientur viri*, 1 *Sam.* 2: 33. קִרְיַת גּוֹיִם עָרִיצִים יִירָאוּךָ *civitas gentium formidandarum timebunt te*, *Jeſ.* 25: 3.

Sect. I. de Synt. Nominum Reg. XXVII. *Et alia, quae notionem multitudinis includunt.*

XXXVII. Nomina singularia, quae quidem per se collectiva non sunt, de toto tamen aliquo genere usurpantur, vel sensu indefinito posita multitudinis aliquam notionem includunt, ut pluralia construi possunt; ut וַיִּרְאוּ אִישׁ יִשְׂרָאֵל *et videbant vir*, i e viri, *Israëlis*, *Jud.* 9: 55. *num obliviscetur* אִשָּׁה *foemina*, scil. ulla, *foetus sui?* גַּם אֵלֶּה תִשְׁכַּחְנָה *etiam illae*, scil. foeminae, *obliviscantur*, *Jes.* 49: 15. *clamabant* אֶל שֹׁעֵר הָעִיר *ad janitorem*, i. e. janitores, *urbis*, *et indicabant* לָהֶם *illis*, 2 *Reg.* 7: 10. הַעַיִט צָבוּעַ *heus fera tincta*, i. e. heus hyaenae, לְכוּ אִסְפוּ *ite, congregate omnem bestiam agri*, *Jer.* 12: 9. *sequemini* הַתֹּהוּ *inanitatem*, i. e. numina falsa et inania, אֲשֶׁר לֹא יוֹעִילוּ וְלֹא יַצִּילוּ *quae non prosunt, et non eripiunt*, 1 *Sam.* 12: 21. מִפְּנֵי הַמִּלְחָמָה אֲשֶׁר סְבָבֻהוּ *propter bellum*, i. e. bella, *quae cinxerant eum*, 1 *Reg.* 5: 17. כִּי תִקְרֶאנָה מִלְחָמָה *quando accident bellum*, scil. quodcunque, i. e. bella, *Exod.* 1: 10. נָסוּ וְאֵין רֹדֵף רָשָׁע *fugiunt, non ine persequente, improbus*, scil. quicunque, i. c. improbi, *Prov.* 28: 1. *dixit* נָבָל *stultus in corde suo, non esse Deum;*

הִשְׁחִיתוּ

הִשְׁחִיתוּ הִתְעִיבוּ עֲלִילָה *corruptum, abominandum, patrarunt facinus*, scil. stulti, *Psalm.* 14: 1. *insidias struamus* לְנָקִי *innocenti*, נִבְלָעֵם כִּשְׁאוֹל חַיִּים *deglutiamus eos*, scil. innocentes, *sicut orcus, vivos*, *Prov.* 1: 11. 12. Sect. I. de Synt. Nominum Reg. XXVII. XXVIII. XXIX.

XXVIII. Nomina propria populorum construuntur, *Nomina populorum quomodo construantur.*

*primo*, ut singularia Masculina; ut וַיַּרְא יִשְׂרָאֵל אֶת־מִצְרַיִם מֵת *et videbat Israël*, i. e. populus Israëliticus, *Aegyptum*, i. e. populum Aegyptium, *mortuum*, *Exod.* 14: 30. שַׁאֲנַן מוֹאָב מִנְּעוּרָיו *tranquillus fuit Moab a juventute sua*, *Jer.* 48: 11.

*secundo*, ut pluralia masculina, ob vim illorum collectivam; ut וַיָּנֻסוּ אֲרָם *et fugiebant Syrus*, 1 *Reg.* 20: 20. בֵית שֶׁמֶשׁ קֹצְרִים *Bethschemesch*, i. e. cives hujus oppidi, fuerunt *metentes*, 1 *Sam.* 6: 13.

*tertio*, ut singularia foeminina, quod nomina regionum, quae foeminina esse solent, per metonymiam pro ipsis populis usurpentur; ut הָיְתָה יְהוּדָה לְקָדְשׁוֹ *facta est Juda in sanctitatem ejus*, *Psalm.* 114: 2. וַתִּפֹּל שְׁבָא וַתִּקָּחֵם *et irruebat Saba, et auferebat ea*, *Job.* 1. 15.

XXIX. Nomen regens quando constituit subjectum, praedicatum, quod ei *Praedicatum interdum convenit cum nomine recto.*

*Sect. I. de Synt. Nomi-num. Reg.* XXIX.

ei respondere debebat, interdum genere aut numero convenit cum nomine recto; ut קוֹל הַשְּׁמוּעָה הִנֵּה בָאָה *vox famae ecce est adventans*, pro בָּא, *Jer.* 10: 22. מַדּוּעַ קוֹל הַקִּרְיָה הוֹמָה *quare vox civitatis est aestuans?* pro הוֹמֶה, 1 *Reg.* 1: 41. צַפַּחַת הַשֶּׁמֶן לֹא חָסֵר *amphora olei non defecit*, pro חָסְרָה, 1 *Reg.* 17: 16. נֶגַע צָרַעַת כִּי תִהְיֶה בְּאָדָם *plaga leprae quando erit in homine*, pro יִהְיֶה, *Lev.* 13: 9. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים *vox sanguinum fratris tui* sunt *clamantes*, pro צֹעֵק *clamans* est *Gen.* 4: 10. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים *arcus fortium fracti sunt*, pro חַתָּה *fractus* est, 1 *Sam.* 2: 4. מִסְפַּר יָמֶיךָ רַבִּים *numerus annorum tuorum* sunt *multi*, pro רַב *multus* est, *Job.* 38: 21. מִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ *numerus annorum reconditi sunt*, pro נִצְפַּן *reconditus est*, *Job.* 15: 20. רֹב שָׁנִים יֹדִיעוּ חָכְמָה *multitudo annorum ostendent sapientiam*, pro יֹדִיעַ *ostendet*, *Job.* 32: 7.

1. Talis constructio locum non habet, nisi quando sensus patitur, ut praedicatum, quod ad nomen regens pertinet, per *zeugma* simul etiam ad nomen rectum extendatur, ut ex allatis exemplis facile apparet.

2. Eam

2. Eam ob causam illa construendi ratio fere perpetua est, quando subjecti locum tenet vox כל *complexus*, *universitas*, quam, in regimine positam, idem valere quod nostrum adjectivum *omnis*, vel *totus*, supra jam observatum est. Quod enim ei additur praedicatum plerumque non cum ipsa, sed cum voce recta, genere & numero convenit; ut בֹּרַחַת כָּל־הָעִיר *fugiens est complexus urbis*, i. e omnis urbs, pro בֹּרֵחַ; *Jer.* 4: 29. כֹּל הַנְּשָׁמָה תְּהַלֵּל *complexus animae*, i. e. omnis anima, *laudet*, pro יְהַלֵּל; *Psalm.* 150: 6. וַתֵּצֶאןָ כָל־הַנָּשִׁים *et egrediebantur complexus mulierum*, i. e. omnes mulieres pro; וַיֵּצֵא, *Exod.* 15: 20.

*Sect. I. de Synt. Nominum Reg. XXIX. XXX.*

Interdum tamen praedicati genus & numerus ipsi כל respondent; ut כָּל־מְלָאכָה לֹא יֵעָשֶׂה *complexus operis non fiet*, i. e. nullum opus fiet, *Exod.* 12: 16. כָּל־רֹאַיִךְ יִדּוֹד *complexus videntium te fugiet*, *Nach.* 3: 7. Sic *Gen.* 5: 23. 31. 9: 29 *Jes.* 46: 10. &c.

XXX. 1. Diversi generis aut numeri subjectis quod additur praedicatum, plerumque cum eo convenit, quod habetur pro digniore; ut אַבְרָהָם וְשָׂרָה זְקֵנִים *Abraham et Sara* fuerunt *grandaevi*, *Gen.* 18: 11. הָאִשָּׁה וִילָדֶיהָ תִּהְיֶה לַאדֹנֶיהָ *mulier, et nati ejus, erit heri ipsius*, *Exod.* 21: 4.

*Praedicatum additum subjectis diversi generis aut numeri.*

Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. XXX.

Masculinum foeminino, & plurale singulari, digniora existimantur; ut שָׂשׂוֹן וְשִׂמְחָה יִמָּצֵא בָהּ *gaudium et laetitia invenietur in ea*, *Jes.* 51: 3 נְמֹגִים אֶרֶץ וְכָל־יֹשְׁבֶיהָ *concussi* sunt *terra et omnes incolae ejus*, *Psalm.* 75: 4.

2. Interdum tamen praedicatum convenit cum subjecto propinquiore; ut אַפִּי וַחֲמָתִי נִתֶּכֶת *nasus meus et excandescentia mea effusa* est, *Jer.* 7: 20. וַתְּדַבֵּר מִרְיָם וְאַהֲרֹן *et loquuta est Mirjam et Aharon*, *Num.* 12: 1. וַיֵּצֵא נֹחַ וּבָנָיו וְאִשְׁתּוֹ וּנְשֵׁי־בָנָיו *et egressus est Noach, et filii ejus, et uxor ejus, et uxores filiorum ejus*, *Gen.* 8: 18. עַבְדֵי דָוִד וְיוֹאָב בָּא *servi Davidis et Joabus venit*, 2 *Sam.* 3: 22. אֶת־שְׁנֵי הַגּוֹיִם וְאֶת־שְׁתֵּי הָאֲרָצוֹת לִי תִהְיֶינָה *ipsi hi duo populi, et ipsae hae duae regiones, meae erunt*, *Ezech.* 35: 10.

Utrique huic construendi rationi *zeugma* subest, figura satis nota. Sed observandum adhuc, Verbum, quod diversa ejusmodi nomina praecedit, plerumque cum solo propiore construi, quod vero sequitur, ad singula simul referri; ut וַתִּגַּשׁ גַּם־לֵאָה וִילָדֶיהָ וַיִּשְׁתַּחֲוּוּ וְאַחַר נִגַּשׁ יוֹסֵף וְרָחֵל וַיִּשְׁתַּחֲוּוּ *et accessit etiam Lea et nati ejus, et se incurvarunt; et dein accessit Joseph et Rachel, et se incurvarunt*; *Gen.* 33: 7. Eadem constructio amatur, si nomina sint ejusdem

dem generis & numeri; ut וַיָּקָם אֲבִימֶלֶךְ וּפִיכֹל וַיָּשֻׁבוּ *et surrexit Abimelech et Pichol, et reversi sunt*, Gen. 21: 32. וַתַּעַן רָחֵל וְלֵאָה וַתֹּאמַרְנָה *et respondebat Rachel et Lea, atque dicebant*, Gen. 31: 14.

*Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. XXX. XXXI.*

XXXI. Nominativo, quando subjectum, et quidem certum, non indefinitum, designat, non raro particula אֵת, eadem quae alibi nota est accusativi, ita praemittitur, ut habeat vim aliquam demonstrandi; ut *ne mala sit in oculis tuis* אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *ipsa res haec*, 2 Sam. 11: 25. הֲיֵשׁ אֶת־לְבָבְךָ יָשָׁר *an est ipsum cor tuum sincerum?* 2 Reg. 10: 15 *comburetur igne* אֹתוֹ *ipse ille, et omne quod habet*, Jos. 7: 15. *ceciderunt octodecim millia virorum;* אֶת־כָּל־אֵלֶּה אַנְשֵׁי חָיִל *ipsi omnes hi* fuerunt *viri strenui*, Jud. 20: 44. אֵת אֲשֶׁר לֹא יִתֵּן צַוָּארוֹ *is ipse qui non tendet cervicem suam*, Jer. 27: 8. אֶת־מְלָכֵינוּ *ipsi reges nostri — non fecerunt legem tuam*, Neh. 9: 34.

*Nominativus particulam* את *sibi praemittens.*

Eadem est propria hujus particulae virtus, quando accusativo praemittitur, cujus nota non alio sensu dicitur, quam habita ratione usus frequentioris. Quare nunquam illa ponitur ante accusativum nominis indefiniti, & nullo modo ad certum subjectum restricti.

XXXII.

*Sect. I. de Synt. Nominum. Reg XXXII. XXXIII.*

*Duo nominativi valentes duos ablativos Latinorum.*

XXXII. Duo nominativi, quorum alter subjectum exprimit, alter praedicatum, absolute poni possunt, eadem ratione, qua duo ablativi Latinorum, & duo genitivi Graecorum; ut דָּוִד בָּא *Davide veniente*, 2 *Sam.* 15: 32. הָמוֹן חוֹגֵג *turba tripudiante*, *Psalm.* 42: 5. כָּל־הֹרֵג קַיִן *ullo occidente Kaïnum septuplo vindicabitur* scil. Kaïnus, *Gen.* 4: 15. כָּל־אִישׁ זֹבֵחַ זֶבַח *quovis viro sacrificante sacrificium*, 1 *Sam.* 2: 13. עוֹד זֶה מְדַבֵּר *adhuc hoc loquente*, *Job* 1: 16. עוֹדֶנּוּ חַי *adhuc illo vivo*, 2 *Sam.* 18: 14. הֵמָּה עֹלִים *illis adscendentibus*, 1 *Sam.* 9: 11.

1. Ut Latinae & Graecae, ita & Hebraeae constructionis ratio in ellipsi est posita. Plene dicendum fuisset, כִּי דָוִד הָיָה בָא *quando David fuit veniens*; atque ita in reliquis.

2. Nominativus subjecti, quando est pronomen, potest etiam omitti; ut קֹרְאִים אֶל יְהוָה וְהוּא יַעֲנֵם *clamantibus ad Jehovam*, scil illis, *tunc ipse exaudit illos*, *Psalm.* 99: 6.

*Usus nominativi absoluti.*

XXXIII. *Nominativus absolutus* dicitur, qui, initio sententiae positus, integrum ejus membrum solus explet; latine per *quod attinet*, aliamve similem periphrasin, commode exponitur; ut

הַדְּבָרִים

הַדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ *verba, quae audivisti*, i. e. quod attinet ad ea verba, 2 *Reg.* 22: 18. כָּל־הַזָּהָב *omne aurum*, i. e. quod attinet ad omne aurum, *Exod.* 38: 24. *Sect. I. de Synt. Nominum. Reg. XXXIII.*

Hoc nominativo absoluto Hebraei saepe utuntur, cum ad ornatum, tum ad majorem emphasin sermoni addendam; & quidem,

*primo*, quando constructio nominativum requirit; ut שָׁאוּל עוֹדֶנּוּ בַגִּלְגָּל *Saulus, adhuc ille* fuit *Gilgale*, 1 *Sam.* 13: 7. וּפִילַגְשׁוֹ וַתֵּלֶד גַּם הִיא *et pellex ejus, peperit etiam ipsa*, *Gen.* 22: 24. וַיְהִי הַנִּשְׁאָרִים וַיָּפֻצוּ *fiebat, residui*. s. quod ad residuos attinet, *dilabebantur*, 1 *Sam.* 11: 11.

*secundo*, quando constructio casum obliquum requirit, quem, praemisso nominativo absoluto, exprimunt per subjunctum pronomen; ut הָאֵל תָּמִים דַּרְכּוֹ *Deus, integra* est *via ejus*. pro *integra* est *via Dei*, *Psalm.* 18: 31. תַּאֲנָתָהּ מִי יְשִׁיבֶנָּה *aestus ejus, quis sedabit eum? Jer.* 2: 24. הַמַּגִּיד לִי *nuntium adferens mihi*,—וָאֹחֲזָה בוֹ וָאֶהֶרְגֵהוּ *apprebendi eum, et occidi eum*, 2 *Sam.* 4: 10. תּוֹרָתִי וַיִּמְאֲסוּ־בָהּ *lex mea, exulcerati sunt in eam*, *Jer.* 6: 19. בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Isra-*

*Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg. XXXIV.*

*Israëlitae habitantes in urbibus Judaeae,* וַיִּמְלֹךְ עֲלֵיהֶם רְחַבְעָם *regnavit super eos Rechabeam*, 1 *Reg*. 12: 17.

1. Particula ו, quae Verbo praemittitur, etsi latina in versione exprimi nequit, non tamen redundat, sed nexum ejus cum nominativo absoluto indicat. Quare recte legitur 2 *Sam*. 19: 41. כָּל־עַם יְהוּדָה וַיַּעֲבִירוּ אֶת־הַמֶּלֶךְ *omnis populus Judaeae, traducebant regem*, neque opus fuit, ut Masorethae pro וַיַּעֲבִירוּ substituerent הֶעֱבִירוּ.

2. Ut nomina, ita & pronomina, in nominativo absoluto poni possunt; ut וַאֲנִי תְפִלָּתִי לְךָ *et ego*, i. e. quod ad me attinet, *precatio mea* est *ad te*, *Psalm*. 69: 14. וְהִיא מַר־לָהּ *et illa*, *acerbitas ei* est, *Thren*. 1: 4.

## SECTIO II.

## DE SYNTAXI PRONOMINUM.

*Pronomina quaedam personalia masculina pro foemininis usurpata.*

XXXIV. Pronomina personalia secundae & tertiae personae, tam separata, quam adfixa, in plurali masculino interdum pro genere foeminino usurpantur; forte per archaïsmum, quod credibile sit, illa olim generis fuisse communis. Talia sunt; אַתֶּם *vos*, foeminae, *Ezech*. 13: 20. עִמָּכֶם

vo-

*vobiscum*, f. *Ruth.* 1:8 הֵמָּה *ipsae*, *Cant.* 6: 8. *Zach.* 5: 10. פִּרְיָם *foetus earum*, *Thren.* 2:20. אֲבוֹתָם *parentes earum*, אֲחֵיהֶם *fratres earum*, et אוֹתָם *eas*, *Jud.* 21: 22. לָהֶם *iis*, f. *Jud.* 19: 24.

*Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg. XXXIV. XXXV.*

1. Similiter foemininum אַתְּ *tu*, communis olim generis fuiſſe, dubitari nequit, quod maſc. אַתָּה ex eodem אַתְּ & הָ demonſtrativo fuerit compoſitum: quare illud אַתְּ etiam ut maſculinum occurrit *Num.* 11: 15. *Deut.* 5: 24. *Ezech.* 28: 14.

2 Communis generis etiam demonſtrativum זֶה olim fuiſſe videtur; unde eſt שְׁבֻעָתֵךְ הַזֶּה *adjuratio tua baec*, *Joſ.* 2: 17.

XXXV. 1. Pronomina perſonalia tertiae perſonae, tam ſeparata, quam adfixa, nec non demonſtrativa, quando non ad perſonam, ſed ad rem, ſe referunt, in ſingulari, tam maſculino, quam foeminino abſolute poni, & uſum neutralem induere, poſſunt; ut נֶהֱפוֹךְ הוּא *inverſum eſt ipſum*, *Eſth.* 9: 1. הִיא כְתוּבָה *ipſum ſcriptum* eſt, *Joſ.* 10: 13. רְאֵה־זֶה חָדָשׁ הוּא *vide hoc*, *novum ipſum* eſt, *Ecclеſ.* 1: 10. הִנֵּה זֹאת חֲקַרְנוּהָ כֶּן־הִיא שְׁמָעֶנָּה *ecce hoc*, *inveſtigavimus illud*; *ſic illud* eſt; *audi illud*; *Job.* 5: 27.

*Pronomina ſenſu neutrali ſumta.*

2. Ta-

Sect. II. Synt. Pronominum. Reg. XXXV.

2. Tali ſenſu neutrali ſumtum pronomen genere & numero differre poteſt a nomine praecedente; ut אִשֵּׁי יְהוָה הוּא נַחֲלָתוֹ *ſacrificia Jehovae, ipſum*, ſ. haec ipſa res, erit *hereditas ejus*, *Joſ.* 13: 14. *ſi pignori acceperis* שַׂלְמַת *veſtem ſocii tui, occidente ſole* תְּשִׁיבֶנּוּ *reſtitues illud*, i. e. rem pignori acceptam, *Exod.* 22: 16. *exſtitit* צְעָקָה גְדֹלָה *clamor magnus in tota terra Aegypti*, אֲשֶׁר כָּמֹהוּ *ſecundum quod*, ſ. ſecundum quam rem, *non factus fuerat*, *Exod.* 11: 6. בְּטַבְּעֹת *in annulis arcae* erunt *vectes*, *non recedent* מִמֶּנּוּ *ex eo*, i.e. exinde, *Exod.* 25: 15.

3. Frequens praeſertim eſt, ut ſenſu neutrali ſumtum pronomen adfixum ſingulare foemininum ſe referat ad nomen plurale vel maſculinum vel foemininum; ut *petras comminuunt* מַיִם *aquae; proluunt* סְפִיחֶיהָ *effuſiones ejus* rei, (i e. *earum*, ſcil. aquarum) *pulverem terrae*, *Job.* 14: 19. *Ea relinquit terrae* בֵּיצֶיהָ *ova ſua*, — *et* dein *obliviſcitur*, כִּי רֶגֶל תְּזוּרֶהָ *quod pes compreſſurus ſit eam* rem, (i. e. ea, ſcil. ova) *et fera agri* תְּדוּשֶׁהָ *contritura ſit eam* *Job.* 39: 14. 15. בְּחַטֹּאות *peccatis*

*Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg XXXV. XXXVI.*

*tis Jeroboami inhaesit; non destitit* מִמֶּנָּה *ab ea* re, scil. illis peccatis, 2 *Reg.* 3: 3. *maledicam* אֶת־בִּרְכוֹתֵיכֶם גַּם אָרוֹתִיהָ *benedictionibus vestris, et quoque maledixi ei*, i. e. huic rei, scil. benedictionibus vestris, *Mal.* 2: 2. *laxavit fulmen* בְּעַצְמֹתַי וַיִּרְדֶּנָּה *in ossa mea, et elisit eam* rem, scil. ossa mea, *Thren.* 1: 13.

*Pronomen adfixum singulare sensum habens collectivum, vel distributivum.*

XXXVI. 1. Ad nomen plurale, quod notat homines unam societatem constituentes, interdum redit pronomen adfixum singulare, sensu collectivo accipiendum; ut *quando egressus fueris* עַל־אֹיְבֶיךָ *contra hostes tuos*, וּנְתָנוֹ *et tradiderit eum*, scil. exercitum hostilem; *Jehova in manum tuam*, *Deut.* 21: 10. *sumebat mulier* אֶת־שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים וַתִּצְפְּנוֹ *duos viros, et abscondebat eum*, pro *eos*, s. utrumque eorum, *Jos.* 2: 4. *Rachel renuit consolationem admittere* עַל־בָּנֶיהָ כִּי אֵינֶנּוּ *super filiis suis, quia vacuitas ejus*, pro *eorum*, i. e. nullus eorum adest, s. universitas filiorum interiit, *Jer.* 31: 15.

Nonnunquam pronomen plurale, & singulare collectivum, vices alternant; ut *non distribuent cibum* לָהֶם *illis, propter luctum*, לְנַחֲמוֹ *ad consolandum eum super mortuo; et non potabunt* אוֹתָם *ipsos calice consolationis*, עַל־אָבִיו

Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg. XXXVI. XXXVII.

ועל־אמו *super patre ipsius, et super matre ipsius, Jer. 16: 7.*

2. Ad nomen plurale, significans homines unius status & conditionis, interdum refertur pronomen adfixum singulare, sensum habens distributivum, quo ad singulos illorum pertinet; ut צדקת צדיקים יסירו ממנו *justitiam justorum tollunt ab eo*, i. e. a quocunque justorum, *Jes. 5: 23.* עמל הכסילים תיגענו *labor stultorum fatigat eum*, i. e. quemcunque stultorum, *Eccles. 10: 15.*

3. Talem vim distributivam habet quoque pronomen, quando plures de se in prima persona singulari loquentes introducuntur; ut *clamabant Accronitae, dicentes: deduxerunt* אלי *ad me arcam*, להמיתני ואת־עמי *ad occidendum me, et populum meum*, i. e. singuli illorum talia clamabant, 1 *Sam.* 5: 10.

Pronomen personale cum quadam emphasi redundans.

XXXVII. 1. Pronomen personale, nomini, ad quod redit, subjunctum, interdum ita redundat, ut insignem tamen adferat emphasin; ut *illa mulier, quam collocasti apud me,* היא *ipsa dedit mihi, Gen. 3: 12. Jehovam,* אתו תקדישו *ipsum sanctificabitis, Jes. 8: 13. de arbore scientiae boni et mali, non comedes* ממנו *de ea, Gen. 2: 17.*

2. Pronomini adfixo ipsum nomen, ad

ad quod illud pertinet, nonnunquam subjungitur, vel ad majorem evidentiam, vel singularis emphaseos causa; ut *omnes Judaei, qui fuerunt* אִתּוֹ אֶת־גְּדַלְיָהוּ *cum eo*, scilicet *cum Gedalja*, *Jer.* 41: 3. נַפְשׁוֹ עָצֵל *appetitus ejus, tardatoris*, *Prov.* 13: 4. וַתִּרְאֵהוּ אֶת־הַיֶּלֶד *et videbat eum, puerum*, *Exod.* 2: 6.

*Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg. XXXVII.*

3. In pronomine adfixo quando posita est praecipua alicujus dicti vis & emphasis, ei addi solet pronomen separatum ejusdem personae, generis, & numeri; ut בִּי־אֲנִי הֶעָוֹן *in me, me, inquam, crimen est*, 1 *Sam.* 25: 24. הֲצוֹם צַמְתֻּנִי אָנִי *an utique jejunastis mihi; mihi, inquam?* *Zach.* 7: 5. פִּגְרֵיכֶם אַתֶּם *cadavera vestri, vestri, inquam, cadent in deserto hoc*, *Num.* 14: 32. אָבַד זִכְרָם הֵמָּה *periit memoria eorum; eorum, inquam*, *Psalm* 9: 7.

4. Adfixa pronomina cum particula ל composita saepe redundant cum quadam elegantia, aut leni emphasi, qua id, quod in alicujus commodum vel damnum fit, significatur, ut אָשׁוּבָה לִּי *revertar mihi*, *Num.* 22: 34. נִגְזַרְנוּ לָנוּ *excisi sumus nobis*, *Ezech.* 37: 11. וַתִּבְטַח לָךְ

Sect. II. de Synt. Pronominum.

*et confisus es tibi*, *Jes.* 36: 9. הָעֲגָלָה הַמְלֵאָה לָהּ *plaustrum plenum sibi*, *Amos.* 2: 13.

Reg. XXXVIII. XXXIX.

Pronomen personale pro Verbo substantivo.

XXXVIII. 1. Loco Verbi substantivi, praesertim ubi praesens personae vel rei status significatur, pronomen personale separatum usurpari solet; ut כֻּלָּנוּ בְּנֵי אִישׁ אֶחָד נָחְנוּ *omnes nos filii viri unius nos*, i. e. sumus, *Gen.* 42: 11. מָה הֵמָּה אֵלֶּה *quid ipsi isti*, i. e. quid sint isti, *Zach.* 1: 9.

2. Tertiae personae pronomen usum Verbi substantivi obtinet etiam post pronomina primae & secundae personae; ut *ego Jehova primus, et cum ultimis* אֲנִי הוּא *ego ipse*, i. e. ego sum, *Jes.* 41: 4. *etiam vos, Cuschaei, caesi gladii mei* הֵמָּה *ipsi*, i. e. estis, *Zeph.* 2: 12.

Alius indolis est אֲנִי הוּא *ego sum ipse*, *Deut.* 32: 39. vel *ego sum idem*, *Jes.* 43: 10. ubi הוּא, omisso Verbo substantivo, constituit praedicatum; potest etiam ad subjectum pertinere; ut אַתָּה הוּא *tu ipse*, *Jehova*, es *Deus noster*, *Jer.* 14: 22. אָנֹכִי הוּא מֹחֶה פְשָׁעֶיךָ *ego ipse sum delens crimina tua*, *Jes.* 43: 25.

Relatio minus ordinaria pronominis adfixi.

XXXIX. Pronomen adfixum interdum relationem habet minus ordinariam; scilicet,

pri-

*primo*, quando pertinet ad nomen disserte non expressum, sed ex solo sermonis contextu cognoscendum; ut עֶבְרָתוֹ *indignatio ejus*, pro *Dei*, *Thren.* 3: 1. יִלְכְּדָהּ *capiet eam*, pro *urbem*, *Hab.* 1: 10. *dicito* אֲלֵהֶם *ad eos*, pro *ad Judaeos*, *Zach.* 1: 3.

*Sect.* II. *de Synt. Pronominum.* *Reg.* XXXIX. XL.

*secundo*, quando redit non ad propinquius nomen, sed ad remotius; ut וַיּוֹצִיאֵם *et eduxit eos*, *Psalm.* 105: 37. scil. Israëlitas, non Aegyptios, etsi horum nomen proprius praecessit.

*tertio*, quando se refert ad nomen sequens; ut אֵצֶל פִּנָּהּ וְדֶרֶךְ בֵּיתָהּ *juxta angulum ejus*, *et viam domus ejus*, *Prov.* 7: 8. scil. mulieris meretricis, cujus mentio fit in sequentibus.

XL. 1. Pronomen demonstrativum si geminetur, sensu distributivo *unum* & *alterum*, vel *alium* atque *alium*, notat; ut *non appropinquavit* זֶה אֶל־זֶה *hic ad hunc*, i. e. unus ad alterum, *Exod.* 14: 20. וַיֹּאמֶר זֶה בְּכֹה וְזֶה אֹמֵר בְּכֹה *et dixit hic sic*, *et hic dixit sic*, i. e. alius hoc, alius illo modo, 1 *Reg.* 22: 20. אֵלֶּה בָרֶכֶב וְאֵלֶּה בַסּוּסִים *hi in curribus*, *et hi in equis*, i. e. alii in curribus, alii in equis, *Psalm.* 20: 8.

*Constructio pronominis demonstrativi.*

Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg. XL.

Interdum alternant זֶה & זוֹ, vel זֹאת, variandi ergo; ut כָּזֹה וְכָזֶה תְּדַבֵּר *secundum hoc, et secundum hoc, loqueris*, i. e. his diversis modis; 1 *Reg* 14: 5.

2. Demonstrativum singulare זֶה saepe, per ellipticam constructionem, jungitur nomini plurali aut duali; ut זֶה שִׁבְעִים שָׁנָה *his septuaginta annis*, proprie *hoc*, scil. tempore, *septuaginta annis*, i. e. quod constituunt septuaginta anni, *Zach.* 1: 12. 7: 5. זֶה פַּעֲמַיִם *hoc*, scil. actu, *duabus vicibus*, i. e. qui jam fit altera vice, *Gen.* 27: 36.

3. Demonstrativum זֶה, זֹאת, si praemissam habeat particulam interrogantem אֵי, vim accipit pronominis interrogativi; ut אֵי־זֶה הַדֶּרֶךְ *quaenam via?* 1 *Reg.* 13: 12. אֵי מִזֶּה תָּבֹא *ex quo* loco *venis? Job.* 2: 2. אֵי לָזֹאת *propter quid? Jer.* 5: 7.

4. Demonstrativum זֶה interrogativis מִי *quis?* מָה *quid?* לָמָּה *propter quid? quare?* ita subjungi solet, ut fere redundet, nisi quod id, de quo interrogatur, pressius demonstret; ut מִי זֶה אָמַר *quis hic dixit?* pro *quis dixit? Thren.* 3: 37.

37. Sic מַה־זֶּה הָיָה *quid hoc factum est?* 1 *Sam.* 10: 11. לָמָּה זֶּה שְׁלַחְתָּנִי *propter quid hoc misisti me? Exod.* 5: 21. *Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg. XL.* XLI.

1. Originem huic constructioni dedit omissum pronomen אֲשֶׁר; plene foret מִי זֶה אֲשֶׁר אָמַר *quis* est *hic*, *qui dixit?* & sic in reliquis.

2. Ita & זֶה redundare putatur in עַתָּה זֶה *nunc*, 1 *Reg.* 17: 24. 2 *Reg.* 5: 22. Sed proprie est *nunc*, *hoc*, scil. tempore.

XLI. 1. Pronomen relativum saepe includit nomen vel pronomen antecedens, ad quod ipsum referri debet; ut *tollet te* עַל־אֲשֶׁר לֹא־אֵדָע *super* locum *quem nesciam*, 1 *Reg.* 18: 12. אֲשֶׁר הִכִּיתָ רָדָפוּ eum *quem percusseras*, *insectati sunt*, *Psalm.* 69: 27. *docebo te* אֲשֶׁר תְּדַבֵּר id *quod loqueris*, *Exod.* 4: 12. *Constructio pronominis relativi.*

2. Relativum nunquam in genitivo ponitur; sed casus hic per subsequens pronomen adfixum exprimitur; ut גּוֹי אֲשֶׁר לֹא תִשְׁמַע לְשֹׁנוֹ *gens*, *quae non intelliges linguam ejus*, pro *cujus linguam*, *Deut.* 28: 49. אֲשֶׁר בְּאַרְצָם *qui in terra eorum*, pro *quorum in terra*, *Joël.* 4: 19. אִי לָךְ אֶרֶץ שֶׁמַּלְכֵּךְ נַעַר *vae tibi*, *terra*, *quae rex tui* (i. e. tu, cujus rex) *puer* est, *Eccles.* 10: 16.

Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg. XLI.

3. In accuſativo pronomen relativum poni quidem poteſt; ut הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּה עִמָּדִי *mulier, quam collocaſti apud me, Gen.* 3: 12.

Saepe tamen in nominativo praemittitur, accuſativo per ſubjunctum adfixum expreſſo; ut *ſicut gluma,* אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ *quae diſcutit eam ventus*, pro *quam diſcutit, Pſalm.* 1: 4. *leges meae,* אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה אֹתָם הָאָדָם *quae faciet eas homo*, pro *quas faciet, Lev.* 18: 5.

4. Pronomen relativum, ſi includat nomen aut pronomen antecedens, ipſum praepoſitiones ſibi praemittit; ut אֶל־אֲשֶׁר תֵּלְכִי *ad quem* locum *ibis, Ruth.* 1: 16. אַחֲרֵי אֲשֶׁר בָּא *poſt* tempus *quo venit*, i. e. poſtquam, 2 *Sam.* 19: 31. Sic בַּאֲשֶׁר *in quo;* לַאֲשֶׁר *ei qui;* כַּאֲשֶׁר *ſecundum quod,* מֵאֲשֶׁר *ex* eo *quod, ab* eo *qui;*&c.

5. pronomen relativum, ſi nomen, ad quod redit, expreſſum ſit, cum praepoſitionibus non conſtruitur, ſed ipſum in nominativo praecedit, praepoſitiones autem cum ſequente adfixo junguntur; ut *Deus,* אֲשֶׁר לוֹ הַיָּם *qui ad ipſum* pertinet *mare*, i. e. *ad quem* pertinet, ſ. cujus eſt mare, *Pſalm.* 95: 5.

הָאָרֶץ

הָאָרֶץ אֲשֶׁר יָשְׁבוּ בָהּ *terra, quae habitarunt in ea*, i. e. in qua habitarunt, *Ezech.* 37: 25. *Jeremias*, אֲשֶׁר הָיָה דְבַר יְהוָה אֵלָיו *qui factus est sermo Jehovae ad eum*, i. e. ad quem factus est, *Jer.* 1: 2. *Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg. XLI. XLII.*

6. Praepositio cum suo adfixo pronomine omitti solet, si nomen, ad quod relativum redit, eandem praepositionem sibi praemissam habeat; ut בִּמְקוֹם אֲשֶׁר־נִבְרֵאת *in loco quo creata es*, pro אֲשֶׁר־נִבְרֵאת בּוֹ *in quo creata es*, *Ezech.* 21: 30. *venimus ad terram*, אֲשֶׁר שְׁלַחְתָּנוּ *quam misisti nos*, pro אֲשֶׁר שְׁלַחְתָּנוּ אֵלֶיהָ *ad quam misisti nos*, *Num.* 13: 27.

7. Adverbium שָׁם *ibi*, praemisso אֲשֶׁר, vim accipit relativam; ut אֲשֶׁר שָׁם sit *ubi*, אֲשֶׁר שָׁמָּה *quo*, אֲשֶׁר מִשָּׁם *unde*.

XLII. Pronominis relativi frequens est ellipsis, praesertim in stilo ornatiore & sententioso; ut *similis est jumentis*, נִדְמוּ quae *exscinduntur*, *Psalm.* 49: 21. לָדַעַת כָּל־בִּלְבָבוֹ *ad cognoscendum omne* quod *in corde ejus*, 2 *Chron.* 32:31. *ducam coecos* בְּדֶרֶךְ לֹא יָדְעוּ *in via* quam *non norunt*, *Jes.* 42: 16. *pereat dies*, אִוָּלֵד בּוֹ *nascebar in eo*, i. e. in quo nascebar, *Job.* 3: 3. *non concu-* *Ellipsis frequens pronominis relativi.*

Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg. XLII. XLIII.

*cupisces argentum et aurum*, עֲלֵיהֶם quod *super illis* est, *Deut.* 7: 25.

1. Interdum deest quoque praepositio cum suo pronomine adfixo, ut מִיּוֹם דִּבַּרְתִּי *a die, in quo loquutus sum*, pro אֲשֶׁר דִּבַּרְתִּי בּוֹ, *Jer.* 36: 2. קִרְיַת חָנָה דָוִד *urbs, in qua resedit David*, pro אֲשֶׁר חָנָה בָהּ, *Jes.* 29: 1.

2. Concisior adhuc structura est, quando simul etiam nomen vel pronomen antecedens omittitur; ut *deducetis arcam* אֶל־הֲכִינוֹתִי לוֹ *ad locum quem praeparavi ei*, 1 *Chron.* 15: 12. אֶתֵּן לָהֶם יַעַבְרוּם *dabo ipsis eos qui invadant ipsos*, *Jer.* 8: 13. עַל עָנִי יַחְבֹּלוּ id quod *super inopem* est, (i. e. vestem ejus) *pignerantur*. *Job.* 24: 9.

Mutatio personae propter pronomen relativum.

XLIII. Pronomen relativum, vel expressum, vel omissum, quando ad primam vel secundam personam redit, saepe efficit, ut ab ea ad tertiam transeatur; ut *tu profane impie princeps Israëlis*, אֲשֶׁר בָּא יוֹמוֹ *qui venit dies ejus*, i. e. qui es is cujus dies venit, *Ezech.* 21: 25. *canta*, *sterilis*, לֹא יָלָדָה quae *non peperit*, i. e. quae es ea quae non peperit, *rumpe cantum*, *et hinni*, לֹא חָלָה quae *non parturivit*, i. e. quae es ea quae non parturivit, *Jes.* 54: 1. הִנְנִי יִסַּד *ecce me*, qui *fundavit*, i. e. qui sum is qui fundavit, *Jes.* 28: 16.

1. Ta-

1. Talis personae mutatio admittitur quoque, quando participium, ad primam vel secundam personam pertinens, ita includit pronomen relativum, ut per ipsum, & Verbum finitum, resolvi possit; ut מֵכִין הָרִים בְּכֹחוֹ *o firmans montes robore suo*, pro בְּכֹחֲךָ *robore tuo*, q. d. o tu, qui es is qui firmavit montes robore suo, *Psalm.* 65: 7. Sec & *Job.* 18: 4. *Jes.* 22: 16. *Obadj.* 3. *Hab.* 2: 15. &c. Idem fit, quando a tali participio transitur ad Verbum finitum, relativo pronomine omisso; ut *audite hoc, capita domus Jacobi, et principes domus Israëlis,* הַמְתַעֲבִים מִשְׁפָּט וְאֵת כָּל־הַיְשָׁרָה יְעַקֵּשׁוּ *illi abominantes judicium, et qui omne rectum pervertunt;* q. d. qui estis illi qui abominantur judicium, & qui estis illi qui omne rectum pervertunt; *Mich.* 3: 9. Ita & *Psalm.* 18: 48. *Jes.* 44: 25. 26. 48: 1. *Amos.* 5: 7. 12. 6: 5. 6. &c. *Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg. XLIII. XLIV.*

2. Similis mutatio fit in כֻּלָּם *omnes illi*, ad secundam personam relato, pro כֻּלְּכֶם *omnes vos;* ut כֻּלָּם תָּשֻׁבוּ *omnes illi, revertamini,* i. e. vos, qui estis omnes illi, *Job.* 17: 10. Conf. 1 *Reg.* 22: 28. *Mich.* 1: 2.

XLIV. 1. Pronomen מִי, quo de *persona* interrogatur, nomini *rem* significanti non jungitur, nisi id metonymicam habeat *personae* notionem; ut מִי לְךָ כָּל־הַמַּחֲנֶה הַזֶּה *quae tibi est tota acies haec?* *Constructio pronominis interrogativi.*

*Gen.*

Sect. II. de Synt. Pronominum. Reg. XLIV.

*Gen.* 33: 8. מִי שִׁמְךָ *quis* est *nomen tuum?* i. e quis es nomine tuo? *Jud.* 13: 17. מִי שְׁכֶם *quae* est *Schechem?* i. e. qui sunt Schechemitae? *Jud.* 9: 28.

2. מִי & מַה, vel מָה, substantivo postposita, regimen efficiunt, & nominis recti locum occupant; ut נִשְׁמַת מִי *halitus cujusnam? Job.* 26: 4. חָכְמַת מֶה *sapientia cujus rei? Jer.* 8: 9.

3. Eadem non tantum in directa, sed & in obliqua, interrogatione usurpantur; ut *ignotum est*, מִי הִכָּהוּ *quis percusserit eum*, *Deut.* 21: 1. *audies*, מַה־יְדַבֵּרוּ *quid loquuturi sint*, *Jud.* 7: 11.

4. Ex usu interrogativo ortus etiam is est quo מִי valet *quicunque*, מָה, vel מֶה, *quodcunque*; ut מִי פֶתִי *quis fatuus?* i. e. quicunque fuerit fatuus, *divertat huc*, *Prov.* 9: 4. מַה־שְּׁאֵלָתֵךְ *quid postulatum tuum?* i. e. quodcunque fuerit, *dabitur tibi*, *Esth.* 9: 12.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. XLV. XLVI.*

## SECTIO III.

### DE SYNTAXI VERBORUM.

*Usus Temporum ad syntaxin Verborum pertinet.*

XLV. Ad Verborum syntaxin referenda est doctrina de usu Temporum, qui praecipue pendet ex ipso sermonis contextu atque dispositione. Cum enim Hebraeis, in Verbo finito, Tempora tantum duo essent, neque ea inflecterentur per diversos Modos, necesse fuit, ut utriusque usus latius extenderetur, & per construendi rationem definiretur.

*Praeteriti usus diversi.*

XLVI. 1. Praeteritum omni nostro Praeterito, tam perfecto, quam imperfecto, & plusquam perfecto, respondere potest.

Cum perfecto convenit, quando res ut absolute praeterita spectatur; ut לָמָּה־זֶּה יָרַדְתָּ *quare descendisti?* 1 *Sam.* 17:28.

Per imperfectum commode vertitur, quando res praeterita, per additam quandam temporis designationem, tanquam tunc praesens sistitur; ut בָּעֵת הַהִיא שָׁלַח *tempore eodem mittebat*, 2 *Reg.* 20:12.

Denique plusquam perfectum exprimit, quando res proponitur ut prae-

te-

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. XLVI. terita, in relatione ad tempus praeteritum; ut *fecit secundum omne id quod* עָשָׂה *fecerat Ussia pater ejus*, 2 Reg. 15: 34.

2. Complura Verba, per indolem suae significationis, in Praeterito includunt tempus praesens, aliqua etiam futurum; ut יָדַעְתִּי proprie *reposui*, scil. animo, i. e. *scio*, Gen. 4: 9. נִחַמְתִּי propr. *factus sum suspirans*, i. e. *poenitet me*, 1 Sam. 15: 11. חָלִיתִי propr. *attritus fui*, i. e. *aegroto*, Jes. 33: 24. נָתַתִּי propr. *tetendi*, i. e. porrexi ut quis caperet, & hinc, per metonymiam, *dabo*, Gen. 15: 18. 23: 13. &c.

3. Praeteritum saepe de eo quod quis facere solet, vel quod omni tempore eodem modo se habet, ἀορίστως usurpatur, atque per nostrum Praesens commode exponitur; ut *Euge eum virum qui non* הָלַךְ *ambulat in consilio improborum!* Psalm. 1: 1. *irridens pauperem* חֵרֵף *probro afficit factorem ejus*, Prov. 17: 5.

4. In stilo prophetico admodum frequens est, ut res futura in Praeterito, tanquam jam facta, enuntietur. Ratio dari potest gemina; altera, quod Prophetae ita significare voluerint, rem fu-

futuram divino decreto jam decisam, & quasi consummatam, esse; ut שָׁבַרְתִּי *fregi jugum regis Babelis*, i. e. frangere decrevi, *Jer.* 28: 2. coll. *vs.* 4. altera, quod rem futuram ita describant, & quasi in tabella expingant, prout ipsis, in prophetica visione, tanquam jam facta, repraesentabatur; ut *ambulantes in tenebris* רָאוּ *viderunt lucem magnam*, -- *lux* נָגַהּ *exsplenduit super eos*, *Jes.* 9: 1. *Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. XLVI. XLVII.*

XLVII. Praeteriti ea peculiaris indoles est, ut, quando per particulam praefixam ו cum praecedente Futuro, vel Imperativo, connectitur, ei se accommodet, atque etiam ipsum valeat Futurum, vel Imperativum; quare illa ו vulgo *Conversiva Praeteriti* vocatur, ut supra indicatum est, *Reg.* CLIX. *pag.* 255. Conf. & *Reg.* CLXXI. *pag.* 272. *Praeteriti usus cum* ו *Conversiva.*

1. Ratio hujus usus ea esse videtur, quod Praeteritum, prima sua origine, ab Infinitivo non fuerit diversum, ut observatum est supra, *Reg.* LXV. *pag.* 63. Quare illud, alio cum Tempore connexum, ejus indolem facile sequi potuit.

2. Quodsi vero Praeteritum praecedat, aliud Praeteritum, quod cum eo copulatur, servat usum suum ordinarium; ut מִי פָעַל וְעָשָׂה *quis operatus est, et perfecit? Jes.* 41: 4. Idem facit, si Futurum cum ו Conversiva praecedat;

ut

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. XLVII.

ut וַיִּשְׁפֹּט *et judicabat Samuël Israëlem, omnibus diebus vitae suae*, וְהָלַךְ *et proficiscebatur quotannis*, וְסָבַב *et circumibat*, — וְשָׁפַט *et judicabat Israëlem*, 1 Sam. 7: 15. 16.

3. Postquam unum Futurum praecessit, Futura alia, quae in eodem sermonis tenore subsequuntur, per mera Praeterita, per ו copulata, efferri possunt, & solent; ut *rex* יִהְיֶה *erit super nos*; וְהָיִינוּ *et erimus etiam nos sicut omnes gentes*; וּשְׁפָטָנוּ *et judicabit nos rex noster*; וְיָצָא *et exibit ante nos*, וְנִלְחַם *et pugnabit pugnas nostras*; 1 Sam. 8: 19. 20. Eadem construendi ratio usitata est, quando Imperativus praecessit; ut קְחוּ וַעֲשׂוּ *sumite et parate currum novum*; — וַאֲסַרְתֶּם *et ligate vaccas ad currum*, וַהֲשֵׁיבֹתֶם *et reducite vitulos earum*, — וּלְקַחְתֶּם *et sumite arcam Jehovae*, וּנְתַתֶּם *et ponite eam in currum*, — וְשִׁלַּחְתֶּם *et dimittite eam*, 1 Sam. 6: 7. 8.

4. Imperativus quia semper futurum tempus includit, Futurum, quod cum eo connectitur, etiam ipsum exprimi per Praeteritum potest; ut עֲבֹר אִתִּי וְכִלְכַּלְתִּי אֹתְךָ *proficiscere mecum, et sustentabo te*, 2 Sam. 19: 34.

5. Loco Futuri, quod, praemisso ו Copulativa, finem indicet, interdum adhibetur Praeteritum, si Futurum, vel Imperativus, praecesserit; ut *non* יָשׁוּב *revertetur amplius*, וְרָאָה

*ut*

*ut videat terram nativitatis suae*, *Jer.* 22: 10. *Sect.* III. *de Synt. Verbor.* *Reg.* XLVII.
סוּרוּ *deflectite*, *quaeso*, *ad domum servi vestri*, — וְהִשְׁכַּמְתֶּם וַהֲלַכְתֶּם *ut mane surgatis*, *et abeatis*, *Gen.* 19: 2.

6. Futuro si respondeat in apodosi ad praecedentem conditionem aliud Futurum, hoc per Praeteritum, praemissam ו habens, efferri potest; ut *si non* תִשְׁמְעוּ *auscultabitis nobis*, — וְלָקַחְנוּ *tum sumemus filiam nostram*, וְהָלָכְנוּ *et discedemus*, *Gen.* 34: 17.

7. Saepe fit, ut Futurum, quocum Praeteritum Futuri significationem induens copulatur, vel per ellipsin suppressum sit, vel in praecedente Infinitivo, aut Participio, implicite contineatur; ut עוֹד מְעַט וּסְקָלֻנִי *adhuc parum*, scil. addent, *et lapidabunt me*, *Exod.* 17: 4. בְּלֶכְתְּךָ *in discedere tui*, i. e. quando discedes, וּמָצָאתָ *tum invenies*, 1 *Sam.* 10: 2. הִנֵּה יָמִים בָּאִים *ecce dies venientes*, i. e. venturi sunt, וְגָדַעְתִּי *et succidam*, 1 *Sam.* 2: 31. הַיּוֹצֵא וְנָפַל *egrediens*, i. e. qui egredietur, *et* qui *transfugiet*, *Jer.* 21: 9.

8. Quodsi particula ו non immediate ipsi Verbo praefigatur, plerumque, praesertim in stilo simplici & historico, ipsum Futurum, non ejus loco Praeteritum, usurpatur; ut אִם תִּהְיוּ *si eritis sicut nos*, — וְנָתַנּוּ *tum dabimus filias nostras vobis*, *et filias vestras* נִקַּח *sumemus nobis*, וְיָשַׁבְנוּ *et habitabimus apud vos*, *Gen.* 34: 15. 16.

*Sect.* III. *de Synt. Verbor. Reg.* XLVII. XLVIII.

In stilo tamen sublimiore, quo Prophetae & Poëtae sacri utuntur, Futuri significationem non raro induit Praeteritum alii Futuro, sine praefixa ו, subjunctum; ut *in sex angustiis* יַצִּילֶךָּ *eripiet te, et in septem* לֹא יִגַּע *non feriet te malum; in fame* פָּדְךָ *redimet te a morte*, *Job.* 5: 19. 20. Conf. *Job.* 19: 27. *Jes.* 8: 8. 18: 5. *Psalm* 23: 5, &c.

*Futuri usus varii.*

XLVIII. Futurum non tantum nostro Futuro respondet, sed & alios quosdam usus habet, qui futurum tempus quodammodo includunt.

1. Multis in Verbis, & phrasibus, ea latitudine sumitur, ut nostrum quoque Praesens complectatur; ut לֹא יוּכַל *non potest*, *Jer.* 14: 9. לֹא אֵדַע *non scio*, 1 *Reg.* 3: 7. מַה־תְּבַקֵּשׁ *quid quaeris? Gen.* 37: 15. לָמָּה תַעֲשֶׂה כֹה *quare facis ita? Exod.* 5: 15. מֵאַיִן תָּבֹא *unde venis? Job.* 1: 7.

2. Frequenter admodum usurpatur ἀορίστως, de eo quod fieri solet; ut *filius sapiens* יְשַׂמַּח *exhilarat patrem*, *Prov.* 15: 20. מִדֵּי אֲדַבֵּר אֶזְעָק *quoties loquor, conqueror*, *Jer.* 20: 8.

Talem usum ἀόριστον cum & Praeteritum habeat, ab eo saepe ad Futurum transit stilus elegantior; ut עֲנָקַתְמוֹ *cingit eos*, ut torques, su-

*superbia;* יַעֲטָף *amicitur ornatus crudelitatis ipsis, Psalm.* 73: 6. *Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. XLVIII.*

3. Adhibetur etiam de eo quod fieri vel potest, vel debet, atque par est ut fiat; ut מִי יֹאמַר *quis dicet?* i. e. dicere potest, *Prov.* 20: 9. *res interdictae Dei, quae non* תֵעָשֶׂינָה *patrabuntur*, i. e. patrari debent, *Lev.* 4: 2. אִם תֹּאכַלְנָה *num comedent foeminae foetum suum?* i. e. par est ut comedant, *Thren.* 2: 20.

4. Interdum permissionem aliquid agendi includit; ut אִמָּלְטָה *evadam*, i. e. liceat mihi evadere, *Gen.* 19: 20. יֻקַּח *capietur, quaeso, parum aquae*, i. e. liceat capi, *Gen.* 18: 4.

5. Pro Imperativo semper Futurum usurpari in interdicto, dehortatione, & deprecatione, supra observatum est, *Reg.* LVIII. *pag.* 53. ut לֹא תִרְצָח *non occidito, Exod.* 20: 13. אַל תֶּחֶטְאוּ *ne peccate, Psalm.* 4: 5. אַל תַּשְׁלִיכֵנִי *ne abjicias me, Psalm.* 51: 13.

Idem saepe fit in praecepto, hortatione, & precatione; ut *Jehovam Deum tuum* תִירָא *timeto, et ipsum* תַעֲבֹד *colito, et per nomen ipsius* תִּשָּׁבֵעַ *jurato, Deut,* 6: 13. *quicquid praecepi illi,* תִּשְׁמֹר *observes,*

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. XLVIII. XLIX.

*Jud.* 13: 14. חַלְּצֵנִי *libera me ab homine malo; a viro injuriarum* תִּנְצְרֵנִי *custodias me*, *Psalm.* 140: 2.

Pro tertia Imperativi persona, qua Hebraei carent, semper Futurum adhibetur; ut *percutiens patrem, aut matrem*, מוֹת יוּמָת *morte plectitor*, *Exod.* 21: 15.

*Futurum relativum cum* ו *Conversiva, aut sine ea.*

XLIX. Praeter varios hosce usus, Futurum habet adhuc alium plane singularem, & Hebraeis peculiarem, quo illud vim accipit nostri Praeteriti, & rem revera praeteritam designat, non tamen per se, & absolute, sed in relatione ad praecedens aliquod Praeteritum, spectatam. Quando enim diversae res factae, quae continua quadam serie aliae alias exceperunt, narrandae sunt, Hebraei primam quidem per Praeteritum, alias autem subsequentes, quas, ratione praecedentis, tanquam futuras considerant, per Futurum exprimunt. Hoc itaque, quia id, quod in relatione ad aliam rem praeteritam posterius & futurum fuit, notat, *Futurum relativum* dici potest.

1. Plerumque Futurum, hoc usu relativo vim Praeteriti habens, sibi praemittit ו *Conversivam Futuri*, qua illud cum praecedente Praeterito copule- tur,

tur, uti dictum est supra, *Reg.* CLIX. *pag.* 255. ut שִׁוַּעְתִּי אֵלֶיךָ וַתִּרְפָּאֵנִי *clamavi ad te, et sanasti me*, (q. d. quando clamavi, futurum fuit, ut me sanares) *Psalm.* 30: 3.

*Sect.* III. *de Synt. Verbor.* *Reg.* XLIX.

Talis construendi ratio maxime usitata est in historica narratione, ubi Futura, per continuam seriem contexta, & per illam ו, dictam Conversivam, tam cum praemisso Praeterito, quam inter se, copulata, res factas eo ordine, quo aliae alias subsequutae sunt, enarrant; ut *Benhadad* — קָבַץ *contraxit omnes copias suas*, וַיַּעַל וַיָּצַר עַל שֹׁמְרוֹן וַיִּלָּחֶם בָּהּ *et profectus est, et obsedit Samariam, et oppugnavit eam*, &c. 1 *Reg.* 20: 1.

1 Interdum non adeo id quod tempore, quam potius quod natura sua, posterius fuit, atque in re quadam praecedente rationem suam habuit, per Futurum hoc relativum significatur; ut *filius* הָיִיתִי *fui patri meo*, — וַיֹּרֵנִי *atque ideo erudivit me*, *Prov.* 4: 3. 4.

2. In historica narratione saepe redundat וַיְהִי *et factum est*, praesertim ubi ad novum argumentum, vel ad rem singulari attentione dignam, transitur; ut וַיְהִי — וַיָּשׁוּבוּ *et factum est et reversi sunt*, i. e. accidit ut reverterentur, *Jud.* 8: 33. Simili ratione passim redundat וְהָיָה, valens *et fiet*, secundum *Synt. Reg.* XLVII.

 3. Prae-

*Sect.* III. *de Synt. Verbor. Reg.* XLIX.

3 Praeteritum, ad quod Futurum se refert, interdum per ellipsin suppressum est; ut מה אדם ותדעהו *quid homo*, scil. fuit, *et* tamen *cognovisti eum*? i. e. quod cognoveris eum, *Psalm.* 144: 3.

Interdum illud in Infinitivo, vel Participio, continetur; ut בבוא דואג *in venire Doëgi*, i. e. *quando venit Doëgus*; ויגד *et indicavit*, *Psalm.* 52: 2. *Philisthaei* נלחמים *pugnantes* fuerunt *cum Israëlitis*, וינסו *et fugerunt Israëlitae*, 1 *Sam.* 31: 1.

4. Quodsi Praeteritum vertendum sit per nostrum imperfectum, aut plusquam perfectum, Futurum, eadem serie subnexum, illius indolem sequitur; ut אז עלה *tunc adscendebat Horam*, ויכהו *et caedebat eum Josua*, *Jos.* 10: 33. *Israëlitae* עשו *fecerant secundum mandatum Mosis*, וישאלו *et rogaverant*, *Exod.* 12: 35.

5. Quodsi Verbum non ponatur initio sententiae, adeoque illam ו non habeat immediate sibi praefixam, stilus historicus a Futuro ad Praeteritum redire solet; ut וישלח *et* dein *emisit columbam*, — ולא מצאה *et ea non invenit locum quiescendi*, ותשב *et reversa est*, *Gen.* 8: 8. 9. Idem interdum & alibi fit, sine necessitate; ut ויראו *et viderunt*, — ואמרו *et dixerunt*, (pro ויאמרו) 1 *Sam.* 5: 7.

6. Fu-

6. Futurum hoc relativum, si per eandem illam ו, quae *Conversiva* vulgo dicitur, non cum Praeterito, sed cum Futuro, aut Participio tempus praesens exprimente, connectatur, non habet vim Praeteriti, sed id quod vel tempore, vel rei natura, consequens est praecedentis, designat; ut אֶהֱמֶה וַיִּשְׁמַע קוֹלִי *fervide precabor, atque* ideo *exaudiet vocem meam, Psalm.* 55: 18. *Jehova* מוֹרִיד שְׁאוֹל וַיַּעַל *demittit ad orcum, et* dein *educit*, 1 *Sam.* 2: 6. *ecce rex* בֹּכֶה וַיִּתְאַבֵּל *plorans* est, *et luctu se reddit marcidum*, 2 *Sam.* 19: 2.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. XLIX.*

2. Interdum Futurum, isto usu relativo, de re praeterita adhibetur, quando ו, dictam *Conversivam*, praefixam non habet, sed vel nude, vel per solam ו *Copulativam*, praecedenti Praeterito subnectitur; ut הָפַךְ *vertit mare in aridam; per fluvium* יַעַבְרוּ *transiverunt pede; ibi* נִשְׂמְחָה *laetati sumus in ipso;* (q. d. tum futurum fuit ut transirent, ut laetaremur) *Psalm.* 66: 6. *patres* אָכְלוּ *comederunt labruscas, et dentes filiorum* תִּקְהֶינָה *hebetati sunt*, *Jer.* 31: 29. אָז יִבְנֶה *tunc* (scil. factis iis quae antea narrata sunt) *aedificabat Josua altare, Jos.* 8: 30. *torcular* דָּרַכְתִּי *calcavi solus;* —וְאֶדְרְכֵם *et calcavi eos in ira mea;* וְאֶרְמְסֵם *et contrivi eos*

*Sect.* III. *de Synt. Verbor. Reg.* XLIX. L.

*in aestu meo*; וְיֵז *et sparsus est cruor eorum super vestes meas*; *Jes.* 63: 3.

1. Ut superius, ita et hic, observandum est, Praeteritum, ad quod Futurum se referat, nonnunquam omitti; ut *temporibus illis nullus rex in Israële*, scil. erat; *quisque rectum in oculis suis* יַעֲשֶׂה *faciebat*; *Jud.* 21: 25. vel illud in Infinitivo, aut Participio, vim Praeteriti habente, latere; exempla vide *Gen.* 2: 4. 5. & 10.

2. Frequens, hoc usu relativo, Futurum est, ubi consuetudo aliqua agendi narratur; ut *pauperi nihil* fuit, *nisi agna parva*; — *de cibo ipsius* תֹּאכַל *ea comedit*, *et ex calice ipsius* תִשְׁתֶּה *bibit*, *et in sinu ipsius* תִשְׁכָּב *cubavit*; וַתְּהִי *atque* ideo *fuit ipsi instar filiae*; 2 *Sam.* 12: 3.

3. In stilo sublimiore interdum ad Futura relativa, in eadem sermonis serie posita, ו illa, dicta Conversiva, modo additur, modo omittitur; ut וַיְקַנְאוּ *et* dein *invidia accendebantur in Mosen*, — תִּפְתַּח *aperiebatur terra*, וַתִּבְלַע *et absorbebat Dathanem*, וַתְּכַס *et operiebat coetum Abirami*; וַתִּבְעַר *et incendebatur ignis in coetum eorum*. *flamma* תְּלַהֵט *adurebat improbos*; יַעֲשׂוּ *faciebant vitulum ad Chorebum*, וַיִּשְׁתַּחֲווּ *et adorabant fusam imaginem*; *Psalm.* 106: 16—19. Conf. *Psalm.* 44: 3 10. 69: 22. 78: 20. 58. &c.

*Modus subjunctivus quomodo exprimatur.*

L. Modi, quos vocamus, Indicativus

vus & Subjunctivus, cum non diffe- rant diversis flexionibus, per solam constructionem dignoscuntur. Utrumque Tempus, Praeteritum & Futurum, in loquutionibus directis & absolutis nostro Indicativo, in indirectis autem, atque iis quae sub quadam conditione efferuntur, aut alicui praecedenti ita connexae & subjunctae sunt, ut certo modo inde pendeant, Subjunctivo respondet. In his, Praeteritum quibuscunque nostri Subjunctivi Praeteritis, etiam eo quod Praeteritum Futurum dicitur, atque Futurum non tantum hujus Modi Futuro, sed & Praesenti, atque Imperfecto, exponi potest. Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. I.

1. Plerumque Subjunctivum nostrum designant particulae quaedam Verbo praemissae; quales sunt, אִם, לוּ, אִלּוּ, *si*; לוּלֵי *nisi*; כִּי *quum, quod*; אֲשֶׁר *quod*; גַּם כִּי *etiamsi*, כַּאֲשֶׁר *quasi, ac si*; לְמַעַן, vel לְמַעַן אֲשֶׁר, *ut*; עַד, vel עַד אֲשֶׁר, *donec*; פֶּן *ne, ut non*; & aliae similes; ut לוּ הַחֲיִתֶם אוֹתָם לֹא הָרַגְתִּי אֶתְכֶם *si vivos servassetis illos, non occiderem vos*, *Jud.* 8: 19. אִם לֹא הֲבִיאֹתִיו *si non adduxero eum ad te*, —

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. L.

*tum reus fuero*, *Gen.* 43: 9. אִם־לֹא לְקַחְתִּי בְחָזְקָה *si non*, scil. dederis, *abstulero vi*, 1 *Sam.* 2: 16. כִּי חַרְבְּךָ הֵנַפְתָּ עָלֶיהָ וַתְּחַלְלֶהָ *quum ferramentum tuum agitaveris super illo, tum profanaveris illud*, *Exod.* 20: 22. אִם־אֶמְצָא *si invenero*, *Gen.* 18: 26. לְמַעַן תִּחְיוּ *ut vivatis*, *Deut.* 4: 1. גַּם כִּי אֵלֵךְ בְּגֵיא צַלְמָוֶת לֹא אִירָא *etiamsi ambularem in valle caliginis, non timerem*, *Psalm.* 23: 4. &c.

1. Aliquae istarum particularum, praesertim conditionales, interdum omittuntur; ut דְּפָקוּם si *impellerent ea*, — וָמֵתוּ *tum moreretur totus grex*, *Gen.* 33: 13. אֶסְפְּרֵם si *numerarem ea*; *Psalm.* 139: 18. הֵבֵאתָ quum *adduxeris*, *Thren.* 1: 21.

Haud infrequens etiam ellipsis est particulae finem indicantis; ut *benefac servo tuo*, אֶחְיֶה ut *vivam*, *Psalm.* 119: 17. *jubeat dominus noster*, יְבַקְשׁוּ ut *quaerant*, 1 *Sam.* 16: 16.

2. Nonnunquam omissa conditio, a qua pendet dictum aliquod, ex contextu sermonis suppleri debet; ut *tunc*, scil. si quinque aut sex vicibus percussisses terram, הִכִּית *percussisses Syros ad internecionem*, 2 *Reg.* 13: 19. *nam nunc*, scil. si mandata divina observasses, הֵכִין *stabiliret Jehova regnum tuum*, 1 *Sam.* 13: 13.

13. כִּמְעַט שָׁכַב *fere concubuisset aliquis — cum tua uxore*, scil. nisi moniti essemus, *Gen.* 26: 10. *Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. L.*

3. Quaedam illarum particularum etiam cum Infinitivo construuntur, qui per nostrum Subjunctivum resolvi potest; ut עַד שׁוּב הָרֹדְפִים *usque ad reverti persequentium*, i. e. donec revertantur persequentes, *Jos.* 2: 16. לְמַעַן רְבוֹת מוֹפְתַי *propter multiplicari prodigiorum meorum*, i. e. ut multiplicentur prodigia mea, *Exod.* 11: 9.

2. Sine ejusmodi particulis, nostro Subjunctivo reddendum quoque Verbum est alii Verbo per ו copulativam ita subnexum, ut finem, effectum, vel aliud quoddam consequens, notet; ut *praecipe sacerdotibus*, — וְיַעֲלוּ *ut adscendant*, *Jos.* 4: 16. *non indicasti mihi* te profecturum esse; וָאֲשַׁלֵּחֲךָ *ut dimitterem te*, *Gen.* 31: 27. *quis* est *David*, — וְלָקַחְתִּי *ut sumerem*? — 1 *Sam.* 25: 10. 11. *cujus ex manu accepi munus*, וְאַעְלִים *ut clauderem oculos meos eo*? 1 *Sam.* 12: 3. *non homo* est *Deus*, וִיכַזֵּב *ut mentiatur*, *Num.* 23: 19.

Interdum prius membrum, ex quo posterius pendet, omittitur; ut *an*, *sicut moritur sceleratus*, יָמוּת *moreretur Abner*? i. e. an justum fuit, ut moreretur? 2 *Sam.* 3: 33. *patri et*

*ma-*

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. L. LI.

*matri non indicavi*; וְלָךְ אַגִּיד *et tibi indicarem*? i. e. an aequum fuit, ut tibi indicarem? *Jud.* 14: 16.

3. Nostro Subjunctivo exponendum quoque Verbum est, quod pronomini relativo ita subjungitur; ut rem notet incertam, vel ex conditione tacita pendentem; nec non quod subjungitur pronomini interrogativo, in interrogatione obliqua posito; ut *commodavi eum Jehovae omnibus diebus*, אֲשֶׁר הָיָה *quibus fuerit*, 1 *Sam.* 1: 28. *comedes carnem*, — אֲשֶׁר נָתַן לָךְ *quam dederit tibi*, *Deut.* 12: 5. *forte indicabit nobis viam nostram*, אֲשֶׁר הָלַכְנוּ עָלֶיהָ *super qua ambulaverimus*, 1 *Sam.* 9: 6. *non significasti servis tuis*, מִי יֵשֵׁב *quis sessurus sit*, 1 *Reg.* 1: 27: *usque dum videret*, מַה־יִּהְיֶה *quid fieret*, *Jon.* 4: 5.

Modus Optativus quomodo exprimatur.

LI. Optativum Modum Hebraei exprimunt,

*primo*, particula לוּ *si*, *utinam*, Praeterito aut Futuro praemissa; ut לוּ מַתְנוּ *utinam mortui essemus*, *Num.* 14: 2. לוּ יְהִי *utinam fiat*, *Gen.* 30: 34.

*secundo*, per interrogationem, quae votum includat; ut מִי יְשִׂמֵנִי שֹׁפֵט *quis constituet me judicem*? i. e. utinam constituerer judex! 2 *Sam.* 15: 4.

ter-

*tertio*, adhibita formula מִי יִתֵּן *quis dabit?* quae vel Infinitivo, vel Futuro, praeponitur; ut מִי יִתֵּן אֱלוֹהַּ דַּבֵּר וְיִפְתַּח שְׂפָתָיו עִמָּךְ *quis dabit, Deum loqui, et* ut *aperiret labia sua contra te?* i. e. utinam loqueretur, & aperiret, *Job.* 11: 5. Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LI. LII.

*quarto*, per Futurum absolute positum; ut יְבָרֶכְךָ יְהוָה *benedicat tibi Jehova, Psalm.* 128: 5. כֵּן יַעֲשֶׂה *sic faciat, Jer.* 28: 6. יֵרְדְּ *dominetur, Psalm.* 72: 8. יָחִישָׁה *accceleret, Jes.* 5: 19.

*quinto*, per Imperativum; ut הֲיִי *esto in millena myriadum! Gen.* 24: 60.

LII. 1. Imperativo, qui officium injungit, saepe subnectitur alius Imperativus, officii praestiti fructum promittens, & quasi cum imperio addicens; ut רְחַץ וּטְהָר *lava te, et mundus esto*, i. e. certissime mundus fies, 2 *Reg.* 5: 13. דִּרְשׁוּנִי וִחְיוּ *quaerite me, et vivite, Amos.* 5: 4. שֻׁבוּ *revertimini quisque a via sua mala*, וּשְׁבוּ *et habitate in hac terra, Jer.* 35. 15. *Usus Imperativi.*

2. Imperativus interdum non adeo imperandi, quam concedendi, & permittendi, vim habet; ut עֲשׂוּ לִי *facite mi-*

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LII. LIII.

*mihi, ut vobis placet*, i. e. permitto ut mihi faciatis, *Jer.* 26: 14. אֱמָר־לוֹ *dic ei*, i. e. permitto ut dicas, 2 *Reg.* 8: 10.

Hinc fit, ut ille nonnunquam conditionem exprimat, alii Imperativo praemissam; ut שְׂמַח *laetare, juvenis*, — וְדָע *et scito*, — i. è. si laeteris, tum scias, *Eccles.* 11: 9. רִגְזוּ וְאַל־תֶּחֱטָאוּ *irascimini, sed ne peccate*, i. e. si irascamini, ne peccetis, *Psalm.* 4: 5.

*Infinitivus quomodo ad certum tempus restringatur.*

LIII. Infinitivus, etsi per se ad nullum tempus restrictus, potest tamen ad certum tempus restringi,

*primo*, per Verbum finitum, quod praecedit, aut sequitur; ut מֵתוּ *mortui sunt*, — בְּצֵאתָם *in egredi eorum*, i. e. dum egressi sunt, *Jos.* 5: 4. כְּצֵאתִי *juxta egredi mei*, i. e. quando egrediar, — אֶפְרֹשׂ *expandam manus meas*, *Exod.* 9: 29.

*secundo*, per praemissas particulas; ut לְמַעַן תִּתּוֹ *propter tradere eum*, i. e. ut eum traderet, *Deut.* 2: 30. עַד כַּלּוֹתִי *usque ad consumere mei*, i. e. donec consumsero, *Jer.* 49: 37.

*tertio*, per ipsum sermonis argumentum; ut בְּיוֹם עֲשׂוֹת יְהוָה *in tempore facere Jehovae terram et coelum*, i. e. quando fecit

rit Jehova, *Gen.* 2: 4. בְּמוֹתִי וּקְבַרְתֶּם אֹתִי *in mori mei, tum sepelietis me*, i. e. quando moriar, 1 *Reg.* 13: 31.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LIV. Infinitivus pro Verbo finito usurpatus.*

LIV. Infinitivus interdum loco Verbi finiti usurpatur, praesertim in stilo gravi asseveratione fortiore, dictis sententiosis, & iis quae aliquid miri atque inexspectati significant, aut cum singulari animi affectione proferuntur. Ita venit,

*primo*, pro Praeterito; ut *o quam magnificum est nomen tuum!* אֲשֶׁר תְּנָה הוֹדְךָ *qui ponere gloriam tuam supra coelos!* pro *posuisti*, *Psalm.* 8: 2. הַחַיּוֹת רָצוֹא וָשׁוֹב *illa animalia currere et redire, ad instar fulguris*, pro *cucurrerunt et redierunt*, Ezech. 1: 14. קַוֵּה לְשָׁלוֹם *exspectare pacem! sed nihil est boni!* pro *exspectavimus*, *Jer.* 14: 19.

*secundo*, pro Futuro; ut הָפוֹךְ רְשָׁעִים *everti improbi*, pro *evertentur*, ut sequitur, *sed domus justorum* יַעֲמֹד *perstabit*, *Prov.* 12: 7. *per Davidem servum meum* הוֹשִׁיעַ *servare populum meum*, pro *servabo*, 2 *Sam.* 3: 18. הֲגָנֹב רָצֹחַ וְנָאֹף וְהִשָּׁבֵעַ לַשֶּׁקֶר *num furari? latrocinari? et moechari? et pejerare?* pro *num furabimini? latrocinabimini?* &c, ut sequitur, *et tamen*

ye-

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LIV.

*venietis et stabitis coram me? Jer.* 7: 9. שָׁפֹךְ *effundere*, pro *effundam*, s. oportet me effundere, *Jer.* 6: 11. גֹּל *volvere*, pro *volvat*, s. oportet eum volvere, *Psalm.* 22: 9.

Quodnam ad Tempus, Numerum, & Personam, talis Infinitivus, absolute positus, referri debeat, ex solo sermonis argumento atque contextu cognosci potest.

Quodsi autem Verbum finitum proxime praecedat, Infinitivus, pro Praeterito aut Futuro usurpatus, ad illud, ratione Temporis, Numeris, & Personae, se accommodat, ita tamen, ut abruptius, quod efficit, loquendi genus semper graviorem quandam vim & emphasin adferat; ut *cerva in agro* יָלְדָה וְעָזוֹב *peperit foetum, et relinquere* pro *relinquit*, *Jer.* 14: 5. כִּי צַמְתֶּם וְסָפוֹד *quando jejunastis, et plangere*, pro *planxistis*, *Zach.* 7: 5. שַׁבְתִּי אֲנִי וָאֶרְאֶה *redii ego et vidi*, — וְשַׁבֵּחַ אֲנִי *et laudare ego*, pro *laudavi*, *Eccles.* 4: 1. 2. הֶהָמוֹן נָמוֹג וַיֵּלֶךְ וַהֲלֹם *turba fluctuando jactata fuit, et ivit, et collidi*, pro *collisa fuit*, 1 *Sam* 14: 16. *tempore illo* אָבִיא *adducam vos, et eo tempore* קַבְּצִי *colligere me vos*, pro *colligam vos*, *Zeph.* 3: 20. וְסָפְדוּ *et plangent super eo*, — וְהָמֵר *et amare lugere super eo*, pro *lugebunt*, *Zach.* 12: 10.

*tertio*, pro Imperativo, quem, sua origine, ab Infinitivo non esse diversum,

ſum, ſupra obſervavimus, *Reg.* LXVI. *pag.* 65. ut הָלוֹךְ *ire*, pro *ito*, *Jer.* 2: 2. שָׁמוֹר *obſervare*, pro *obſervato*, *Deut.* 5: 12. חִרְדוּ שַׁאֲנַנּוֹת רְגָזָה בֹּטְחוֹת פְּשֹׁטָה וְעֹרָה וַחֲגוֹרָה עַל חֲלָצָיִם *trepidate, tranquillae! contremiſcere, ſecurae! ſpoliare* corpus, *et nudare, et accingere* ſaccum *ſuper lumbos!* pro *contremiſcite, ſpoliate,* &c. *Jeſ.* 32: 11. *Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LIV. LV.*

LV, 1. Participia, cum proprie ſint adjectiva verbalia, nullis diverſorum temporum formis diſtincta, omnium temporum eſſe poſſunt; ut עֹשֶׂה *faciens*, de *eo qui fecit*, *Pſalm.* 106: 21. הַמֹּלֵךְ *regnans*, de *eo qui regnavit*, *Jer.* 22: 11. הַשָּׁבִים *revertentes*, de *iis qui reverſi ſunt*, *Eſr.* 6: 21. מֵת *moriens*, de *morituro*, *Jer.* 28: 16. לֹקְחֵי בְנֹתָיו *ducturi filias ejus*, *Gen.* 19: 14. נוֹרָא *formidandus*, ſ. *formidabilis*, *Pſalm.* 76: 8. עַם נוֹלָד *populus naſcendus*, *Pſalm.* 22: 32. הַחַיָּה הַנֶּאֱכֶלֶת *beſtia comedenda*, *Lev.* 11: 47. *Uſus Participiorum.*

2. Participia, quando conſtituunt praedicatum, cum Praeterito aut Futuro Verbi ſubſtantivi conſtructa, periphraſin faciunt Verbi finiti, quae potiſſimum de re vel actione continua

 uſur-

*Sect.* III. *de Synt. Verbor.* Reg. LV. LVI.

usurpatur; ut מַמְרִים הֱיִתֶם *rebellantes fuistis*, *Deut.* 31: 27. עַזָּה עֲזוּבָה תִהְיֶה *Gaza relicta erit*, *Zeph.* 2: 4. יְהִי מַבְדִּיל *sit dividens*, *Gen.* 1: 6.

3. Tempus nostrum Praesens cum Hebraei in Verbo finito non habeant, pro eo Participium usurpare amant, ubi perpetua est Verbi substantivi ellipsis; ut *filii* מְלַקְּטִים *colligentes* sunt *ligna*; *et patres* מְבַעֲרִים *succendentes* sunt *ignem*, *et foeminae* לָשׁוֹת *depsentes* sunt *massam*, i. e. colligunt, succendunt, depsunt, *Jer.* 7: 18.

1. Praesens Tempus in Participiis adhibetur quoque de eo quod mox futurum est; ut הִנֵּה אָנֹכִי הוֹלֵךְ הַיּוֹם *ecce ego* sum *abiens nunc*, i. e. abiturus brevi, *Jos.* 23: 14.

2. Vocula יֵשׁ, quae proprie est Nomen, significans *soliditatem*, *existentiam solidam et durabilem*, interdum tenet locum Verbi substantivi; ut אִם יֶשְׁךָ מוֹשִׁיעַ *si es tu servans*, *Jud.* 6: 36. Ita et אַיִן *vacuitas*, pro *non est*; ut אִם אֵינְךָ מְשַׁלֵּחַ *si non es tu dimittens*, *Exod.* 8: 17.

*Genus masculinum in Verbis interdum pro foeminino.*

LVI. Verbum, quod nominativo additur, ordinaria constructione cum eo convenit tam genere quam numero. Ge-

Generis tamen convenientia non est perpetua. Cum nomine enim foemi- nino interdum construitur Verbum ma- sculinum, per archaïsmum, ut vide- tur; cum verisimile sit, omnes Verbo- rum personas olim communes fuisse, & hinc factum esse, ut generis discri- men, postquam constitutum fuit, non- nunquam negligeretur. Id accidit, *Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LVI.*

*primo*, in tertia singulari Praeteriti; ut *Maacha* יָלַד *peperit Scheberum*, 1 *Chron.* 2: 48. חָזַק הַמִּלְחָמָה *invaluit bellum*, 2 *Reg.* 3: 26. הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ *attulit ancilla tua*, 1 *Sam.* 25: 27.

*secundo*, in secunda plurali Praeteriti; ut עֲשִׂיתֶם *fecistis*, scil. vos, foemi- nae, *Ruth.* 1: 8. יְדַעְתֶּם *scivistis*, foem. *Ezech.* 23: 49.

*tertio*, in tertia tam singulari quam plurali Futuri; ut דַעַת יִנְעָם *cognitio sua- vis erit*, *Prov.* 2: 10. כִּי יִהְיֶה נַעֲרָה בְתוּלָה *quando erit puella virgo*, *Deut.* 22: 23. יֵעָשֶׂה מְלָאכָה *fiet opus*, *Exod.* 31: 15. *Lev.* 11: 32. מַה־יִּהְיוּ חֲלֹמֹתָיו *quid futura sint somnia ejus*, *Gen.* 37: 20. הָרִיּוֹתָיו יְבֻקָּעוּ *gravidae ejus effindentur*, *Hos.* 14: 1. *vide-*

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LVI. LVII.

*runt eam filiae*, וַיְאַשְּׁרוּהָ *et beatam praedicarunt eam*, *reginae et pellices* viderunt eam, וַיְהַלְלוּהָ *et laudibus celebrarunt eam*. *Cant.* 6: 9.

*quarto*, in secunda singulari & plurali Futuri; ut וַתַּעֲשִׂי הָרָעוֹת וַתּוּכָל *et fecisti illa mala, et perfecisti*, pro וַתּוּכְלִי, *Jer.* 3: 5. וַתַּקְרִיבִי יָמַיִךְ וַתָּבוֹא עַד שְׁנוֹתָיִךְ *et appropinquare fecisti dies tuos, et pervenisti ad annos tuos*, pro וַתָּבוֹאִי, *Ezech.* 22: 4. אִם־תָּעִירוּ וְאִם־תְּעוֹרְרוּ *si excitetis, et si expergefaciatis*, pro תָּעֵרְנָה et תְּעוֹרֵרְנָה, *Cant.* 2: 7.

Verba ejusdem personae redeuntia ad diversa subjecta.

LVII. Non alienum est a more loquendi Hebraeorum, ut Verba ejusdem personae, generis, et numeri, unam in seriem connectant, qnae tamen referenda sint ad diversa subjecta; ut וַיִּקְרָא לוֹ דָוִד וַיֹּאכַל לְפָנָיו וַיֵּשְׁתְּ וַיְשַׁכְּרֵהוּ וַיֵּצֵא בָעֶרֶב *et invitabat eum* (Uriam) *David, et comedebat*, scil. Uria, *coram ipso, atque bibebat et inebriabat*, scil. David, *eum, et exibat*, scil. Uria, *vespere*, 2 *Sam.* 11: 13.

Praesertim hoc faciunt in Verbo וַיֹּאמֶר *et dixit*, quod saepius, omisso nominativo, repetunt, ubi alternantia colloquentium dicta enarrant.

LVIII. Nominativus, ad quem Verbum ſe refert, interdum omittitur, quando vel ex ſenſu ſermonis, vel ex vulgari alicujus phraſeos uſu, facile ſuppleri poteſt; ut *quare* יִתֵּן *dat aerumnoſo lucem?* ſcil. Deus, *Job.* 3: 20. שָׁאַל *poſtulavit*, ſcil. populus, *Pſalm.* 105: 40. *an nato centum annos* יִוָּלֵד *naſcetur?* ſcil. proles, *Gen.* 17: 17. וַתָּחָס עָלֶיךָ *et coarctatus eſt erga te*, ſcil. עֵינִי *oculus meus*, i. e. peperci tibi, 1 *Sam.* 24: 11. ut plena phraſis reperitur *Ezech.* 20: 17. et alibi.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LVIII. LIX. Ellipſis nominativi, quocum Verbum conſtruitur.*

Frequens praeſertim ellipſis eſt nominum אִישׁ *vir*, pro *aliquis*, et דָּבָר *res*, pro *aliquid*; ut לֹא נִשְׁאַר בָּהֶם *non ſuperſtes fuit inter eos*, ſcil. aliquis, *Exod.* 14: 28. לֹא יִפֹּל *non cadet*, ſcil. aliquid, *de ſermone Jehovae in terram*, 2 *Reg.* 10: 10.

LIX. Non infrequens ellipſis eſt Verbi cum nominativo conſtruendi, praeſertim in ſtilo ſententioſo, vel ubi gravior quaedam animi adfectio ſubeſt, vel denique ubi ex ipſo ſenſu facile ſuppleri poteſt; ut קוֹל שָׁאוֹן מֵעִיר *vox fragoris ex urbe*, ſcil. audita eſt, *Jeſ.* 66. 6. כִּי רָעָתֵכִי *quando calamitas tua*, ſcil.

*Ellipſis Verbi.*

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LIX. LX.

advenerit, *Jer.* 11: 15. אִישׁ אֶל עִירוֹ *quisque ad urbem suam*, scil. abeat, 1 *Reg.* 22: 36. לַמּוֹעֵד אֲשֶׁר שְׁמוּאֵל *ad tempus constitutum, quod Samuel*, scil. constituit, 1 *Sam*: 13: 8.

Usus tertiae personae impersonalis.

LX. Verba tertiae personae masculina, tam singularia quam pluralia, per ellipsin nominis אִישׁ *vir*, i. e. aliquis, quicunque, aut אֲנָשִׁים *viri*, *homines*, usum accipiunt impersonalem, quo saepe per nostrum passivum resolvi possunt; ut וַיֹּאמֶר לְיוֹסֵף *et dixit Josepho*, scil. aliquis, i. e. dictum ei fuit, *Gen.* 48: 1. *propterea* קָרָא *vocavit*, scil. quilibet homo, *nomen ejus Edom*, i. e. nomen ejus vocatum est, *Gen.* 25: 30. *homini* לֹא מָצָא *non invenit* quisquam *auxilium*, i. e. non inventum est auxilium, *Gen.* 2: 20. כַּאֲשֶׁר יִשְׁאַל בִּדְבַר הָאֱלֹהִים *ac si consuleret* aliquis *oraculum Dei*, i. e. consuleretur oraculum, 2 *Sam.* 16: 23. וַיַּגִּדוּ *et indicarunt* quidam homines *Saulo*, 1 *Sam.* 19: 21. יוֹסִיפוּ *addent tibi annos vitae*, i. e. anni addentur, *Prov.* 9: 11. לֹא תוֹסִיפִי יִקְרְאוּ לָךְ *non addes vocabunt te*, i. e. non amplius vocaberis, *Jes.* 47: 1. לֹא יְסֻפְּרוּ לָהֶם וְלֹא יֻתְּנוּ

יִתְגֹּדַד וְלֹא יִקָּרֵחַ לָהֶם *non plangent* ulli homines *propter illos, et non ſemet incidet* quisquam, *et non ſemet decalvabit, propter illos, Jer.* 16: 6.

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LX. LXI.

LXI. Uſum neutralem in tertia perſona ſingulari, tam maſculina quam foeminina, recipere poſſunt Verba Intranſitiva et Paſſiva. Is locum habet,

Uſus tertiae perſonae neutralis.

I. in iis Verbis, quae nominativum, ad quem ſe referunt, in ipſa ſua ſignificatione implicite continent et includunt. Talia ſunt,

*primo*, Intranſitiva quaedam; ut חָרָה לוֹ *caluit ei*, ſ. fervor fuit ei, *Pſalm.* 18: 8. אַל יִחַר בְּעֵינֵי אֲדֹנִי *ne caleſcat*, ſ. ne fervor exiſtat, *in oculis domini mei*, *Gen.* 31: 35. אַל יֵרַע בְּעֵינֶיךָ *ne malum ſit*, ſ. ne dolor exiſtat, *in oculis tuis*, *Gen.* 21: 12. וַיֵּצֶר לוֹ *et arctum erat ei*, *Gen.* 32: 8. *Jud.* 2: 15. et, in foeminino, וַתֵּצֶר לְדָוִד *et arctum erat Davidi*, 1 *Sam.* 30: 6. חֶלְקָה אֲשֶׁר לֹא תַמְטִיר עָלֶיהָ *ager, ſuper quem non pluet*, *Amos.* 4: 7.

*ſecundo*, Paſſiva bene multa; ut נוֹאָשׁ *deſperatum eſt*, q. facta eſt deſperatio, *Jer.* 18: 12. נִשְׂעֲרָה *factum eſt horridum*, ſ. ortus eſt horror tempeſtatis, *Pſalm.* 50: 3.

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXI.

50: 3. שֻׁדַּד *vastatum est*, f. facta est vastatio, *Jes.* 23. 1. *servitus dura*, אֲשֶׁר עֻבַּד בָּךְ *qua pressum est*, f. facta est pressio, *in te*, *Jes.* 14: 3. *hi sunt filii Jacobi*, אֲשֶׁר יֻלַּד לוֹ *quos effectum est nasci ipsi*, *Gen.* 35. 26. Conf. *Gen.* 10: 25. 46: 22. *in die*, שֶׁיְּדֻבַּר בָּהּ *quo dicetur*, f. sermo instituetur, *de ea*, *Cant.* 8: 8. הוּחַל *coeptum est*, f. effectum est inchoari, *Gen.* 4: 26. הָהֻפַּךְ *effectum est everti*, f. facta est eversio, *Job.* 30: 15. לֹא הוּנַח לָנוּ *non effectum est quiescere nobis*, i. e. non concessa est nobis quies; *Thren.* 5: 5.

Eundem usum neutralem admittunt quoque participia passi a, Verbo substantivo omisso; ut בָּךְ בָּטוּחַ *in te confisum* est, i. e. posita est fiducia, *Jes.* 26: 3. נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *honorifice dictum* est, f. factus est sermo, *de te*, *Psalm.* 87: 3.

II. in Verbis, quae se referunt non ad certum & definitum nomen, sed ad rem, vel actionem, in sermone expressam, pronomine, quod ad eam pertinet, vel addito, vel omisso; ut *a Jehova* הָיְתָה זֹּאת *factum est hoc*; הִיא נִפְלָאת *ipsum mirabile est in oculis nostris*, *Psalm.* 118: 23. לֹא הָיְתָה כָּזֹאת *non factum est sicut*

hoc,

*hoc*, 1 *Sam.* 4: 7. בַּעֲבוּר תִּהְיֶה לִּי לְעֵדָה *ut* Syn. m.
*sit*, scil. hoc, quod septem agnas a me de Synt.
acceperis, *mihi in testimonium*, *Gen.* 21: Verbor.
30. וַתְּהִי חֹק בְּיִשְׂרָאֵל *et evasit*, scil. hoc, Reg. LXI. LXII.
ut filia Jephtae carminibus celebraretur, *mos in Israële*, *Jud.* 11: 39. לְךָ יָאָתָה
*tibi conveniens est*, scil. hoc, ut timearis, *Jer.* 10: 7. תָּבוֹא אֵלֶיךָ *venit ad te*, et תִּגַּע
עָדֶיךָ *pertingit usque ad te*, scil. hoc ipsum; quod alii ante te perpessi erant, *Job.* 4: 5. לֹא תִמָּשֵׁךְ עוֹד *non protrahetur amplius*, scil. hoc ipsum, ut eveniat quod praedixi, *Ezech* 12: 25.

LXII. Per usum impersonalem, & neutralem, tertiae personae Verborum singularis, tam masculinae quam foemininae, ortae sunt quaedam constructiones ellipticae, vulgo pro anomalis habitae, quibus Verbum cum Nomine diversi generis & numeri conjungi potest. *Hinc expediuntur quaedam Verborum constructiones, vulgo pro anomalis habitae.*

Etsi vero ejusmodi constructiones ab ellipsi originem duxerunt, adeo tamen usu olim invaluerunt, ut ellipseos nulla fere ratio amplius haberetur; quod ipsum etiam ex dialectis Linguae Hebraeae, praesertim Arabica, clare apparet.

I. Cum nomine plurali masculino construi potest Verbum masculinum singulare, praesertim quando id ante nomen

Sect. III. de Synt. Verier. Reg. LXII. men collocatur; ut וַיָּבֹא אֵלַי אֲנָשִׁים מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל וַיֵּשְׁבוּ לְפָנָי et veniebant ad me viri ex senioribus Israëlis, et considebant coram me, q. d. et veniebat aliquis, (impersonaliter) nempe viri, — Ezech. 14: 1. יָבֹא דְבָרֶיךָ eveniant verba tua, q. d. eveniat res, scilicet verba tua, Jud. 13: 12. Sic explica & alia loca; ut קִבֵּל הַיְּהוּדִים אֵת אֲשֶׁר הֵחֵלּוּ לַעֲשׂוֹת receperunt Judaei id quod coeperant facere, Esth. 9: 23. עָבַר עַל נַפְשֵׁנוּ הַמַּיִם הַזֵּידוֹנִים transiverunt super animam nostram aquae tumidae, Psalm. 124: 5. וַיִּפֹּל מֵאֶפְרַיִם אַרְבָּעִים וּשְׁנַיִם אָלֶף et ceciderunt de Ephraïmitis quadraginta et duo millia, Jud. 12: 6. וַיְהִי אֲנָשִׁים אֲשֶׁר הָיוּ טְמֵאִים et exstiterunt viri, qui fuerunt immundi, Num. 9: 6. וַיְהִי לִפְנִנָּה יְלָדִים et exstiterunt Peninnae liberi, 1 Sam 1: 2. בְּנֵי בַיִת הָיָה לִי filii domus (i. e. vernae) exstiterunt mihi, Eccles. 2: 7. &c.

Interdum tali constructioni, per ellipsin nominis אִישׁ vir, quicunque, subest sensus distributivus, ut מְחַלְלֶיהָ מוֹת יוּמָת profanantes illud, i. e. quod attinet ad eos qui illud profanant, talis, quisque morte plectitor, Exod. 31: 14.

II. Cum

II. Cum nomine plurali foeminino Verbum singulare masculinum conjungi potest; ut יְהִי מְאֹרֹת *existant luminaria*, q. d. *existat* res, nempe *luminaria*, *Gen.* 1: 14. לֹא נִמְצָא נָשִׁים יָפוֹת *non inventae sunt foeminae formosae*, q. d. *non inventum est* aliquid quod essent *foeminae formosae*, *Job.* 42: 15. Similis ratio est in his: נִשְׁאַר בּוֹ עוֹלֵלוֹת *relicti sunt in eo racemi*, *Jes.* 17: 6. יָרַד מֵרַאֲשֹׁתֵיכֶם *dejecta sunt capitis insignia vestra*, *Jer.* 13: 18. עָרֶיהָ עָלָה *urbes ejus concrematae sunt*, *Jer.* 48: 15. זְרֹעוֹת יְתֹמִים יְדֻכָּא *brachia orphanorum conteruntur*, *Job.* 22: 9. &c.

III. Cum nomine plurali masculino, quod rem, non personam, significat, conjungi potest Verbum singulare foeminimum; ut תִּשְׁטֹף סְפִיחֶיהָ עֲפַר אֶרֶץ *proluunt effusiones earum pulverem terrae*, q. d. *proluit* res aliqua, scil. *effusiones*, — *Job.* 14: 19. Sic הָיְתָה אֵלָיו פְּנֵי הַמִּלְחָמָה *fuerunt contra eum facies praelii*, 2 *Sam* 10: 9. עֲלוּמָיו עִמּוֹ עַל עָפָר תִּשְׁכָּב *occulta* crimina *ejus cum ipso super pulvere cubabunt*, *Job.* 20: 11. נַפְשׁוֹ גֶּחָלִים תְּלַהֵט *halitus ejus* sunt *prunae*, quae *amburunt*, s. res quae *amburit*, *Job.* 41: 13. IV.

Sect. III de Synt. Verbor. Reg. LXII.

*Sect.* III. *de Synt. Verbor. Reg.* LXII. LXIII.

IV. Denique cum nomine plurali foeminino, quod rem, non personam, significat, construi potest Verbum singulare foemininum; ut חִתָּה קַשְּׁתוֹתָם *confracti sunt arcus eorum*, q. d. *confracta est* res, scil. *arcus eorum*, *Jer.* 51. 56. Sic תְּחַכְּמֵנִי מִצְוֹתֶיךָ *sapientem reddunt me praecepta tua*, *Psalm.* 119:98. חַטֹּאותֵינוּ עָנְתָה בָּנוּ *peccata nostra responderunt adversus nos*, *Jes.* 59: 12. שִׂפְתֵי חֲכָמִים תִּשְׁמוּרֵם *labia sapientum custodiunt ipsos*, *Prov.* 14: 3. נִלְכְּדָה הַקְּרִיּוֹת וְהַמְּצָדוֹת נִתְפָּשָׂה *captae sunt urbes, et munitiones occupatae sunt*, *Jer.* 48:41. שְׁאַל־נָא בְהֵמוֹת וְתֹרֶךָּ *interroga, quaeso, bestias, et docebunt te*, *Job.* 12:7.

Quod hic de nomine plurali dictum, idem quoque de duali intelligendum est; ut תַּחַז בְּצִיּוֹן עֵינֵנוּ *intueantur in Tsionem oculi nostri*, *Mich.* 4: 11. עֵינָיו קָמָה *oculi ejus riguerunt*, 1 *Sam.* 4: 15.

*Verbum explens vicem adverbii.*

LXIII. 1. Duo Verba, ejusdem temporis, numeri, & personae. ita conjungi possunt, ut posterius rem ipsam exponat, prius autem ejus modum, vel circumstantiam aliquam, describat, atque ideo adverbii vicem expleat; ut הוֹאִיל מֹשֶׁה בֵּאֵר *perseveravit Moses, explicuit*,

*cuit*, i. e. perseveranter explicuit, *Deut.* Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXIII.
1: 5. פִּזַּר נָתַן *sparsit*, *dedit*, i. e. sparsim,
f. copiose, dedit, *Psalm.* 112 9. הֶעֱמִיקוּ
שִׁחֵתוּ *profundum fecerunt*, *corruperunt*,
i. e. profunde, f. in immensum, corruperunt, *Hos.* 9: 9. שְׂמְחוּ וְרָאוּ *laetati sunt*
*et viderunt*, i. e. laeto animo viderunt,
*Zach.* 4: 10. אַל תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ *ne multiplicetis*, *loquamini*, i. e. ne multum loquamini, 1 *Sam.* 2: 3. וְשִׁלַּשְׁתָּ תֵּרֵד q. d. *et tertiabis*, *descendes*, i. e. tertio die descendes, 1 *Sam.* 20: 19. צְלַח רְכַב *felix esto*, *vehitor*, i. e. feliciter vehitor, *Psalm*, 45: 4. הַשְׁפִּילוּ שֵׁבוּ *humiliate*, *sedete*, i. e. humiliter sedete, *Jer.* 13: 18.

1. Praesertim haec constructio usitata est in Verbis הוֹסִיף *addere*, et שׁוּב *reverti*, quae actionem iteratam, vel saepius repetitam, indicant; ut וַיֹּסֶף וַיִּקַּח אִשָּׁה *et addidit*, *et duxit uxorem*; i. e. iterum duxit, *Gen.* 25: 1. לֹא אוֹסִיף עוֹד אֲרַחֵם *non addam amplius*, *miserebor*, i. e. non amplius nova vice miserebor, *Hos.* 1: 6. וַיָּשָׁב וַיַּחְפֹּר *et reversus est*, *et effodit*, i. e. denuo effodit, *Gen.* 26: 18. תָּשׁוּב תִּרְאֶה *reverteris*, *videbis*, i. e. rursus videbis, *Ezech.* 8: 6.

Hoc שׁוּב interdum quoque de actione priori con-

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXIII. LXIV.

contraria usurpatur; ut וַיָּשָׁב וַיִּמְרָד־בּוֹ *tum conversus est, et rebellavit in eum*, 2 *Reg.* 24: 1. Ita & הָסֵב *inverti*, *Psalm.* 71: 21. ubi תִּסֹּב תְּנַחֲמֵנִי *inverteris, consolaberis me*, est *versa vice consolaberis.*

2. Huc & pertinet Verbum הָלַךְ *ivit, processit*, cum suo cognato יָלַךְ, quod, alii Verbo praemissum, continuum rei incrementum notat; ut הָלַךְ וְחָזֵק *procedens et invalescens*, i. e. continuo magis magisque invalescens, *Exod.* 19: 19. הָלוֹךְ וָשׁוֹב *procedendo et subsidendo*, i. e. magis magisque subsidendo, *Gen.* 8: 3.

2. Verbum finitum, regens Infinitivum, saepe, ex indole Latini sermonis, per adverbium commode exponitur; ut וַיּוֹסֶף עֲבוֹר *et addidit transire*, i. e. denuo transivit, *Num.* 22: 26. הֲנָשׁוּב לְהָפֵר *an revertemur ad violandum?* i. e. rursus violabimus, *Esr.* 9: 14. מִהַרְתָּ לִמְצֹא *festinasti inveniendo*, i. e. celeriter invenisti. *Gen.* 27: 20. הֵיטַבְתָּ לִרְאוֹת *bonum fecisti videndo*, i. e. bene vidisti, *Jer.* 1: 12. הִסְכַּלְתָּ עֲשׂוֹ *stultum fecisti agendo*, i. e. stulte egisti, *Gen.* 31: 28.

*Verbum substantivum convenit interdum cum praedicato.*

LXIV. Verbum substantivum הָיָה *fuit*, geminum adsciscens nominativum,

cum, alterum subjecti, alterum praedicati, ordinaria quidem constructione convenit genere & numero cum nomine subjecti; interdum tamen cum nomine praedicati; ut שְׁמָמָה תִהְיֶה הַר־שֵׂעִיר *vastitas erit mons Seïr*, pro יִהְיֶה, *Ezech.* 35: 15. נְקֻדִּים יִהְיֶה שְׂכָרֶךָ *punctati erit merces tua*, pro יִהְיוּ *erunt*, *Gen.* 31: 8.

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXIV. LXV.

Constructio haec admittitur etiam in pronomine personali, loco Verbi substantivi usurpato; ut חֻקּוֹת הָעַמִּים הֶבֶל הוּא *leges populorum vanitas ipsa*, s. est, pro הֵנָּה *ipsae*, s. sunt, *Jer.* 10: 3.

LXV. 1. Verbum substantivum, quando copulat subjectum cum praedicato, in Praeterito quidem & Futuro exprimitur, sed in Praesenti semper omittitur; ut תּוֹרַת יְהוָה תְּמִימָה *lex Jehovae est integra*, *Psalm.* 19: 8. נֵר מִצְוָה *lucerna est praeceptio*, *Prov.* 6: 23, צָעִיר אֲנִי *parvus sum ego*, *Job.* 32: 6. Ejus loco saepe usurpatur pronomen personale, secundum *Synt. Reg.* XXXVIII. 1. 2.

Ellipsis Verbi substantivi.

2. Non infrequens etiam ellipsis est Verbi substantivi in Praeterito & Futuro, quando Tempus vel ex contextu sermonis, vel ex ipso ejus argumento, facile intelligi potest, ut נָהָר יֹצֵא *fluvius*

fuit

Sect. III. de Synt. Verbor.

fuit *egrediens*, *Gen.* 2: 10. מחר אתה מומת *cras tu* eris *occïsus*, 1 *Sam.* 19: 11.

Reg. LXVI. Accusativus ad Verba transitiva saepe non adest expressus.

LXVI. Omnia quidem Verba activa atque transitiva suum requirunt accusativum; non semper tamen is adest expressus. Namque,

*primo*, plurima Verba in speciebus derivatis accusativum sua significatione includunt; ut רבה *foenus fecit*, *Psalm.* 44: 13. שרש *radices egit*, *Jes.* 40: 24. הצר לו *anxietatem fecit ei*, *Jer.* 10: 18. Sic היטיב לו *bonum fecit ei*, et הרע לו *malum fecit ei Jos.* 24: 20.

Idem faciunt omnia reciproca; ut הטהרו *vosmet ipsos mundate*, *Gen.* 35: 2. ויתרצצו *et semet invicem contuderunt*, *Gen.* 25: 22. nec non transitiva, quae, per ellipsin, usum reciprocum vel intransitivum, obtinuerunt; ut אבליגה *serenum reddam*, scil. me, vel vultum meum, *Job.* 9: 27. הסב *verte*, scil. temet, vel iter, 2 *Sam.* 5: 23. הוביש *perplexum fecit*, scil. se, vel animum suum, i. e. *pudefactus est*, *Jer.* 10: 14.

*secundo*, non infrequens est accusativi ellipsis, quando is vel ex indole Verbi, vel ex sermonis contextu, facile sup-

ſuppleri poteſt; ut לֹא יָלְדָה לוֹ *non peperit ei*, ſcil. liberos, *Gen.* 16: 1. וַיִּשְׁלַח *et miſit*, ſcil. nuntium, *Gen.* 41: 14. יִצְבֹּר *cumulat*, ſcil. opes, *Pſalm.* 39: 7. נִדְרוּ וְשַׁלְּמוּ *vovete et ſolvite*, ſcil. vota, *Pſalm.* 76: 12. *fruges veſtras, et vites veſtras, decimabit*, וְנָתַן *et dabit*, ſcil. decimas, *eunuchis ſuis*, 1 *Sam.* 8: 15. Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXVI.

Crebra praeſertim ellipſis eſt nominum אִישׁ *vir*, pro *aliquis*, אֲנָשִׁים *viri*, pro *aliqui*, אִשָּׁה *foemina*, pro *aliqua*, דָּבָר *res*, pro *aliquid*, et ſimilium, cum alibi, tum ante praepoſitionem מִן *ex*, *de*; ut *ſume tecum*, ſcil. aliquos, מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל *ex ſenioribus Iſraëlis*, *Exod.* 17: 5. *ſumſit ſibi*, ſcil. aliquam, מִבְּנוֹת *ex filiabus Putielis ſibi in uxorem*, *Exod.* 6: 25. *dedit*, ſcil. aliquid, מִלַּחְמוֹ *de pane ſuo*, *Prov.* 22: 9.

*tertio*, in phraſibus, quae ſunt uſus frequentis & ſolennis, perſaepe fit, ut accuſativus brevitatis cauſa omittatur; ut וַיִּכְרֹת *et pepigit*, ſcil. בְּרִית *foedus*, 1 *Sam.* 20: 16. לֹא יִפְרְסוּ *non frangent*, ſcil. לֶחֶם *cibum*, *Jer.* 16: 7. הַפִּילוּ *jacite*, ſcil. גּוֹרָל *ſortem*, 1 *Sam.* 14: 42.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXVII LXVIII. Accusativus Hebraeus non semper Latino respondet.*

LXVII. Plurima Verba Hebraea, proprietate sua transitiva sunt, & accusativum regunt, cum Latina, quae iis vulgo respondere censentur, alium casum requirant; ut וְעָבַדְתָּ אֶת־אֹיְבֶיךָ *et servies hostibus tuis*, proprie *coles hostes tuos*, *Deut.* 28: 48. קָבָה־לִּי אֹתוֹ *maledic pro me ipsi*, propr. *confige ipsum*, *Num.* 22: 11. לֹא גָלוּ אֶת־אָזְנִי *non revelarunt auri meae*, propr. *non nudarunt aurem meam*, 1 *Sam.* 22: 17. שִׁנָּיו יַחֲרֹק *dentibus suis frendebit*, propr. *dentes suos limabit*, *Psalm.* 112: 10. צִוָּה יְהוָה אֶת־מֹשֶׁה *praecepit Jehova Mosi*, propr. *instrinxit Mosen*, scil. praeceptis, tanquam vinculo, 1 *Chron.* 22: 13. אֲבַשְּׂרָה אֶת־הַמֶּלֶךְ *laetum nuntium adferam regi*, propr *laetificabo regem*, 2 *Sam.* 18: 19. לֹא הֶאֱמִין סִיחוֹן אֶת־יִשְׂרָאֵל *non fidem habuit Sichon Israëli*, propr. *non firmum habuit Israëlem*, *Jud.* 11: 20. &c.

*Verba Speciei Hophal regentia accusativum.*

LXVIII. Verba passiva Speciei Hophal, quando transitivam notionem Speciei Hiphil includunt, accusativum regere possunt; ut וְהָרְאָה אֶת־הַכֹּהֵן *et efficietur videre sacerdotem*, i. e. ostendetur sacerdoti, *Lev.* 13: 49. *secundum normam*, אֲשֶׁר הָרְאֵיתָ *quam factus es videre*;

*re*, i. e. quae tibi ostensa est, *Exod.* 26: 30. לֹא תָעָבְדֵם *non efficieris colere eos*, i. e. non in servitutem subjicieris illis, *Exod.* 20: 5. 23: 24. *Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXVIII. LXIX.*

Frequens praesertim haec est constructio in usu talis Verbi impersonali; ut יֻתַּן אֶת־הָאָרֶץ הַזֹּאת לַעֲבָדֶיךָ *efficiatur dare* (s. *ut dent*) *regionem hanc servis tuis*, *Num.* 32: 5. Sic *Gen.* 27: 42. 2 *Sam.* 21: 6. *Jer.* 35: 14. &c.

LXIX. 1. Verba intransitiva, usu quidem proprio, accusativum non regunt. Saepe tamen eum recipiunt, quando, per metonymiam, & alicujus praepositionis ellipsin, ita deflectunt in significationem transitivorum, ut eorum constructionem prorsus imitentur. Ita, cum proprie dicatur יָצְאוּ מִן הָעִיר *egressi sunt ex urbe*, omissa praepositione legitur יָצְאוּ אֶת־הָעִיר *egressi sunt urbem*, *Gen.* 44: 4. ubi *egressi sunt* per metonymiam valet *egressi reliquerunt*, vel simile quid. Sic וַנֵּלֶךְ אֵת כָּל־הַמִּדְבָּר *et ivimus totum desertum*. i. e. *transivimus*, s. *perambulavimus*, *Deut.* 1: 19. יִשְׁכֹּן חֲצֵרוֹתֶיךָ *habitabit atria tua*, i. e. *habitatione occupabit*, *Psalm.* 65: 5. וַיֵּבְךְּ אֹתוֹ אָבִיו *et flevit eum pater ejus*, i. e. *fletu* *Verba intransitiva cum accusativo quomodo construantur.*

 *luxit*,

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXIX.

luxit, Gen. 37: 35. אֵת אֲשֶׁר חָטָא מִן הַקֹּדֶשׁ יְשַׁלֵּם *id quod deliquit de sancto, restituet*, i. e. *quod delinquendo detraxit*, Lev. 5: 16.

2. Praesertim ejusmodi notionem metonymicam, omissa praepositione, induere amant Verba significantia talem animi adfectionem, quae ad aliud quoddam objectum se referat; ut a יָרֵא *tremuit*, *tremore concussus est*, et hinc *timuit*, cum proprie dicatur יָרֵאתִי מֵהָעָם *tremui a populo*, omissa praepositione dictum est יָרֵאתִי אֶת־הָעָם *tremui*, s. *timui, populum*, 1 Sam. 15: 24. intransitivo Verbo, per metonymiam, accipiente notionem transitivam, unde & est passivum נוֹרָא *formidatus fuit*. Sic a חָמַד *arsit*, est אַל תַּחְמֹד יָפְיָהּ *ne ardeas pulchritudinem ejus*, i. e. *ne ardenter concupiscas*, Prov. 6: 25. a חָפֵץ *inclinatus*, *propensus*, *fuit*, est חֶסֶד חָפַצְתִּי *pietatem propensus fui*, i. e. *propensa voluntate desideravi*, Hos. 6: 6. a קִנֵּא *canduit*, est קִנֵּא אֶת־אִשְׁתּוֹ *canduit uxorem suam*, i. e. *zelotypia eam prosequutus est*, Num. 5: 15.

3. Frequens etiam talis metonymia est in Verbis motum ad locum significantibus, quae cum accusativo con-

ſtrui poſſunt, praepoſitione אֶל *ad*, ב *in*, vel alia ſimili, omiſſa; ut וַיָּבֹאוּ אֶרֶץ כְּנַעַן *et venerunt regionem Canaanis*, pro *venientes intrarunt*, *Gen.* 45: 25. שׁוּבָה הָעִיר *revertere urbem*, pro *revertens pete*, 2 *Sam.* 15: 27. יַעֲלוּ שָׁמַיִם יֵרְדוּ תְהוֹמוֹת *adſcendunt coelos*, *deſcendunt abyſſos*, pro *adſcendendo*, *deſcendendo*, *petunt*, *Pſalm.* 107: 26. תַּצְעִדֵהוּ בַּלָּהוֹת *gradientur eum terrores*, pro *gradientes invadent*, *Job.* 18: 14.

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXIX.

Hinc eſt quod עָנָה *reſpondit*, non, more noſtro, cum dativo, ſed cum accuſativo, conſtruatur; id enim, ſua proprietate valens *fluxit*, eſt Verbum motus, quod, omiſſa praepoſitione, metonymicam notionem accepit *ſermonis* quaſi *fluxu* aliquem *petendi*; quare non tantum de eo qui *reſpondet*, ſed & qui *ſermonem incipit*, uſurpatur. Simile eſt קָרָה *occurrit*, item cum accuſativo conſtructum, per metonymiam, q. d. *occurrens* quaſi *feriit* aliquem. Mitto alia plura.

4. Uſum & conſtructionem Verborum tranſitivorum, per metonymiam, accipiunt quoque intranſitiva, quando in accuſativo regunt nomen cognatum, quod vel ipſam actionem, vel actionis objectum, aut effectum, deſignet; ut קִנֵּאתִי קִנְאָה גְדוֹלָה *excandui excandeſcentiam magnam*, i. e. fervorem, quo

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXIX. LXX.

totus excandeſcerem, animo concepi, & factis demonſtravi, *Zach.* 1: 14. Sic פָּחֲדוּ פַחַד *paverunt pavorem*, *Pſalm.* 14: 5. חָרַדְתְּ אֵלֵינוּ אֶת־כָּל־הַחֲרָדָה הַזֹּאת *trepidaſti propter nos omnem trepidationem hanc*, 2 *Reg.* 4: 13. וַיָּצָם צוֹם *et jejunavit jejunium*, 2 *Sam.* 12: 16. חָלָה אֶת־חָלְיוֹ *aegrotavit morbum ſuum*, 2 *Reg.* 13: 14. חָטָא חֲטָאָה *peccatum peccavit*, *Thren.* 1: 8. שָׁכַב אֶת־מִשְׁכַּב הַצָּהֳרָיִם *decumbens decubitum meridiei*, 2 *Sam.* 4: 5. וְיָשְׁנוּ שְׁנַת עוֹלָם *et dormient ſomnum perpetuum*, *Jer.* 51: 39. cui ſimile eſt פֶּן אִישַׁן הַמָּוֶת *ne dormiam mortem*, pro *ne dormiam ſomnum mortis*, *Pſalm.* 13: 4.

Constructio Verborum cum accuſativo, ob omiſſum quoad.

LXX. 1. In nudo accuſativo nomen ſibi jungunt quaecunque Verba, etiam intranſitiva & paſſiva, quod ita exprimit objectum, ut in Latino ſermone ſupplendum ſit *quoad*, ſ. *ratione*, *reſpectu*; ut פֶּן תֹּאבְדוּ דֶרֶךְ *ne pereatis viam*, i. e. *quoad viam*, ſ. *ratione viae*, *Pſalm.* 2: 12. Sic אֲשֶׁר לֹא יִמּוֹל אֶת־בְּשַׂר עָרְלָתוֹ *qui non circumcidetur* quoad *carnem praeputii ſui*, *Gen.* 17: 14. 25. שְׁמִי יְהוָֹה לֹא נוֹדַעְתִּי לָהֶם quoad *nomen meum Jehova non innotui ipſis*,

*ipsis*, *Exod.* 6: 3. בכליותי אשתונן quoad *renes meos memet pungebam*, *Psalm.* 73: 21. כל־בגד תתחטאו quoad *omnem vestem* — *vosmet lustrabitis*, *Num.* 31: 20. ויתפשט יהונתן את־המעיל *et semet exuit Jonathan* quoad *pallium*; 1 *Sam.* 18: 4.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXX. LXXI. LXXII.*

2. Praesertim constructionem hanc amant Verba, quae dicuntur, copiae & inopiae; ut *oculus ejus* לא תשבע עשר *non satiabitur divitias*, i. e. quoad *divitias*, *Eccles.* 4: 8. וימלא הבית את־הענן והחצר מלאה את־נגה כבוד יהוה *et repleta est aedes* quoad *nubem*, *et atrium plenum fuit* quoad *splendorem gloriae Jehovae*, *Ezech.* 10: 4. לא יחסרו כל־טוב *non egebunt* quoad *ullum bonum*, *Psalm.* 34: 11.

*Duratio temporis per accusativum exprimitur.*

LXXI. Nomina, quae temporis durationem designant, per ellipsin alicujus praepositionis in accusativo Verbis junguntur; ut מלך שבע שנים *regnavit septem annos*; 1 *Reg.* 2: 11. וישלח אותה שני חדשים *et dimisit eam duos menses*, *Jud.* 11: 38. הרף לנו שבעת ימים *fac relaxationem nobis septem dies*, 1 *Sam.* 11: 3.

*Verba regentia geminum accusativum.*

LXXII. Geminum accusativum rei aut personae diversae regunt,

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg LXXII.

*primo*, Verba dupliciter tranſitiva; ut לַמֵּד דַּעַת אֶת־הָעָם *fecit diſcere* (ſ. *docuit*) *ſcientiam populum*, *Eccleſ.* 12: 9. יַשְׁמִעוּ דְּבָרַי אֶת־עַמִּי *facient audire ſermones meos populum meum*, *Jer.* 23: 22.

Huc pertinent Verba Speciei & ſignificationis tranſitivae, ducta ab intranſitivis; quae, ſecundum *Synt. Reg.* LXIX. ſignificationem tranſitivam per metonymiam, & praepoſitionis ellipſin, obtinuerunt; ut וְהוֹלַכְתִּיהָ הַמִּדְבָּר *et faciam ire eam deſertum*, i. e. *tranſire*, ſ. *pervadere*, *Hoſ.* 2: 16. מוֹשִׁיב יְחִידִים בַּיְתָה *faciens habitare ſolitarios domum*, i. e. *habitatione occupare*, *Pſalm.* 68: 7. וַיָּשֶׁב אֶת־הַמֶּלֶךְ דָּבָר *et fecit redire regem ſermonem*, i, e. *retulit ad regem reſponſum*, 1 *Reg.* 2: 30.

*ſecundo*, Verba tranſitiva, quando, praeter ſuum accuſativum, aſſumunt alium, ad quem *quoad* ſupplendum eſt, ſecundum *Synt. Reg.* LXX. ut וַיַּכֵּהוּ הַחֹמֶשׁ *et percuſſit eum* quoad *abdomen*, 2 *Sam.* 3: 27. וּרְצָחוֹ נֶפֶשׁ *et caedet eum* quoad *animam*, ſ. *vitam*, *Deut.* 22: 26. שְׁאַל נָא אֶת־הַכֹּהֲנִים תּוֹרָה *interroga*, *age*, *ſacerdotes* quoad *legem*, *Hagg.* 2: 11.

Eadem ſubeſt ellipſis, quando עָנָה *reſpondit*, cum gemino accuſativo conſtruitur; ut לֹא עָנוּ הָעָם אֹתוֹ דָּבָר *non reſpondit ei populus*

quo-

quoad *verbum*, 2 *Reg.* 18: 21. Conf. *not.* ad *Reg Synt.* LXIX. 3. *Sect.* III. *de Synt. Verbor. Reg.* LXXII. LXXIII.

*tertio*, Verba *faciendi*, f. *efficiendi*, et *reddendi*, per ellipsin particulae ל; ut עֹשֵׂה שַׁחַר עֵיפָה *faciens auroram caliginem*, pro לְעֵיפָה, *Amos.* 4: 13. תְּשִׂימֵנוּ חֶרְפָּה *ponis* (i.e. *reddis*) *nos opprobrium*, pro לְחֶרְפָּה, *Psalm.* 44: 14.

*Constructio Verborum cum nominibus ope praepositionum.*

LXXIII. Cum nominibus Verba construuntur quoque intervenientibus praepositionibus, quae relationem indicant, quam Verbum habet ad nomen tanquam ad objectum, materiam, instrumentum, caussam, finem, modum, aliaqne similia. Quare aliquae earum exprimendis nostris casibus, praesertim dativo & ablativo, inserviunt, ut supra dictum est. Multum etiam illae conferunt ad definiendas, variisque modis immutandas, Verborum significationes; praesertim quod Hebraei Verbis per praepositiones compositis destituantur, eorumque loco solis utantur simplicibus, quorum itaque significationem per subjunctas praepositiones diversa quadam ratione inflectunt; ut הָלַךְ *ivit*, cum אֶל *ad*, valet *adiit*; cum מִן vel מ *a*, *abiit*; cum לִפְנֵי *ante*, *prae*, *praeivit*; cum אַחַר vel אַחֲרֵי *post*, *sequutus est*; &c.

*Sect.* III. *de Synt. Verbor. Reg.* LXXIV. LXXV. *In ea Hebraeis multi sunt idiotismi.*

LXXIV. In constructione Verborum cum nominibus, quae fit ope praepositionum, Hebraei plurimos habent peculiares loquendi modos, quorum ratio intelligi nequeat, nisi propria Verborum significatio perspecta habeatur; ut עָבַד בְּרֵעֵהוּ *in servitutem redegit socium suum*, proprie *pressit in socium suum*, scil. duro imperio eum subigens, *Jer.* 22: 13. כִּחֵשׁ בְּפִקָּדוֹן *abnegavit depositum*, propr. *illevit*, s. *lituram induxit*, *in depositum*, quasi conspectui id subducens, *Lev.* 5: 21. יִנָּחֵם אֶל הָרָעָה *poenitebit eum mali*, propr. *ingemiscet ad malum Jer.* 26: 13. צִוָּה עָלֵינוּ *praecepit nobis*, propr. *innexuit super nos*, scil. instar oneris incumbentis legem injungens, *Jer.* 35: 6. חוּסָה עָלַי *parce mihi*, propr. *arcta* oculum *super me*, quasi connivens, *Neh.* 13: 22.

*Verba transitiva cum praepositione.*

LXXV. Verba transitiva, si Linguae Hebraeae proprietatem spectemus, cum praepositionibus non aliter construuntur, quam accusativo, quem illa poscunt, vel expresso, vel in Verbi significatione incluso, vel denique per ellipsin omisso.

Excipienda est sola praepositio לְ, quae interdum ipsi accusativo praemittitur, more apud Chal.

Chaldaeos & Syros frequenti; ut הָרְגוּ לְאַבְנֵר *occiderunt Abnerum*, 2 *Sam.* 3: 30. וַיִּקַּח לְיִרְמְיָהוּ *et sumsit Jeremiam*, *Jer.* 40: 2.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg.* LXXV. LXXVI.

Admodum frequens est ante praepositiones, praesertim לְ, בְּ, אֶל, et עַל, accusativi ellipsis, quae, innumeris in phrasibus, usu adeo invaluit, ut plena loquendi ratio vel rarius occurrat, vel non amplius reperiatur; ut רָפָא לוֹ *sarcivit ei*, scil. *rupturam*, i. e. *sanavit eum*; נָשָׂא לוֹ *sustulit ei*, scil. *crimen*, i. e. *ignovit ei*; אָחַז בּוֹ *constrinxit in eum*, scil. *manum*, aut *vinculum*, i. e. *apprehendit eum*; שָׁאַל לוֹ בֵּאלֹהִים *interrogavit*, scil. *oraculum*, *pro eo per numen*, i. e. *consuluit pro eo oraculum numinis*; הִבִּיט אֵלָיו *fecit micare*, scil. *oculos*, *ad eum*, i. e. *respexit ad eum*; כִּסָּה עָלָיו *volvit*, scil. *tegumentum*, *super eum*, i. e. *obtexit eum*; &c.

*Verba intransitiva et passiva cum praepositione.*

LXXVI. Verba intransitiva & passiva, praeter suum nominativum, aliud nomen adsciscere non possunt, nisi interveniente, praepositione, eaque vel expressa, vel omissa; ut חָשְׁקָה נַפְשׁוֹ בְּבִתְּכֶם *fixa est anima ejus in filiam vestram*, *Gen.* 34: 8. עָלֶיךָ נִשְׁעַנּוּ וּבְשִׁמְךָ בָאנוּ עַל הֶהָמוֹן הַזֶּה

*su-*

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXVI. LXXVII. *super te innixi sumus, et in nomine tuo venimus contra turbam hanc*, 2 *Chron.* 14: 10. עָמַד פֶּתַח הָאֹהֶל *stetit ostium tentorii*, pro אֶל פֶּתַח *ad ostium*, *Exod.* 33: 9. אֵרָאֶה פְּנֵי אֱלֹהִים *conspiciar faciem Dei*, pro אֶל פְּנֵי *ad faciem*, *Psalm.* 42: 3.

*Verba modo sine praepositione, modo cum ea, constructa.* LXXVII. Plurima dantur Verba, quae duplicem admittant constructionem, ita ut modo nomen in accusativo regant, modo id sibi jungant praepositione intercedente.

1. Saepe talis diversitas constructionis immutat significationem plus minusve; ut קָרָא שְׁמוֹ est *vocavit nomen ejus*, id imponens, vel pronuntians; sed קָרָא בִשְׁמוֹ *vocavit nomine ejus*, i. e. ejus nomine appellavit alium, vel pronuntiato ejus nomine eum invocavit, aut designavit; שָׁמַע קוֹלוֹ est *audivit vocem ejus*, eam percipiens, sed שָׁמַע לְקוֹלוֹ, vel אֶל קוֹלוֹ, *audivit ad vocem ejus*, vel בְּקוֹלוֹ *propter vocem ejus*, i. e. ad vocem ejus auditam animum advertit, vel dicto audiens & obediens fuit; עָשָׂה מְלָאכָה est *fecit, perfecit, opus*, sed עָשָׂה בִמְלָאכָה *incubuit in opus*, s. *in eo occupatus fuit*, *Exod.* 5. 9. 1 *Reg.* 9: 23. אָכַל לֶחֶם est

co-

*comedit panem*, sed אָכַל בְּלֶחֶם *comedit in* Sect. III.
*pane*, scil. aliquid quod esset in pane, de Synt.
i. e. *comedit de pane*, *Jud* 13: 16. *Prov.* Verbor.
9: 5. ubi et שָׁתָה בְּיַיִן *bibit de vino;* sic Reg.
נָשָׂא מַשָּׂא *tulit onus*, sed נָשָׂא בְּמַשָּׂא *tulit* LXXVII.
*de onere*, s. partem oneris, *Num.* 11: LXXVIII.
17. &c.

2. Interdum diversa constructio haud notabile efficit significationis discrimen; ut a נָשַׁק, proprie *appegit*, et hinc *osculatus est*, est נְשָׁקוֹ *osculatus est eum*, nec non, eadem significatione, נָשַׁק לוֹ, proprie *appegit ei*, vel *ad eum*, scil. os suum; sic קְרָאתִיךָ *vocavi te*, et קָרָאתִי לְךָ *vocavi ad te*; רְדָפוֹ *persequutus est eum*, et רָדַף אַחֲרָיו *persequutus est post eum*; רִחַמְךָ *misertus est tui*, et רִחַם עָלֶיךָ q. d. *misertus est erga te*; &c.

LXXVIII. Verbis *nuncupandi*, tam activis quam passivis, nomen, quod imponitur, in nominativo, id vero, cui nomen imponitur, ope praepositionis ל, jungi solet; ut וַיִּקְרָא לָאוֹר יוֹם *et vocavit luci, dies*, i. e. lucem vocavit diem, *Gen.* 1: 5. יִקָּרֵא לָךְ עִיר הַצֶּדֶק *vocabitur tibi, urbs justitiae*, i. e. tu vocaberis,

Constructio Verborum nuncupandi.

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXVIII. LXXIX. LXXX. ris *Jes.* 1: 26. לְאַרְצֵךְ לֹא יֵאָמֵר עוֹד שְׁמָמָה *terrae tuae non dicetur amplius, desolatio*, i. e. ea non amplius nuncupabitur nomine desolationis, *Jes.* 62: 4.

Interdum, omissa ל, accusativus adhibetur; ut וְקָרָאת יְשׁוּעָה חוֹמֹתַיִךְ *et vocabis, salus, muros tuos*, *Jes.* 60: 18. Ad Verbum passivum hic accusativus transit in nominativum; ut בֵּיתִי בֵּית תְּפִלָּה יִקָּרֵא *domus mea domus precationis vocabitur*, *Jes.* 56: 7.

*Verba passiva cum* ל. LXXIX. Verba passiva, quae nomen actoris plerumque sibi jungunt ope praepositionis מ *a*, pro ea interdum ל, dativi notam, assumunt; ut אִדָּרֵשׁ לָהֶם *requirar ipsis*, pro מֵהֶם *ab ipsis*, *Ezech.* 14: 3. sic נִשְׁמַע לְסַנְבַלַּט *auditum est Sanballato*, *Neh.* 6: 1. בָּרוּךְ אַבְרָם לְאֵל *benedictus* sit *Abramus Deo*, *Gen.* 14: 19.

הָיָה *cum* ל *pro habere.* LXXX. Verbo, quod significet *habere*, cum Hebraei destituantur, ejus loco uti solent Verbo substantivo הָיָה *fuit*, constructo cum ל, nota dativi, & possessorem indicante; ut לְעָשִׁיר הָיָה צֹאן *diviti fuit pecus*, i. e. dives habuit pecudem, 2 *Sam.* 12: 2. כִּי תִהְיֶיןָ לְאִישׁ שְׁתֵּי נָשִׁים *quando erunt alicui duae uxores*, i. e. habebit aliquis duas uxores, *Deut.* 21: 15.

In Praesenti tempore Verbum substantivum omittitur; ut כַּרְמִי שֶׁלִּי *vinea mea, quae mihi*, i. e. quam habeo, *Cant.* 1: 6. aut pro eo nomina יֵשׁ et אֵין, de quibus supra jam dictum, adhibentur; ut כֹּל אֲשֶׁר יֶשׁ־לוֹ *omne id quod est ipsi*, i. e. quicquid habet, *Gen.* 39: 8. אֵין מִרְעֶה לָהֶם *non* est *pascuum illis*, i. e. non habent pascuum, *Joël.* 1: 18. S. 3. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXX. LXXXI.

LXXXI. 1. Verbum substantivum הָיָה, quando notat *fieri*, vel *evadere*, nomen, quo diversa rei aut personae conditio significatur, intercedente praepositione ל adsciscit; ut וְהָיוּ לְדָם *et erunt* aquae *in sanguinem*, i. e. fient sanguis, *Exod.* 4: 9. הֵמָּה יִהְיוּ לִי לְעָם *ipsi erunt mihi in populum*, i. e. evadent populus meus, *Jer.* 31: 33. *Idem* היה *cum* ל *pro* fieri.

2. Eandem constructionem sequuntur Verba, quae illam Verbi substantivi notionem quodammodo includunt; ut יָשִׁית אֶת־אַרְצָהּ לְשַׁמָּה *ponet terram ejus in vastitatem*, i. e. faciet ut ea evadat vastitas, *Jer.* 50: 3. וַיִּתֶּנְךָ לְמֶלֶךְ *et dedit te in regem*, i. e. fecit ut rex fieres, 2 *Chron.* 9: 8. Ita et הִמְלַכְתִּי אֶת־שָׁאוּל לְמֶלֶךְ *feci regnare Saulum in regem*, i. e. ut rex fieret, 1 *Sam.* 15: 11.

LXXXII.

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXII. *Constructio Verbi dicta* praegnans

LXXXII. Constructio Verbi *praegnans* dicitur, quae ita comparata est, ut appareat, unum pro duobus poni, atque alius omissi significationem simul complecti. Ea Hebraei, studio breviter & graviter loquendi, admodum delectantur.

1. Frequenter talis constructio locum habet, ubi ex adjuncta praepositione Verbum omissum intelligi atque suppleri potest; ut וּפָחֲדוּ אֶל יְהוָה *et pavebunt ad Jehovam*, pro *paventes accurrent*, *Hos.* 3: 5. וַיֶּחֶרְדוּ לִקְרָאתוֹ *et trepidarunt obviam ei*, pro *trepidantes iverunt*, 1 *Sam.* 16: 4 לָאָרֶץ חִלְּלוּ מִשְׁכַּן שְׁמֶךָ *ad terram profanarunt habitaculum nominis tui*, pro *profanatum dejecerunt*, *Psalm.* 74: 7. פְּסִילֵי אֱלֹהֶיהָ שִׁבַּר לָאָרֶץ *imagines numinum ejus fregit ad terram*, pro *fractas projecit*, *Jes.* 21: 9. עָנָנִי בַמֶּרְחָב *exaudivit me in locum amplum*, pro *exaudiens restituit*, *Psalm.* 118: 5. אַל־תֶּחֱרַשׁ מִמֶּנִּי *ne conticescas a me*, pro *conticescens te subducas*, *Psalm.* 28: 1. יִשְׁפְּטֵנִי מִיָּדֶךָ *judicabit me ex manu tua*, pro *judicans vindicabit*, 1 *Sam.* 24: 16. בָּגְדָה אִשָּׁה מֵרֵעָהּ *perfide egit mulier a marito suo*, pro *perfide agens desciit*, *Jer.* 3: 20. מִלֵּא אַחֲרֵי יְהוָה *complevit post*

*Je-*

*Jehovam*, pro *complens ivit*, h. e. plenum & perfectum ei praestitit obsequium, *Deut.* 1: 36. וְזָנוּ אַחֲרֵי אֱלֹהֵיהֶם *et scortabuntur post numina sua*, pro *scortantes ibunt*, h. e. ea sequentur, *Exod.* 34: 15. וַיִּזְנוּ מִתַּחַת אֱלֹהֵיהֶם *et scortati sunt a sub numine suo*, pro *scortantes ab eo se subtraxerunt*, *Hos.* 4: 12.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXII. LXXXIII.*

2. Praegnans etiam est constructio, quando Verbum assumit accusativum pertinentem ad aliud Verbum, cujus significationem illud per metonymiam includit; ut *indicavit Moses Aharoni omnia verba Jehovae*, אֲשֶׁר שְׁלָחוֹ *quae miserat eum*, pro *mittens jusserat*. *Exod.* 4: 28. conf. 2 *Sam.* 11: 22. וַיַּהֲפָךְ־לוֹ אֱלֹהִים לֵב אַחֵר *et vertit ei Deus cor aliud*, pro *vertendo*, s. *mutando*, *substituit*, 1 *Sam.* 10: 9. *persolvam tibi vota mea*, אֲשֶׁר פָּצוּ שְׂפָתָי *quae effregerunt labia mea*, pro *effracta nuncuparunt*, *Psalm.* 66: 14.

LXXXIII. Infinitivi, cum proprie nomina sint substantiva, eorum more tam in nominativo collocari, quam in accusativo regi, nec non cum praepositionibus conjungi, possunt; ut לֹא טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ *non bonum est*, *esse hominem solum*, *Gen.* 2: 18. *an leve vobis vi-*

*Infinitivi, in nominativo, et accusativo, poni, et cum praepositionibus construi, possunt.*

See III de Synt. Verbor. Reg. LXXXIII. LXXXIV.

*detur*, הִתְחַתֵּן בַּמֶּלֶךְ *affinitate conjungi cum rege?* 1 *Sam.* 18: 23. לִמְּדוּ לְשׁוֹנָם דַּבֶּר־שֶׁקֶר *docuerunt linguam suam loqui mendacium*, *Jer.* 9: 4. שִׁבְתְּךָ וְצֵאתְךָ וּבוֹאֲךָ יָדָעְתִּי וְאֵת הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי *sedere tuum, et exire tuum, et intrare tuum, novi, et commoveri tuum adversus me*, *Jes.* 37: 28. עַל אָמְרֵךְ *super dicere tuo*, *Jer.* 2: 35. אַחֲרֵי הוֹלִידוֹ *post gignere ejus*, *Gen.* 5: 4. יַעַן הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי *propter commoveri tuum adversus me*, *Jes.* 37: 29.

*Infinitivus ingenitivum vertit nominativum Verbi finiti.*

LXXXIV. Nomen agentis, vel patientis, quod Verbis finitis additur in nominativo, Infinitivis in genitivo jungitur; ut כִּשְׁמֹעַ הַמֶּלֶךְ *juxta audire regis*, i. e. cum audiret rex, 1 *Reg.* 13: 4. עַד עֲלוֹת הַשַּׁחַר *usque ad adscendere aurorae*, *Gen.* 32: 25. אֶל הִלָּקַח אֲרוֹן הָאֱלֹהִים *de capi arcae Dei*, i. e. *de eo quod capta esset arca*, 1 *Sam.* 4: 19.

Interdum aliquid interponitur; ut לָנוּס שָׁמָּה רוֹצֵחַ *ad fugere eo occisoris*, i. e. ut eo fugiat occisor, *Jos.* 20: 3. כֶּאֱכֹל קַשׁ לְשׁוֹן אֵשׁ *juxta comedere stipulam linguae ignis*, i. e. sicut comedit stipulam lingua ignis, *Jes.* 5: 24. Specialiter particula אֵת, uti nominativo Verbi finiti,

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXV. LXXXVI.*

ti, ita & genitivo, qui, ejus loco, Infinitivo additur, praemitti potest; ut בְּהִוָּלֶד לוֹ אֶת־יִצְחָק propr. *in nasci ei ipsius Isaaci*, i. e. cum nasceretur ei ipse Isaacus, *Gen.* 21: 5.

*Infinitivus constituens nomen rectum.*

LXXXV. Infinitivus cum alio nomine praecedente ita construi potest, ut id in regimine collocet, & ipse nomen rectum constituat; ut בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים *in diebus judicare judicum*, i. e. quando judices judicarunt, *Ruth:* 1: 1. מִדֵּי דַבְּרִי בּוֹ *ex copia loqui mei*, i. e. quoties loquor, *contra eum*, *Jer.* 31: 20. לִמֻּדֵי הָרֵעַ *edocti male agere*, *Jer.* 13: 23. מַשְׁכִּימֵי קוּם מְאַחֲרֵי שֶׁבֶת *maturantes surgere, tardantes sedere*, *Psalm.* 127: 2.

*Infinitivus regens aliud nomen.*

LXXXVI. In Infinitivo Verbi transitivi, quod regit nomen in accusativo, duplex construendi ratio locum habet.

1. In regimine ille poni potest, secundum leges nominum; ut שְׁמֹר מִצְוֹתָיו *observare legum ejus*, q. d. *observatio legum*, *Deut.* 8: 11. Sic עֲשׂוֹת מִשְׁפָּט וְאַהֲבַת חֶסֶד *facere judicii, et amare pietatis*, *Mich.* 6: 8.

2. Constructionem Verbi finiti ille sequi potest; ita ut nomen regat in accusativo; ut הָרֹג בָּקָר *occidere bovem*, et שָׁחֹט

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVI. LXXXVII.

צאן *mactare pecudem*, et אכל בשר *comedere carnem*, et שתות יין *bibere vinum*, *Jes.* 22: 13. יראה את־יהוה *timere Jehovam* et אהבה אתו *amare ipsum*, *Deut.* 10: 12.

Talem constructionem omnia nomina actionis admittere possunt; ut למקרא העדה ולמסע את־המחנות *ad convocationem coetum, et ad motionem castra*, *Num.* 10: 2. *quum repleta fuerit haec terra* דעה את־יהוה *cognitione Jehovam*, *Jes.* 11: 9. לישע את־משיחך *ad servationem unctum tuum*, *Hab.* 3: 13.

3. Infinitivo Verbi transitivi, quem sequitur genitivus actorem designans, nomen, quod ille regit, semper additur in accusativo; ut אחרי שבור חנניה את־המוטה *post frangere Chananjae jugum*, *Jer.* 28: 12. כאהבת יהוה את־בני ישראל *juxta amare Jehovae filios Israëlis*, *Hos.* 3: 1. מיראתו אתו *propter timere ejus eum*, 2 *Sam.* 3: 11.

Haec lex etiam valet in nominibus actionis; ut כמהפכת אלהים את־סדם *secundum subversionem Dei Sodomam*, *Amos.* 4: 11. *Jes.* 13: 19.

*Infinitivus cum* בכלם *compositus.*

LXXXVII. Particulas inseparabiles בכלם quando praefixas habent Infinitivi, modo nostris Gerundiis respondent, mo-

modo alias, Hebraeis peculiares, loquendi formulas efficiunt, quarum aliquas Latinus sermo non aliter exprimere potest, quam ita ut Infinitivus, ope alicujus Conjunctionis, in Verbum finitum resolvatur. Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVII.

I. ב quando praemittitur Infinitivo,

1. efficit nostrum Gerundium in *do*; ut וַיִּבְרְחוּ בְּהֵחָבֵא *et aufugerunt in semet occultare*, i. e. semet occultando, *Dan.* 10: 7.

2 valet *per*, vel *propter*; ut *pangam foedus vobiscum*, בִּנְקֹר *per effodere*, i. e. hac conditione, ut effodiam, 1. *Sam.* 11: 2. בְּשָׁמְעוֹ *propter audire ejus*, i. e. propterea quod audivit, *Exod.* 16: 7.

3. inservit tempori exprimendo, in quo aliquid fit; ut בְּבוֹא אֲדֹנִי *in venire domini mei*, i. e. quum venerit dominus meus, 2 *Reg.* 5: 18. בִּהְיוֹתָם *in esse eorum*, i. e. quando fuerunt, 1 *Sam.* 2: 27. בְּהִבָּרְאָם *in creari eorum*, i. e. quando ea creata sunt, *Gen.* 2: 4.

II. כ Infinitivo praefixa,

1. indicat comparationem; ut כֶּאֱכֹל *juxta comedere*, i. e. sicut comedit, *Jes.* 5: 24.

2. temporis connexionem significat, idem

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVII

idem valens quod Verbo finito praemissum כַּאֲשֶׁר *juxta quod*, f. *circa* tempus *quo*, i. e. *quum*, *quando*; ut כְּבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *juxta occidere solis*, i. e. quum sol occiderit, *Deut*. 16: 6. כְּחֶזְקָתוֹ *juxta invalescere ejus*, i. e. quando invaluit, 2 *Chron*. 26: 16. כִּרְאֹתְכֶם *juxta videre vestri*, i. e. quando videritis, *Jos*. 3: 3.

III. לְ cum Infinitivo composita,

1. valet *ad*, Gerundium in *dum* regens, ubi finis, aut eventus, significatur; ut בָּאתֶם לִרְאוֹת *venistis ad videndum*, f. ut videretis, *Gen*. 42: 12. לְהִנָּקֵם *ad semet ulciscendum*, f. ut semet ulciscatur, 1 *Sam*. 18: 25. לְהַכְרִית *ad exscindendum*, f. eo eventu ut exscindatis, *Jer*. 44: 7.

2. notat *usque ad*, f. *donec*; ut לְדַעְתּוֹ *usque ad scire ejus*, i. e donec sciat, *Jes*. 7: 15.

3. exprimit causam, ut לִהְיוֹת *propter esse*, f. propterea quod fuit, 1 *Reg*. 16: 7.

4. per *de* reddi potest, ubi significatur objectum, ad quod dictum vel factum se refert; ut *loquutus est* לְהָמִית אֶת־דָּוִד *de occidere Davidem*, i. e. de eo occidendo, 1 *Sam*. 19: 1. נִשְׁבַּעְתִּי לָתֵת *juravi de dare*, i. e. me daturum esse, *Deut*. 10: 11.

5. re-

5. relationem ad tempus notat; ut לִפְנוֹת הַבֹּקֶר *ad appetere aurorae*, i. e. appetente aurora, *Jud.* 19: 26. *anno secundo* לְצֵאתָם *ad egredi eorum*, i. e. egressus eorum, *Num.* 1: 1. Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVII.

6. modum dicit, ad quem aliquid fit; atque ita Gerundium in *do* efficit; ut לִשְׁאוֹל *petendo*, 1 *Sam.* 12: 17. 19 לְאַהֲבָה *amando*, *Deut.* 19: 9. לֵאמֹר *dicendo*.

7. post Nomina, per Gerundium in *di* commode exprimitur; ut עֵת לָלֶדֶת *tempus ad nasci*, i. e. nascendi, *Eccles* 3: 2. מָקוֹם לַעֲבֹר *locus ad transire*, i. e. transeundi, *Neh.* 2: 14. אֵין לְהוֹסִיף *vacuitas ad addere*, s. addendi, i. e. non est quod addatur, *Eccl.* 3: 14.

8. saepissime solam indicat relationem Verbi finiti ad Infinitivum, qui ab eo regitur; ut תַּמּוּ לַעֲבוֹר *absolverunt transire Jos.* 3: 17. לֹא אָבָה לְשַׁלְּחָם *non voluit dimittere eos*, *Exod.* 10: 27. לֹא יָכֹל לְהִתְאַפֵּק *non potuit se continere*, *Gen.* 45: 1.

Hoc usu ל saepe omittitur; ut תּוֹסֵף רְאוֹת *perges videre*, *Exod.* 10: 28. pro לִרְאוֹת, ut plenius est *Deut.* 28: 68. מֵאֲנוּ קַחַת מוּסָר *renuerunt admittere disciplinam*, *Jer.* 5: 3.

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVII.

pro לָקַחַת, ut מֵאֲנוּ לָשׁוּב *renuerunt converti*, ibid.

9. Cum Verbo substantivo periphrasin facit Futuri Temporis; ut וְהָיוּ לַעֲבֹד *et erunt*, scil. destinati & parati, *ad servire*, i. e. servituri sunt, *Num.* 8: 11. וַיְהִי הַשֶּׁמֶשׁ לָבוֹא *et erat sol ad occidere*, i. e. occasurus erat, *Gen.* 15: 12. נֹא תִהְיֶה לְהִבָּקַע *No erit ad perrumpi*, i. e. perrumpenda est, *Ezech.* 30: 16.

1. Eadem virtute Infinitivus cum ל interdum absolute ponitur, Verbo substantivo omisso; ut יְהוָה לְהוֹשִׁיעֵנִי *Jehova ad servare me*, i. e. servaturus est, *Jes.* 38: 20. אֶפְרַיִם לְהוֹצִיא *Ephraim ad educere*, i. e. educturus est; *Hos.* 9: 13 *custodiens prudentiam*, לִמְצֹא טוֹב *ad invenire bonum*, i. e. inventurus est, *Prov.* 19: 8.

2. Ut Futurum Verbi finiti, ita & Infinitivus tali modo cum ל constructus, usus quosdam speciales habet. Sic adhibetur de eo quod fieri solet; ut *comprimens oculos suos*, לַחְשֹׁב תַּהְפֻּכוֹת *ad supputare subversiones*, i. e. supputabit, vel supputare solet, *Prov.* 16: 30. Item, de eo quod fieri potest; ut לֹא לְהוֹרִישׁ *non* fuit *ad expellere*, i. e. non potuit expellere, *Jud.* 1: 19. coll. *Jes.* 17: 12. nec non de eo quod fieri debet; ut לְהָסִיר אָדָם מַעֲשֶׂה *ad removere hominem facinus*, i. e. necesse est ut removeat, *Job.* 33: 17.

3. Per

3 Per ellipsin Verbi substantivi ortus quoque est usus Infinitivi cum ל compositi absolutus, quo per nostrum Participium passivum exprimi potest; ut לְהַכּוֹת *ad percutere*, i. e. percutiendum fuit, 2 *Reg.* 13: 19. מַה־לַּעֲשׂוֹת *quid ad facere*? i. e. quid faciendum est? *Jes.* 5: 4. לֹא לָשֵׂאת אֶת־אָרוֹן *non ad portare arcam*, i. e. non portanda est arca, 1 *Chron.* 15: 2. Sic הֲלָרָשָׁע לַעְזֹר *an improbo auxilium ferendum* est? 2 *Chron.* 19: 2. אֲשֶׁר לְתִתִּי לוֹ בְשֹׂרָה *cui dandum a me* fuit *laeti nuntii praemium*, 2 *Sam.* 4: 10. *Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVII.*

IV. Denique מ Infinitivo praefixa,

1. notat *a*; ut *cum reverteretur David* מֵהַכּוֹת *a percutere Philisthaeum*, i. e. ab ejus caede, 1 *Sam.* 17: 57. et, per ellipsin, *a quo tempore*; ut מֵהָחֵל *ab incipere*, i. e. a quo incepit, 2 *Chron.* 31: 10. unde & per *postquam* resolvi potest; ut מִלּוּשׁ בָּצֵק *a depsere massam*, i. e. postquam depsuit, *Hos.* 7: 4.

2. vim negandi habet, & per *ne*, *ut non*, *quod non*, commode exprimitur; ut מְנָעֲךָ מִבּוֹא *prohibuit te ab intrare*, i. e. ne intrares, 1 *Sam.* 25: 26. *custodiam vias meas*, מֵחֲטוֹא *a labi*, i. e. ne labar, *Psalm.* 39: 2. *caligarunt oculi ejus*, מֵרְאֹת *a videre*, i. e. ut non videret, *Gen.* 27: 1.

*Sect.* III. *de Synt. Verbor. Reg.* LXXXII. *Constructio Verbi dicta* praegnans

LXXXII. Constructio Verbi *praegnans* dicitur, quae ita comparata est, ut appareat, unum pro duobus poni, atque alius omissi significationem simul complecti. Ea Hebraei, studio breviter & graviter loquendi, admodum delectantur.

1. Frequenter talis constructio locum habet, ubi ex adjuncta praepositione Verbum omissum intelligi atque suppleri potest; ut וּפָחֲדוּ אֶל יְהוָה *et pavebunt ad Jehovam*, pro *paventes accurrent*, *Hos.* 3: 5. וַיֶּחֶרְדוּ לִקְרָאתוֹ *et trepidarunt obviam ei*, pro *trepidantes iverunt*, 1 *Sam.* 16: 4 לָאָרֶץ חִלְּלוּ מִשְׁכַּן שְׁמֶךָ *ad terram profanarunt habitaculum nominis tui*, pro *profanatum dejecerunt*, *Psalm.* 74: 7. פְּסִילֵי אֱלֹהֶיהָ שִׁבַּר לָאָרֶץ *imagines numinum ejus fregit ad terram*, pro *fractas projecit*, *Jes.* 21: 9. עָנָנִי בַמֶּרְחָב *exaudivit me in locum amplum*, pro *exaudiens restituit*, *Psalm.* 118: 5. אַל תֶּחֱרַשׁ מִמֶּנִּי *ne conticescas a me*, pro *conticescens te subducas*, *Psalm.* 28: 1. וְיִשְׁפְּטֵנִי מִיָּדֶךָ *judicabit me ex manu tua*, pro *judicans vindicabit*, 1. *Sam.* 24: 16. בָּגְדָה אִשָּׁה מֵרֵעָהּ *perfide egit mulier a marito suo*, pro *perfide agens descivit*, *Jer.* 3: 20. מִלֵּא אַחֲרֵי יְהוָה *complevit post Je-*

*Jehovam*, pro *complens ivit*, h. e. plenum & perfectum ei praestitit obsequium, *Deut.* 1: 36. וְזָנוּ אַחֲרֵי אֱלֹהֵיהֶם *et scortabuntur post numina sua*, pro *scortantes ibunt*, h. e. ea sequentur, *Exod.* 34: 15. וַיִּזְנוּ מִתַּחַת אֱלֹהֵיהֶם *et scortati sunt a sub numine suo*, pro *scortantes ab eo se subtraxerunt*, *Hos.* 4: 12.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXII. LXXXIII.*

2. Praegnans etiam est constructio, quando Verbum assumit accusativum pertinentem ad aliud Verbum, cujus significationem illud per metonymiam includit; ut *indicavit Moses Aharoni omnia verba Jehovae*, אֲשֶׁר שְׁלָחוֹ *quae miserat eum*, pro *mittens jusserat*. *Exod.* 4: 28. conf. 2 *Sam.* 11: 22. וַיַּהֲפָךְ־לוֹ אֱלֹהִים לֵב אַחֵר *et vertit ei Deus cor aliud*, pro *vertendo*, s. *mutando*, *substituit*, 1 *Sam.* 10: 9. *persolvam tibi vota mea*, אֲשֶׁר פָּצוּ שְׂפָתָי *quae effregerunt labia mea*, pro *effracta nuncuparunt*, *Psalm.* 66: 14.

LXXXIII. Infinitivi, cum proprie nomina sint substantiva, eorum more tam in nominativo collocari, quam in accusativo regi, nec non cum praepositionibus conjungi, possunt; ut לֹא טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ *non bonum* est, *esse hominem solum*, *Gen.* 2: 18. *an leve vobis videtur*

*Infinitivi, in nominativo, et accusativo, poni, et cum praepositionibus construi, possunt.*

*detur*, הִתְחַתֵּן בַּמֶּלֶךְ *affinitate conjungi cum rege?* 1 *Sam*. 18: 23. לִמְּדוּ לְשׁוֹנָם דַּבֶּר־שֶׁקֶר *docuerunt linguam suam loqui mendacium*, *Jer*. 9: 4. שִׁבְתְּךָ וְצֵאתְךָ וּבוֹאֲךָ יָדָעְתִּי וְאֵת הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי *sedere tuum, et exire tuum, et intrare tuum, novi, et commoveri tuum adversus me*, *Jes*. 37: 28. עַל אָמְרֵךְ *super dicere tuo*, *Jer*. 2: 35. אַחֲרֵי הוֹלִידוֹ *post gignere ejus*, *Gen*. 5: 4. יַעַן הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי *propter commoveri tuum adversus me*, *Jes*. 37: 29.

*Synt. Verbor. Reg.* LXXXIII LXXXIV

*Infinitivus ingenitivum vertit nominativum Verbi finiti.*

LXXXIV. Nomen agentis, vel patientis, quod Verbis finitis additur in nominativo, Infinitivis in genitivo jungitur; ut כִּשְׁמֹעַ הַמֶּלֶךְ *juxta audire regis*, i. e. cum audiret rex, 1 *Reg*. 13: 4. עַד עֲלוֹת הַשַּׁחַר *usque ad adscendere aurorae*, *Gen*. 32: 25. אֶל הִלָּקַח אֲרוֹן הָאֱלֹהִים *de capi arcae Dei*, i. e. *de eo quod capta esset arca*, 1 *Sam*. 4: 19.

Interdum aliquid interponitur; ut לָנוּס שָׁמָּה רוֹצֵחַ *ad fugere eo occisoris*, i. e. ut eo fugiat occisor, *Jos*. 20: 3. כֶּאֱכֹל קַשׁ לְשׁוֹן אֵשׁ *juxta comedere stipulam linguae ignis*, i. e. sicut comedit stipulam lingua ignis, *Jes*. 5: 24. Speciatim particula אֵת, uti nominativo Verbi finiti,

ti, ita & genitivo, qui, ejus loco, Infinitivo addituꝛ, praemitti potest; ut בְּהִוָּלֶד לוֹ אֵת־יִצְחָק propr. *in nasci ei ipsius Isaaci*, i. e. cum nasceretur ei ipse Isaacus, *Gen.* 21: 5.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXV. LXXXVI.*

LXXXV. Infinitivus cum alio nomine praecedente ita construi potest, ut id in regimine collocet, & ipse nomen rectum constituat; ut בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים *in diebus judicare judicum*, i. e. quando judices judicarunt, *Ruth.* 1: 1. מִדֵּי דַבְּרִי בּוֹ *ex copia loqui mei*, i. e. quoties loquor, *contra eum*, *Jer.* 31: 20. לִמֻּדֵי הָרֵעַ *edocti male agere*, *Jer.* 13: 23. מַשְׁכִּימֵי קוּם מְאַחֲרֵי שֶׁבֶת *maturantes surgere, tardantes sedere*, *Psalm.* 127: 2.

*Infinitivus constituens nomen rectum.*

LXXXVI. In Infinitivo Verbi transitivi, quod regit nomen in accusativo, duplex construendi ratio locum habet.

*Infinitivus regens aliud nomen.*

1. In regimine ille poni potest, secundum leges nominum; ut שְׁמֹר מִצְוֹתָיו *observare legum ejus*, q. d. *observatio legum*, *Deut.* 8: 11. Sic עֲשׂוֹת מִשְׁפָּט וְאַהֲבַת חֶסֶד *facere judicii, et amare pietatis*, *Mich.* 6: 8.

2. Constructionem Verbi finiti ille sequi potest; ita ut nomen regat in accusativo; ut הָרֹג בָּקָר *occidere bovem*, et שָׁחֹט

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVI. LXXXVII.

צאן *mactare pecudem*, et אֱכֹל בָּשָׂר *comedere carnem*, et שְׁתוֹת יָיִן *bibere vinum*, *Jes.* 22: 13. יִרְאָה אֶת־יְהוָה *timere Jehovam* et אַהֲבָה אֹתוֹ *amare ipsum*, *Deut.* 10: 12.

Talem constructionem omnia nomina actionis admittere possunt; ut לְמִקְרָא הָעֵדָה וּלְמַסַּע אֶת־הַמַּחֲנוֹת *ad convocationem coetum, et ad motionem castra*, *Num.* 10: 2. *quum repleta fuerit haec terra* דֵּעָה אֶת־יְהוָה *cognitione Jehovam*, *Jes.* 11: 9. לְיֵשַׁע אֶת־מְשִׁיחֶךָ *ad servationem unctum tuum*, *Hab.* 3: 13.

3. Infinitivo Verbi transitivi, quem sequitur genitivus actorem designans, nomen, quod ille regit, semper additur in accusativo; ut אַחֲרֵי שְׁבוֹר חֲנַנְיָה אֶת־הַמּוֹטָה *post frangere Chananjae jugum*, *Jer.* 28: 12. כְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *juxta amare Jehovae filios Israëlis*, *Hos.* 3: 1. מִיִּרְאָתוֹ אֹתוֹ *propter timere ejus eum*, 2 *Sam.* 3: 11.

Haec lex etiam valet in nominibus actionis; ut כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדֹם *secundum subversionem Dei Sodomam*, *Amos.* 4: 11. *Jes.* 13: 19.

*Infinitivus cum* בכלם *compositus.*

LXXXVII. Particulas inseparabiles בכלם quando praefixas habent Infinitivi, modo nostris Gerundiis respondent,

mo-

modo alias, Hebraeis peculiares, lo- Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVII.
quendi formulas efficiunt, quarum aliquas Latinus sermo non aliter exprimere potest, quam ita ut Infinitivus, ope alicujus Conjunctionis, in Verbum finitum resolvatur.

I. ב quando praemittitur Infinitivo,

1. efficit nostrum Gerundium in *do*; ut וַיִּבְרְחוּ בְּהֵחָבֵא *et aufugerunt in semet occultare*, i. e. semet occultando, *Dan.* 10: 7.

2 valet *per*, vel *propter*; ut *pangam foedus vobiscum*, בִּנְקֹר *per effodere*, i. e. hac conditione, ut effodiam, 1 *Sam.* 11: 2. בְּשָׁמְעוֹ *propter audire ejus*, i. e. propterea quod audivit, *Exod.* 16: 7.

3. inservit tempori exprimendo, in quo aliquid fit; ut בְּבוֹא אֲדֹנִי *in venire domini mei*, i. e. quum venerit dominus meus, 2 *Reg.* 5: 18. בִּהְיוֹתָם *in esse eorum*, i. e. quando fuerunt, 1 *Sam.* 2: 27. בְּהִבָּרְאָם *in creari eorum*, i. e. quando ea creata sunt, *Gen.* 2: 4.

II. כ Infinitivo praefixa,

1. indicat comparationem; ut כֶּאֱכֹל *juxta comedere*, i. e. sicut comedit, *Jes.* 5: 24.

2. temporis connexionem significat,

 idem

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVII

idem valens quod Verbo finito praemissum כַּאֲשֶׁר *juxta quod*, f. *circa* tempus *quo*, i. e. *quum*, *quando*; ut כְּבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *juxta occidere solis*, i. e. quum sol occiderit, *Deut.* 16: 6. כְּחֶזְקָתוֹ *juxta invalescere ejus*, i. e. quando invaluit, 2 *Chron.* 26: 16. כִּרְאֹתְכֶם *juxta videre vestri*, i. e. quando videritis, *Jos.* 3: 3.

III. לְ cum Infinitivo composita,

1. valet *ad*, Gerundium in *dum* regens, ubi finis, aut eventus, significatur; ut בָּאתֶם לִרְאוֹת *venistis ad videndum*, f. ut videretis, *Gen.* 42: 12. לְהִנָּקֵם *ad semet ulciscendum*, f. ut semet ulciscatur, 1 *Sam.* 18: 25. לְהַכְרִית *ad exscindendum*, f. eo eventu ut exscindatis, *Jer.* 44: 7.

2. notat *usque ad*, f. *donec*; ut לְדַעְתּוֹ *usque ad scire ejus*, i. e donec sciat, *Jes.* 7: 15.

3. exprimit causam, ut לִהְיוֹת *propter esse*, f. propterea quod fuit, 1 *Reg.* 16: 7.

4. per *de* reddi potest, ubi significatur objectum; ad quod dictum vel factum se refert: ut *loquutus est* לְהָמִית אֶת־דָּוִד *de occidere Davidem*, i. e. de eo occidendo, 1 *Sam.* 19: 1. נִשְׁבַּעְתִּי לָתֵת *juravi de dare*, i. e. me daturum esse, *Deut.* 10: 11.

5. re-

5. relationem ad tempus notat; ut לִפְנוֹת הַבֹּקֶר *ad appetere aurorae*, i. e. appetente aurora, *Jud.* 19: 26. *anno secundo* לְצֵאתָם *ad egredi eorum*, i. e. egressus eorum, *Num.* 1: 1. Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVII.

6. modum dicit, ad quem aliquid fit; atque ita Gerundium in *do* efficit; ut לִשְׁאוֹל *petendo*, 1 *Sam.* 12: 17. 19 לְאַהֲבָה *amando*, *Deut.* 19: 9. לֵאמֹר *dicendo*.

7. post Nomina, per Gerundium in *di* commode exprimitur; ut עֵת לָלֶדֶת *tempus ad nasci*, i. e. nascendi, *Eccles* 3: 2. מָקוֹם לַעֲבֹר *locus ad transire*, i. e. transeundi, *Neh.* 2: 14. אֵין לְהוֹסִיף *vacuitas ad addere*, s. addendi, i. e. non est quod addatur, *Eccl.* 3: 14.

8. saepissime solam indicat relationem Verbi finiti ad Infinitivum, qui ab eo regitur; ut תַּמּוּ לַעֲבוֹר *absolverunt transire Jos.* 3: 17. לֹא אָבָה לְשַׁלְּחָם *non voluit dimittere eos*, *Exod.* 10: 27. לֹא יָכֹל לְהִתְאַפֵּק *non potuit se continere*, *Gen.* 45: 1.

Hoc usu ל saepe omittitur; ut תּוֹסֵף רְאוֹת *perges videre*, *Exod.* 10: 28. pro לִרְאוֹת, ut plenius est *Deut.* 28: 68. מֵאֲנוּ קַחַת מוּסָר *renuerunt admittere disciplinam*, *Jer.* 5: 3.

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVII.

pro לָקַחַת, ut מֵאֲנוּ לָשׁוּב *renuerunt converti*, ibid.

9. Cum Verbo substantivo periphrasin facit Futuri Temporis; ut וְהָיוּ לַעֲבֹד *et erunt*, scil. destinati & parati, *ad servire*, i. e. servituri sunt, *Num.* 8: 11. וַיְהִי הַשֶּׁמֶשׁ לָבוֹא *et erat sol ad occidere*, i. e. occasurus erat, *Gen.* 15: 12. לֹא הָיָה לְהִבָּקַע *No erit ad perrumpi*, i. e. perrumpenda est, *Ezech.* 30: 16.

1. Eadem virtute Infinitivus cum ל interdum absolute ponitur, Verbo substantivo omisso; ut יְהוָה לְהוֹשִׁיעֵנִי *Jehova ad servare me*, i. e. servaturus est, *Jes.* 38: 20. אֶפְרַיִם לְהוֹצִיא *Ephraim ad educere*, i. e. educturus est, *Hos.* 9: 13 *custodiens prudentiam*, לִמְצֹא טוֹב *ad invenire bonum*, i. e. inventurus est, *Prov.* 19: 8.

2. Ut Futurum Verbi finiti, ita & Infinitivus tali modo cum ל constructus, usus quosdam speciales habet. Sic adhibetur de eo quod fieri solet; ut *comprimens oculos suos*, לַחְשֹׁב תַּהְפֻּכוֹת *ad supputare subversiones*, i. e. supputabit, vel supputare solet, *Prov.* 16: 30. item, de eo quod fieri potest; ut לֹא לְהוֹרִישׁ *non* fuit *ad expellere*, i. e. non potuit expellere, *Jud.* 1: 19. coll. *Jes.* 17: 12. nec non de eo quod fieri debet; ut לְהָסִיר אָדָם מַעֲשֶׂה *ad removere hominem facinus*, i. e. necesse est ut removeat, *Job.* 33: 17.

3. Per

3 Per ellipsin Verbi substantivi ortus quoque est usus Infinitivi cum ל compositi absolutus, quo per nostrum Participium passivum exprimi potest; ut לְהַכּוֹת *ad percutere*, i. e. percutiendum fuit, 2 *Reg.* 13: 19. מַה־לַּעֲשׂוֹת *quid ad facere?* i. e. quid faciendum est? *Jes.* 5: 4. לֹא לָשֵׂאת אֶת־אָרוֹן *non ad portare arcam*, i. e. non portanda est arca, 1 *Chron.* 15: 2. Sic הֲלָרָשָׁע לַעְזֹר *an improbo auxilium ferendum* est? 2 *Chron.* 19: 2. אֲשֶׁר לְתִתִּי לוֹ בְשֹׂרָה *cui dandum a me* fuit *laeti nuntii praemium*, 2 *Sam.* 4: 10. *Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVIII.*

IV. Denique מ Infinitivo praefixa,

1. notat *a*; ut *cum reverteretur David* מֵהַכּוֹת *a percutere Philisthaeum*, i. e. ab ejus caede, 1 *Sam.* 17: 57. et, per ellipsin, *a quo tempore*; ut מֵהָחֵל *ab incipere*, i. e. a quo incepit, 2 *Chron.* 31: 10. unde & per *postquam* resolvi potest; ut מִלּוּשׁ בָּצֵק *a depsere massam*, i. e. postquam depsuit, *Hos.* 7: 4.

2. vim negandi habet, & per *ne*, *ut non*, *quod non*, commode exprimitur; ut מְנָעֲךָ מִבּוֹא *prohibuit te ab intrare*, i. e. ne intrares, 1 *Sam.* 25: 26. *custodiam vias meas*, מֵחֲטוֹא *a labi*, i. e. ne labar, *Psalm.* 39: 2. *caligarunt oculi ejus*, מֵרְאֹת *a videre*, i. e. ut non videret, *Gen.* 27: 1.

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVII.

נִשְׁבַּעְתִּי מֵעֲבֹר מֵי־נֹחַ *juravi, a transire aquarum Noachi*, s. quod non transiturae sint aquae, *Jes.* 54: 9.

1. Sic post חָלִ֫ילָה *profanum! absit!* ut חָלִ֫ילָה לִּי מֵעֲשׂוֹת זֹאת *profanum mihi*, scil. facinus habetur, *a facere hoc*, s. ut ne hoc faciam, i. e. absit, ut hoc faciam! *Gen.* 44: 17.

2. Infinitivus הֱיוֹת *esse*, post מ interdum omittitur; ut *reprobavit te* מִמֶּלֶךְ *a rege*, pro מִהְיוֹת מֶלֶךְ *ab esse regem*, i. e. ne esses rex, 1 *Sam.* 15: 23.

3. valet *ex*, resolvendum per *propterea quod*, ubi causa significatur, ex qua effectus proficiscitur; ut מִדַּעְתִּי *ex scire mei*, i. e. propterea quod sciam, *Jes.* 48: 4. לֹא מֵרֻבְּכֶם *non ex multiplicari vestri*, i. e. non propterea quod multi sitis, כִּי מֵאַהֲבַת יְהוָה אֶתְכֶם וּמִשָּׁמְרוֹ אֶת־הַשְּׁבֻעָה *sed ex amare Jehovae vos, et ex servare ejus jusjurandum*, i. e. sed propterea quod amet Jehova vos, & quod servet jusjurandum, *Deut.* 7: 7. 8.

4. in comparatione, notans *prae*, per *magis quam*, *quam ut*, resolvi potest; ut *bonum* est, *demisso spiritu esse cum pauperibus*, מֵחַלֵּק *prae dividere spolium cum superbis*, i. e. melius est, — quam divide-

re,

re, *Prov.* 16: 19. *altare* fuit *parvum*, מֵהָכִיל *prae capere*, i. e. minus fuit, quam ut caperet, 1 *Reg.* 8: 64. *ille* est *homo nequam*, מִדַּבֵּר אֵלָיו *prae loqui ad ipsum*, i. e. nequior est, quam ut quis ipsum alloquatur, 1 *Sam.* 25: 17. זָקַנְתִּי מִהְיוֹת לְאִישׁ *consenui prae esse viri*, i. e. grandaevior sum, quam ut viro nubam, *Ruth.* 1: 12.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. LXXXVII. LXXXVIII.*

LXXXVIII. Ab Infinitivo cum particula vel separata vel inseparabili constructo, qui in Verbum finitum se resolvi patitur, saepe ad Verbum finitum transitur, per ellipsin alius particulae, quae in illa priore implicite continetur; ut אֶל הִלָּקַח אֲרוֹן הָאֱלֹהִים וּמֵת חָמִיהָ *de capi arcae Dei, et mortuus esset socer ejus*, i. e. de eo quod capta esset arca, & quod mortuus esset socer ejus, 1 *Sam.* 4: 19. בְּהֵעָצֵר הַשָּׁמַיִם וְלֹא יִהְיֶה מָטָר *in claudi coelorum, et non erit pluvia*, i. e. quando claudentur coeli, & quando non erit pluvia, 2 *Chron.* 6: 26. לְהַנְחִיל *ad faciendum hereditare amantes mei solidum bonum*, וְאֹצְרֹתֵיהֶם אֲמַלֵּא *et thesauros eorum impleam*, i. e. ut faciam hereditare, — & ut impleam, *Prov.* 8: 21.

*Mutatio structurae post Infinitivum cum particula constructum.*

LXXXIX

*Sect.* III. *de Synt. Verbor. Reg.* LXXXIX. XC.

*Infinitivus activus quando nostrum in Passivum resolvendus.*

LXXXIX. Infinitivi activi, cum particula separata vel inseparabili constructi, quando se referunt ad subjectum agens non expressum & indefinitum, etsi servant vim suam activam, pro indole tamen Latini sermonis in Verbum finitum passivum commode resolvuntur; ut לְמַעַן סַפֵּר שְׁמִי *propter narrare nomen meum*, i. e. ut narrent, scil. homines, s. ut narretur, nomen meum, *Exod.* 9: 16. *agnus mansuetus*, יוּבַל לִטְבוֹחַ qui *propellitur ad mactare*, scil. ut homines eum mactent, i. e. ut mactetur, *Jer.* 11: 19. Sic וְהָיָה לֶאֱכֹל *et erit ad comedere*, i. e. ut comedatur, *Deut.* 31: 17. בֶּאֱמֹר אֵלַי *in dicere ad me*, i. e. quando dicitur, *Psalm.* 42: 4. כִּצְרָף־כָּסֶף *juxta conflare argentum*, i. e. quemadmodum conflatur, *Psalm.* 66: 10.

*Infinitivus usu adverbiali.*

XC. Infinitivus, omissa praepositione ב vel ל, Verbo finito saepe ita additur, ut, modum, quo quid fit, describens, usum accipiat adverbialem, quo per nostrum Gerundium in *do* commode exponatur; ut וַיַּעַמְדוּ—הָכֵן *et steterunt firmando*, scil. gressum, vel pedes, *Jos.* 3: 17. אָקִים *stabiliam quicquid loquutus sum*, — הָחֵל וְכַלֵּה *incipiendo et absolvendo*,

1 *Sam.*

1 *Sam.* 3: 12. יִקָּבֵר סָחוֹב וְהַשְׁלֵךְ *sepelietur trahendo et projiciendo*, *Jer.* 22:19. וָאֲדַבֵּר אֲלֵיכֶם הַשְׁכֵּם וְדַבֵּר *et loquutus sum ad vos maturando et loquendo*, i. e. mature loquendo, *Jer.* 7: 13.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg.* XC. XCI.

XCI. 1. Usum adverbialem induit quoque Infinitivus, quando, omissa praepositione, Verbo suo finito praemittitur, interdum & subjungitur, fortioris asseverationis causa, vel ad augendam quodammodo & intendendam Verbi significationem; ut מָלֹךְ תִּמְלֹךְ *regnando regnabis*, i. e certissime regnabis, 1 *Sam.* 24: 21. הָיוֹת אֶהְיֶה q. d. *essendo ero*, i. e. utique ero, *Psalm.* 50: 21. וּבָא בוֹא *et invadet invadendo*, i. e. magno impetu invadet, *Dan.* 11: 10. נֵלְכָה הָלוֹךְ *eamus eundo*, i. e. magno cum studio eamus, *Zach.* 8: 21.

*Infinitivus Verbo suo finito additus.*

1. Nonnunquam Infinitivus est Verbi diversi, sed literis & significatione vicini; ut אָסֹף אֲסִיפֵם *colligendo consumam eos*, *Jer.* 8: 13. חָנוֹן יָחְנְךָ *miserendo propitius reddetur tibi*, *Jes.* 30: 19.

2. Potest & alius Infinitivus interponi; ut וַיָּשֻׁבוּ הַמַּיִם הָלוֹךְ וָשׁוֹב *et subsidebant aquae procedendo et subsidendo*, i. e. continuo magis magisque subsidebant, *Gen.* 8: 3. vel etiam subjungi potest; ut הָלְכוּ הָלוֹךְ וְגָעוֹ *iverunt eundo*

Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. XCI. XCII.

*do et mugiendo*, i. e. continuo iverunt mugientes, 1 *Sam.* 6: 12.

2. Quodsi Verbum finitum sit Speciei derivatae, Infinitivus vel ex eadem Specie desumi potest; ut נִגְלֹה נִגְלֵיתִי *revelando revelatus fui*, 1 *Sam.* 2: 27. vel ex alia ejusdem significationis; ut הָחֳרֵב נֶחֶרְבוּ *excidendo excisi sunt*, 2 *Reg.* 3: 23. vel ex Kal; ut מוֹת יוּמָת *moriendo mori efficietur*, i. e. occidetur, *Gen.* 26: 11. vel denique ex alia simpliciore; ut עַרְעֵר תִּתְעַרְעַר *occoecando occoecabit se*, *Jer.* 51: 58.

3. Particula negandi si adsit, ea plerumque inter Infinitivum & Verbum finitum collocatur; ut הֲיָדֹעַ לֹא נֵדַע *an sciendo non sciemus? Jer.* 13: 12. הָמֵת אַל־תְּמִיתֻהוּ *occidendo ne occidatis eum*, 1 *Reg.* 3: 26. Interdum tamen ipsi Infinitivo praemittitur; ut אָח לֹא פָדֹה יִפְדֶּה אִישׁ *fratrem non redimendo redimet quisquam*, *Psalm.* 49: 8.

*Constructio Participiorum nomen regentium.*

XCII. 1. Participia ita sequi possunt constructionem Verbi sui finiti, ut nomen vel in accusativo sibi jungant, vel ope intercedentis praepositionis; ut הָרֹעִים הָרֹעִים אֶת־עַמִּי *pastores pascentes populum meum*, *Jer.* 23: 2. הַיָּרֵא אֶת־דְּבַר יְהוָה *ti-*

*timens verbum Jehovae, Exod.* 9: 20. שְׂמֵחִים שִׂמְחָה גְדוֹלָה *gaudentes gaudium magnum*, 1 *Reg.* 1: 40. הָרֹדִים בָּעָם הָעֹשִׂים בַּמְּלָאכָה *dominantes in populum incumbentem in opus*, 1 *Reg.* 9: 23. אִישׁ נִחָם עַל רָעָתוֹ *vir poenitentia affectus propter malum suum, Jer.* 8: 6.

*Sect. III. de Synt. Verbor. Reg. XCII.*

Quemadmodum Verba finita nomen objecti, per omissum *quoad*, in accusativo sibi jungunt, secundum *Reg. Synt.* LXX. ita & Participia; ut לָבוּשׁ בְּגָדִים צוֹאִים *indutus vestes sordidas, Zach.* 3: 3. קָרוּעַ כֻּתָּנְתּוֹ *laceratus tunicam suam*, 2 *Sam.* 15: 32. שָׁלוּחַ אֵלַיִךְ קָשָׁה *missus ad te rem duram*, 1 *Reg.* 14: 6.

2. Possunt etiam illa legem Nominum ita sequi, ut, in regimine posita, genitivum assumant; & quidem,

*primo*, accusativum, quem regere debebant, passim convertunt in genitivum; ut מְבַקְשֵׁי נַפְשִׁי וְדֹרְשֵׁי רָעָתִי *quaerentes animae meae, et investigantes mali mei*, pro *animam meam*, et *malum meum*, quasi dicas *quaesitores animae*, et *investigatores mali, Psalm.* 38: 13. נֹשְׂאֵי מָגֵן וְדֹרְכֵי קֶשֶׁת *gestantes clypei, et tendentes arcus*, pro *clypeum*, et *arcum*, 2 *Chron.* 14: 7. מְשִׁיבַת נָפֶשׁ *restituens animae*, מַחְכִּימַת פֶּתִי *erudiens fatui*, מְשַׂמְּחֵי לֵב *exhilarantes cordis*,

Sect. III. de Synt Verbor. dis, מְאִירַת עֵינַיִם illuminans oculorum, Psalm. 19: 8. 9.

Reg. XCII. 1. Ita & Participia Verborum, quae, secundum *Reg. Synt.* LXX. nomen objecti, per omissum *quoad*, in accusativo assumunt, hunc accusativum saepe in genitivum convertunt; ut אֹבַד עֵצוֹת *periens consiliorum*, i. e. quoad consilia, *Deut.* 32: 28. נְשׂוּי פֶּשַׁע כְּסוּי חֲטָאָה *levatus criminis, tectus peccati*, i. e. quoad crimen, quoad peccatum, s. is cujus crimen condonatum, cujus peccatum tectum est, *Psalm.* 32: 1. נְכֵה רַגְלַיִם *percussus pedum*, 2 *Sam.* 4: 4. קְרֻעֵי בְגָדִים *lacerati vestium*, 2 *Sam.* 13: 31. מְלֻמְּדֵי מִלְחָמָה *edocti belli*, *Cant.* 3: 8. חֲסַר לֵב *egens cordis*, *Prov.* 6: 32.

2. Similis ratio est constructionis Participiorum cum pronomine adfixo; ut דֹּרְשֶׁיךָ *quaerentes tui*, i. e. qui quaerunt te, *Psalm.* 9: 11. מַכֵּהוּ *percutiens ejus*, i. e. qui percutit eum, *Jes.* 10: 20.

*secundo*, plurima Participia Verborum intransitivorum, nec non passiva, nomen, quod sibi ope praepositionis jungere deberent, hac omissa vertunt in genitivum, & ipsa in regimine ponuntur; ut יֹצְאֵי הַתֵּבָה *egressi arcae*, pro *ex arca*, *Gen.* 9: 10. מֻכֵּה אֱלֹהִים *percussus Dei* pro *a Deo*, *Jes.* 53: 4. שֹׂנְאֵי נֶפֶשׁ דָּוִד *exosi*

*exosi animi Davidis*, pro לְנֶפֶשׁ *animo*, 2 *Sam.* 5: 8. חוֹלַת אַהֲבָה *aegrotans amoris*, pro *prae amore*, *Cant.* 2: 5. חֲגוּרַת שַׂק *accincta sacci*, pro בְּשַׂק, *Joël* 1: 8. שְׁבֻיוֹת חָרֶב *abreptae gladii*, pro בְּחֶרֶב *gladio*, *Gen.* 31: 26. שֹׁכְבֵי קֶבֶר *cubantes sepulcri*, pro *in sepulcro*, *Psalm.* 88: 6. בָּאֵי שַׁעַר עִירוֹ *intrantes portae urbis ejus*, pro *in portam*, *Gen.* 23: 10. בָּאֵי מוֹעֵד *venientes festi*, pro *ad festum*, *Thren.* 1: 4. יוֹרְדֵי בוֹר *descendentes foveae*, pro *ad foveam*, *Jes.* 38: 18. Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. XCIII.

Tali modo etiam construuntur accedente adfixo pronomine; ut בָּאֶיהָ *venientes ejus*, pro *ad eam*, *Prov.* 2: 19. מְבֹרָכָיו *benedicti ejus*, et מְקֻלָּלָיו *maledicti ejus*, pro *ab eo*, *Psalm.* 37: 22. קְרֻאֶיהָ *invitati ejus*, pro *ab ea*, *Prov.* 9: 18.

## SECTIO IV.

### DE SYNTAXI PARTICULARUM.

XCIII. Particulae separatae cum fere omnes origine & proprietate sua sint Nomina, mirum non est, interdum eas vim & significationem propriam servare, atque planissime *Particulae usurpatae ut Nomina.*



me

SECT. IV. de Synt. Particular. Reg. XCIII.

me sequi Nominum constructionem. Ita עוֹד, vulgo *adhuc*, *iterum*, *amplius*, proprie notans *iterationem*, *durationem*, & hinc *vim* atque *vigorem*, quo quid *perdurat*, ut Nomen usurpatur in כָּל־עוֹד נַפְשִׁי בִּי *omnis vigor animi mei est in me*, 2. *Sam.* 1: 9. *Job.* 27: 3. Item רַק, vulgo *tantum*, *tantummodo*, proprie significans *tenuitatem*, servat vim Nominis in רַק בְּזָדוֹן יִתֵּן מַצָּה *tenuitas*, i. e. pauculum, *cum protervia dabit rixam*, *Prov.* 13: 10. et, alio usu, in לְעֵת מְצֹא רַק *ad tempus inveniendi tenuitatem*, i. e. teneritudinem, s. teneram clementiam, *Psalm.* 32: 6. Similiter פִּתְאֹם, vulgo *repente*, *subito*, proprie denotans *laxitatem*, s. *laxum impetum*, manet Nomen in פַּחַד פִּתְאֹם *pavor laxitatis*, i. e. laxo impetu irruens, *Job.* 22: 10. *Prov.* 3: 25. Desino in גַּם, vulgo *etiam*, quod, proprie dicens *fluxum*, *adfluxum*, quo quid nova accessione augetur, ut Nomen, quo *fluxus* ad *celerem cursum* transfertur, occurrit *Prov.* 19: 2.

Speciatim de particulis negandi observandum est, eas saepe sumi & construi ut Nomina substantiva. Sic לֹא *non*, quod proprie Nomen est, descendens a לָוָא *flexit*, *flectendo vertit*

in

*in partem oppositam*, et hinc *infitiatus est*, *negavit*, usu substantivo, quo, per metonymiam, significat *nibil*, frequenter occurrit; ut הֱיִיתֶם לֹא *facti estis nibil*, Job. 6: 21. לֹא חָפַצְתִּי *nibil desidero*, Psalm: 73: 25 לֹא יִתְבּוֹנָן *nibil*, f. id quod nihili est, *intelligit*, Job. 11: 11. Simili ratione בְּלִי *nequaquam*, proprie notans *abolitionem*, qua res absumta deficit, a בָּלָה *trivit*, *terendo absumsit*, vim substantivam habet in שַׁחַת בְּלִי *fovea abolitionis*, i. e. orcus, Jes. 38: 17. et vicinum בַּל, quod ejusdem est originis & significationis, per metonymiam valet *nibil*, *rem* quasi *abolitam* et *absumtam*, in בַּל עָלֶיךָ *nibil* est *contra te*, Psalm. 16: 2. Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. XCIII. XCIV.

XCIV. I. Adverbia pleraque cum Verbis construuntur, ita ut proprie sint Nomina in statu absoluto, & in casu obliquo, posita. Casus hic obliquus vel absolute usurpatur, vel regitur ab aliqua praepositione. *Adverbiorum ordinaria constructio.*

1. Adverbia simplicia, non composita cum praepositione, stant in casu obliquo absolute usurpato, ut is modum, quo aliquid est vel fit, significet, plane ut multa Latinorum Nomina vel in accusativo, vel in ablativo, absolute posita, usum adverbialem acceperunt; ut אָמְנָם *firmitate*, i. e. *firmi-*

S. II. IV. de Synt. Particular. Reg. XCIV.

*ter*, *certe*; רֵיקָם *inanitate*, i. e. *inaniter*; חֶרֶשׁ *silentio*, i. e. *tacite*; רַק *tenuitate*, i. e. *tantummodo*; מָתַי *extensione*, scil temporis, i. e. *quando?* עַתָּה *tempore hoc*, i. e. *nunc*; &c.

Casum hunc obliquum, qui, absolute positus, describendo rei modo inservit, nostro cum accusativo proxime convenire, ex dialecto Arabica, quae Nominum casus ipsa terminatione distinguit, clarius apparet.

2. Adverbia composita sibi praemissas habent praepositiones tales, quae, modum rei designantes, Nominibus vim tribuant adverbialem; ut בִּמְהֵרָה *in festinatione*, i. e. *festinanter*; בְּיוֹמָם *in die*, i. e. *interdiu*; לְבַד *ad separationem*, i. e. *seorsim*, vel *tantummodo*; לָבֶטַח *ad securitatem*, i. e. *secure*; אֶל חִנָּם *ad gratiam*, i. e. *gratis*; עַל יֶתֶר *secundum abundantiam*, i. e. *abundanter*.

3. Per talem compositionem cum praepositionibus omnia substantiva, quae significationem abstractam habent, usum adverbialem obtinere possunt; ut בְּחָזְקָה *in violentia*, i. e. *violenter*; בְּחָכְמָה *in sapientia*, i. e. *sapienter*; לְצֶדֶק *ad justitiam*, i. e. *juste*; לְמִשְׁפָּט *ad aequitatem*, i. e. *aeque*.

4. Ad-

4. Adjectiva, & participia, utriusque, praesertim foeminini, generis, quae, per ellipsin, usum substantivum nacta sunt, vel absolute & neutraliter sumuntur, per eandem compositionem accipere possunt vim abverbialem; ut בְּתָמִים *in integro*, i. e. *integre*; בָּרִאשֹׁנָה *in primo*, et לָרִאשֹׁנָה *ad primum*, i. e. *primo*, vel *antea*, *olim*; עַל נְקַלָּה *secundum leve*, i. e. *leviter*. Sect. IV. de Synt. Partic. cular. Reg. XCIV.

5. Multa adverbia modo cum praepositione, modo sine ea, usurpantur, eadem manente significatione; ut בִּמְאֹד *in nisu*, & מְאֹד *nisu*, i. e. *valde*; בִּקְרִי *in occursu*, scil. hostili, et קְרִי *occursu*, i. e. *hostiliter*. Sic בְּיוֹמָם et יוֹמָם *interdiu*; לָבֶטַח et בֶּטַח *secure*; עַל יֶתֶר et יֶתֶר *abundanter*; בָּרִאשֹׁנָה et רִאשֹׁנָה *primo*.

6. Nomina pluralia, vel cum praepositione, vel in casu obliquo absolute usurpata, ita induere possunt usum adverbialem, ut significationem intendant, & gradum quasi superlativum in adverbiis efficiant; ut *judicabit populos* בְּמֵישָׁרִים *in aequitatibus*, i. e. *aequissime*, *Psalm.* 9: 9. quod &, sine praepositione, מֵישָׁרִים *aequitatibus*, *Psalm.* 58: 2.

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. XCIV.

Sic וַתֵּרֶד פְּלָאִים *et dejecta est miraculis*, i. e. *valde mirabiliter*, *Thren.* 1: 9. נוֹרָאוֹת נִפְלֵיתִי *tremendis separatus sum*, i. e. *modo valde tremendo*, *Psalm.* 139: 14. נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *honoratis dictum est de te*, i. e. *admodum honorifice*, *Psalm.* 87: 3.

7. Adverbia, quae proprie sunt Pronomina, etiam ipsa vel praemissam habent praepositionem, vel, tanquam in casu obliquo, absolute ponuntur, iisque saepe subest alicujus Nominis ellipsis; ut בָּזֶה *in hoc* loco, i. e. *hic*; כָּזֶה, כָּזֹה, et כָּזֹאת, *secundum hoc*, i. e. *sic*; לָמָּה, vel לָמָה, *ad quid?* i. e. *quare?* בַּאֲשֶׁר *in* loco *quo*, vel *in* tempore *quo*, et, sine ב, אֲשֶׁר *quo*, scil. loco, vel tempore, i. e. *ubi*, *quum*, *quando*; מָה *quo?* i. e. *quam! o quam!*

II. 1. Quaedam adverbia junguntur etiam Nominibus, vel Pronominibus separatis, eadem ratione qua Verbis; ut טוֹב מְאֹד *bonus nisu*, i. e *bonus valde*, *optimus*; מַה־נָּעִים *quo suave?* i. e. *o quam suave!* רַק אֲנִי *tenuitate ego*, i. e. *tantum ego*.

2. Adverbium negandi לֹא *non*, adjectivis ita praemitti potest, ut iis addat signi-

ſignificationem privativam, aut contrariam; ut עָם לֹא־עָז *populus non-validus*, i. e. invalidus; *Prov.* 30: 25. לֹא־כֵן עָשׂוּ *non-rectum fecerunt*, i. e. pravum & perverſum, *Jer.* 48: 30. חֻקִּים לֹא טוֹבִים *ſtatuta non-bona*, i. e. mala, noxia, *Ezech.* 20: 25.

*Sect. IV. de Synt. Partic. Reg. XCIV.*

3. Eadem vocula לֹא cum ſubſtantivis in unam quaſi vocem coaleſcere poteſt, ad ſignificandum id quod a re prorſus diverſum, eique oppoſitum, eſt; ut תֹהוּ לֹא־דָרֶךְ *vaſtitas non-via*, i. e. plane invia, *Pſalm.* 107: 40. לֹא־אוֹר *non-lux*, i. e. merae tenebrae, *Amos.* 5: 20. לֹא־שֵׁם לוֹ *non-nomen ei* erit, i. e. infamia publica, *Job.* 18: 17. *cadet Aſſur gladio* לֹא־אִישׁ *non-viri, et gladius* לֹא־אָדָם *non-hominis vorabit eum*, i. e. ejus qui plane alius eſt quam vir & homo, *Jeſ.* 31: 8.

Tali modo coaleſcens לֹא cum Nomine ſequente poteſt ſibi jungere praepoſitiones, quae ex addito Verbo pendeant; ut אָמַרְתִּי לְלֹא־עַמִּי *dicam non-populo meo*, *Hoſ.* 2: 25. הַשְּׂמֵחִים לְלֹא דָבָר *qui laetantur de non re*, *Amos.* 6: 13. *jurant* בְּלֹא אֱלֹהִים *per non-numen*, *Jer.* 5: 7. *quare morieris* בְּלֹא עִתֶּךָ *in non-tempore tuo? Eccleſ.* 7: 17.

*Sect. IV. de Synt. Particular. Reg XCIV. XCV*

III. Quaedam adverbia inter se, veluti per appositionem, cunjunguntur; ut מְאֹד הַרְבֵּה *multum valde*; עַתָּה מְהֵרָה *nunc celeriter*; &c.

*Adverbia quaedam more Nominum in regimine ponuntur.*

XCV. Quaedam particulae, quae, quia in Latino sermone per adverbia exprimuntur, adverbiis accenseri solent, ab ordinaria construendi norma deflectunt. Non enim, more aliorum adverbiorum, in statu absoluto Verbis junguntur, sed, in regimine positae, solis Nominibus praemittuntur, vel, horum loco, pronomina adfixa, in genitivo reddenda, assumunt, adeoque, ipsa sua constructione, manent Nomina. Tales sunt,

1. particulae quaedam, quae, non in casu obliquo, sed in recto, collocatae, ipsum sententiae subjectum constituunt, Verbo substantivo, quod ad sensum complendum requiritur, omisso; ut אֵי, in regimine אֵי, cum ה parag. אַיֵּה, *ubi?* Nomen est, notans *flexum*, quo quis *tendit* ad rem, eam desiderans & quaerens. Unde, cum interrogatione, dictum est e. c. אֵי אָחִיךָ *flexus fratris tui?* scil. est; i. e. est mihi fratris tui desiderium, eum quaero, ad eum me flectens tendo; id nobis valet *ubi*

*ubi est frater tuus?* Sic אַיּוֹ *flexus ejus?* i. e. *ubi est ille?* &c. *Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. XCV.*

1. Eadem ratione construuntur אַיִן, in regimine אֵין, vulgo *non* est, ejusque oppositum יֵשׁ, quod loco Verbi substantivi usurpatur. Prius proprie *vacuitatem*, & hinc *defectum*, quo res vel non existit, vel non adest, posterius, e contrario, *soliditatem*, s. *substantiam solidam* atque *durabilem*, & hinc *existentiam*, qua res esse perseverat, vel praesens adest, significat. Sic אֵין מוֹשִׁיעַ *defectus servantis*, scil. est, i. e. non est servans, vel nemo adest qui servet, *Deut.* 22: 27. לְחַנָּה אֵין יְלָדִים *Channae defectus liberorum*, scil. fuit, i. e. nulli fuerunt liberi, 1 *Sam.* 1: 2. אֵינֶנִּי שֹׁמֵעַ *defectus mei audientis*, scil. erit, i. e. non ego ero audiens, *Jer.* 14: 12. Item יֵשׁ אָדָם *soliditas hominis*, scil. est, i. e. existit homo, *Eccles.* 2: 21. יֵשׁ צַדִּיקִים *soliditas justorum*, i. e. existunt justi, *Eccles.* 8: 14. אִם יֶשְׁנוֹ בָאָרֶץ *si soliditas ejus in hac regione*, i. e. si praesens adsit, 1 *Sam.* 23: 23.

Possunt tamen etiam אַיִן et יֵשׁ in statu absoluto alii Nomini subjungi per appositionem; ut מַיִם אַיִן *aqua*, *defectus*, i. e. nulla adest, *Num.* 20: 5. מִסְפּוֹא יֵשׁ *pabulum*, *soliditas*, i. e. adest, datur, *Jud.* 19: 19.

2. Cum אַיִן significatione & constructione

*Sect.* IV. *de Synt. Particular. Reg.* XCV.

fere convenit אֶפֶס, alia negandi particula, proprie notans *exspirationem*, qua quid finitur, aut prorsus deficit; ut *tantum in te Deus* est, וְאֵין עוֹד *et defectus iterationis* est, (i. e. nullus, praeter ipsum, alius existit) אֶפֶס אֱלֹהִים *exspiratio numinum* est, i. e. numina alia non existunt, sed prorsus deficiunt, *Jes.* 45: 14. אֲנִי וְאַפְסִי עוֹד (cum Jod paragog. pro אֶפֶס עוֹד, ut modo אֵין עוֹד) *ego* sum. *et exspiratio iterationis* est, i. e. tale, quod mihi par sit, non datur aliud, sed prorsus deficit, *Zeph.* 2: 15.

3. Eadem constructio reperitur etiam in עוֹד *iterum*, *adbuc*, proprie, ut ante jam dictum est, *iteratio*, *duratio*, nec non in הֵן *ecce*, quando ea cum adfixis pronominibus conjunguntur; ut עוֹדְךָ מַחֲזִיק *duratio tui retinentis* est, i. e. adhuc tu retines, *Job.* 2: 9. אַבְרָהָם עוֹדֶנּוּ עֹמֵד *Abrahamus*, *duratio ejus stantis* fuit, i. e. adhuc ille stetit, *Gen.* 18: 22. הִנּוֹ עֹשֶׂה q. d. *ecce ejus facientis* est, i. e. ecce ille facit, *Jer.* 18: 3.

4. Ipsa etiam particula inseparabilis מ, quae vulgo praepositio est, sed, pro sua proprietate, qua separata מִן est a מָנַן *secuit*, *excidit*, *amovit*, ante Nomina talem saepe vim negandi habet, ut rei *excisionem*, *amotionem*, atque *cessationem*, significet, in casu recto poni, & sententiae subjectum constituere, potest; ut *inter*

*omnes*

*omnes sapientes gentium, et inter omnes regnantes earum*, מֵאֵין כָּמוֹךָ proprie, *excisio defectus secundum instar tui* est, i. e. prorsus nemo tui similis est, *Jer.* 10: 7. Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. XCV.

Saepius tamen מ, hoc usu negandi, non in casu recto, sed, more praepositionum, in obliquo, absolute usurpato, collocatur; ut *satiatus es ignominia*, מִכָּבוֹד *amotione honoris*, i. e. ut non sit honor, vel, demto honore, *Hab.* 2: 16. *exaruit anima mea*, מִשָּׁלוֹם *amotione incolumitatis*, i. e. ut nulla sit incolumitas, *Thren.* 3: 17.

2. Aliquae particulae, per nostra adverbia reddendae, ita in regimine ponuntur, ut simul praemissam sibi habeant praepositionem. Tales e. c. sunt negandi particulae, בְּלִי, proprie *abolitio*, et בִּלְתִּי, a בֶּלֶת, proprie *resectio*, *separatio*, *amotio*, cum Nominibus, etiam Infinitivis, constructae; ut עַד בְּלִי יָרֵחַ *usque ad abolitionem lunae*, i. e. donec non sit luna, *Psalm.* 72: 7. עַד בִּלְתִּי שָׁמַיִם *usque ad amotionem coelorum*, i. e. donec coeli non erunt, *Job.* 14: 12. מִבְּלִי הִשְׁאִיר לוֹ כֹּל *ex abolitione relinquendi ei omne*, i. e. ut non relinquat ei quidquam, *Deut.* 28: 55. לְבִלְתִּי שׁוּב *ad amotionem revertendi*, i. e. ut non revertatur, *Ezech.* 13: 22.

מִבִּלְתִּי

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. XCV.

מִבִּלְתִּי יְכֹלֶת *ex remotione potentiae*, i. e. eo quod non posset, *Num.* 14: 16.

1. Eandem constructionem admittunt עוֹד, & אַיִן, de quibus antea jam dictum, & טֶרֶם, proprie *abscissio*, particula negandi notionem temporis includens, & valens *nondum*; ut בְּעוֹד יוֹמָם *in duratione diei*, i. e. dum adhuc dies est, *Jer.* 15: 9. מֵאֵין מַיִם *ex defectu aquae*, i. e. eo quod non sit aqua, *Jes.* 50: 2. בְּטֶרֶם קַיִץ *in abscissione aestatis*, i. e. quum aestas nondum adest, *Jes.* 28: 4.

2. Similis ratio est adverbiorum, quae, cum praepositione constructa, simul etiam pronomen adfixum assumunt; ut בְּעוֹדִי *in duratione mei*, i. e. dum ero, f. durabo, *Psalm.* 146: 2. מֵעוֹדִי *a duratione mei*, i. e. a quo tempore exstiti, *Gen.* 48: 15. Sic a מְאֹד *nisu*, i. e *valde*, est בְּכָל־מְאֹדֶךָ *in omni nisu tuo*, i. e. omni virium tuarum intentione, *Deut.* 6: 5. 2 *Reg.* 23: 25. & a לְבַד *ad separationem*, i. e. *seorsim*, est אָנֹכִי לְבַדִּי *ego, ad separationem mei*, i. e. ego seorsim, vel ego solus, *Num.* 11: 14. *reges*, לְבַדָּם *ad separationem ipsorum*, i. e. soli, 1 *Chron.* 19: 9.

3. Observandum adhuc, aliquas hujus generis particulas, quae cum Nominibus per regimen junguntur, elliptica ratione etiam cum Verbis finitis construi posse; ut שְׁמוּאֵל טֶרֶם יָדַע

אֶת־יְהוָה proprie *Samuel*, s. quod ad Samuelem attinet, *abscissio* fuit ejus rei ut *nosset Jehovam*, i. e. nondum noverat, וְטֶרֶם יִגָּלֶה *et abscissio* fuit ejus rei ut *revelaretur ei sermo Jehovae*, i. e. nondum revelatus erat, 1 *Sam.* 3: 7. בְּטֶרֶם הָרִים יֻלָּדוּ *in abscissione* ejus rei ut *montes nati essent*, i. e. cum nondum essent nati, *Psalm.* 90: 2. בְּטֶרֶם אֶצָּרְךָ *in abscissione* ejus rei ut *formarem te*, i. e. cum nondum formassem te, *Jer.* 1: 5. &, ב omissa, טֶרֶם אֶעֱנֶה *abscissione* ejus rei ut *adfligerer*, i. e. cum nondum adfligerer, *Psalm.* 119: 67.

*Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. XCV. XCVI. XCVII.*

Eadem constructio est in לְבִלְתִּי שׁוּבוּ *ad amotionem* ejus rei ut *reversi fuerint*, i. e. ut non reversi fuerint, *Jer.* 23: 14. לְבִלְתִּי תֶחֱטָאוּ *ad amotionem* ejus rei ut *peccetis*, i. e. ut non peccetis, *Exod.* 20: 17.

*Adverbiorum constructio cum praepositionibus.*

XCVI. Plurima adverbia cum praepositionibus ita construuntur, ut eorum significatio quodammodo immutetur & inflectatur; ut a שָׁם *ibi*, est מִשָּׁם *inde*; a סָבִיב *circum*, מִסָּבִיב *undique*; a מָתַי *quando?* עַד־מָתַי *quamdiu?* a חוּץ *foris*, לַחוּץ *foras*; et מִחוּץ *extrinsecus*; a כֵּן *sic*, אַחַר כֵּן, vel אַחֲרֵי־כֵן, *post sic*, i. e. *postea*; &c.

*Duae particulae negandi fortius negantes.*

XCVII. Duae particulae negandi interdum conjunguntur, ad efficiendam ne-

*Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. XCVII.* negationem fortiorem; ut הַמִבְּלִי אֵין קְבָרִים proprie, *an propter abolitionem defectus sepulcrorum?* i. e. an ideo quod plane nulla essent sepulcra? *Exod.* 14: 11 ubi *abolitio defectus* est abolitio perfecta & absoluta, qua res prorsus deficiat. Sic מֵאֵין כָּמוֹךָ *excisio defectus secundum instar tui*, i. e. plane nemo tui similis est, *Jer.* 10: 6. 7. *Noph cremabitur*, מֵאֵין יוֹשֵׁב *excisione defectus incolae*, i. e. ut plane nullus sit incola, *Jer.* 46: 19. Item בְּטֶרֶם לֹא יָבוֹא *in abscissione* ejus rei ut *non veniat*, i. e. cum profecto nondum veniat, *Zeph.* 2: 2.

*Particulae negandi cum כֹּל constructae.* XCVIII. Particulae negandi cum voce כֹּל *complexus*, *universitas*, et hinc *omnis*, *totus*, ita construi solent, ut negatio, non in ipsam hanc vocem, sed in Verbum expressum vel omissum, cadens, sit universalis, adeoque לֹא כֹּל *non omnis*, vel כֹּל לֹא *omnis non*, significet *nullum*, *neminem*, vel *nihil*; ut לֹא יֵשֵׁב בָּהֵן כָּל־אִישׁ *non habitabit in illis omnis vir*, i. e. nullus vir habitabit, *Jer.* 51: 43. לֹא טָעַם כָּל־הָעָם לָחֶם *non gustavit totus populus cibum*, i. e. nemo totius populi gustavit, 1 *Sam.* 14: 24. לְבִלְתִּי הַכּוֹת אֹתוֹ כָּל־מֹצְאוֹ

מֹצְאוֹ *ut non caederet eum omnis inveniens eum*, i. e. nemo, qui inveniret, caederet, *Gen.* 4: 15. כָּל־רוּחַ אֵין בְּקִרְבּוֹ *omnis spiritus non* est *in medio ejus*, i. e. nullus spiritus est, *Hab.* 2: 19. לָרָשׁ אֵין כֹּל *pauperi non* fuit *omne*, i. e. nihil fuit, 2 *Sam.* 12: 3. אַל־תֹּאכְלִי כָּל־טָמֵא *ne comedas omne immundum*, i. e. nihil immundi comedas, *Jud.* 13: 4. לֹא בְמוֹתוֹ יִקַּח הַכֹּל *non in morte sua auferet omne*, i. e. nihil auferet, *Psalm.* 49: 18. עַל כָּל־אָח אַל תִּבְטָחוּ *omni fratri ne fidatis*, i. e. nulli fidatis, *Jer.* 9: 3.

*Sect. IV. de Synt. Partic. Reg. XCVIII. XCIX.*

Quodsi negatio in vocem כֹּל cadat, quod rarius fit, particularis est; ut כֻּלּוֹ לֹא תִרְאֶה *totum illum non videbis*, i. e. non totum, sed partem ejus, videbis, *Num.* 23: 13.

XCIX. 1. Praepositiones separatae, si sint simplices, non compositae cum praepositionibus aliis, cum adverbiis simplicibus in eo conveniunt, quod proprie sint Nomina in casu obliquo absolute posita; sed ab ordinaria adverbiorum constructione in eo discedunt, quod collocentur in regimine, adeoque regant Nomen in genitivo sumendum, secundum *Reg.* CXLVI. 2. ut עַד הַנָּהָר *usque ad fluvium*, propr. *transitu* *Constructio praepositionum separatarum.*

*flu-*

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. XCIX.

*fluvii*; עָלַי רֹאשִׁי *supra caput meum*, propr. *superioritatibus capitis mei*.

Pronomina adfixa si assumunt, ea quoque in genitivo accipienda sunt; ut זוּלָתִי *praeter me*, propr. *laxatione mei*.

2. Praepositiones separatae, quae formatae sunt per compositionem cum aliqua praepositione, se habent instar Nominum, quorum casus obliquus a praepositione regitur; ut בַּעֲבוּר הָאָדָם *propter hominem*, proprie *per causam hominis*; לְמַעְלָה רֹאשׁ *supra caput*, propr. *ad locum superiorem capitis*; עַל אוֹדוֹתַי *de me*, propr. *super negotiis mei*.

3. Particulae tam simplices quam compositae, quae in statu absoluto sunt adverbia, usum praepositionum obtinent, quando in regimine collocantur, vel pronomina adfixa assumunt; ut adverbium אַחַר *post*, *postea*, fit praepositio in אַחַר הַמַּבּוּל *post diluvium*, q. d. *subsequutione diluvii*; לְפָנִים *ante*, *antea*, fit praepositio in לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ *ante regem*, et in לְפָנַי *ante me*, propr. *ad faciem regis*, *ad faciem mei*.

4. Quaedam praepositiones modo usurpantur simplices, modo formantur per

per compositionem cum tali praepositione, quae modo rei exprimendo inserviat, manente eadem significatione; ut נֶגֶד עֵינֶיךָ proprie *eminentia oculorum tuorum*, et לְנֶגֶד עֵינֶיךָ *ad eminentiam oculorum tuorum*, i. e. *coram oculis tuis*; לֹא בָנִים propr. *defectu filiorum*, et בְּלֹא בָנִים *in defectu filiorum*, i. e. *sine filiis*; תַּחַת יָדִי propr. *stratione* (ut ita dicam) *manus meae*, et אֶל תַּחַת יָדִי *ad strationem manus meae*, i. e. *sub manu mea*. *Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. XCIX. C.*

C. 1. Praepositiones separatae & simplices more Nominum sibi praemittere possunt praepositiones alias, ita ut prior posteriorem regat, & utraque suam vim exserente, significatio composita oriatur, quae alia lingua vix possit satis accurate exprimi. Sic illae construuntur, *Praepositiones cum aliis constructae.*

*primo*, cum praepositionibus inseparabilibus, ב, ל, מ; ut בְּבֵין חָצִיר *in inter gramen*, q. d. *in medio graminis*; לְנֹכַח הַצֹּאן *ad coram grege*, q. d. *ad punctionem gregis*; מֵעִם אִישׁ *a cum viro*; q. d. *a communione viri*; מִמּוּל פָּנָיו *ab adversus faciem ejus*, q. d. *ab opposito faciei ejus*.

*secundo*, cum praepositionibus separa-

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. C. CI.

ratis; ut אֶל נֹכַח פָּנָיו *ad coram facie ejus*, q. d. *ad punctionem faciei ejus*; אֶל אַחֲרֵיהֶם *ad post eos*, q. d. *ad subsequutiones eorum.*

2. Diversae praepositiones saepe ita conjunguntur, ut ad priorem subsit Nominis recti ellipsis; ut בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן *in trans Jordanem*, pro *in* regione quae est *trans Jordanem*, לְמִן הַיּוֹם *ad ab illo die*, pro *ad* tempus quod fuit *ab illo die*, h. e. *inde ab illo die*; אֶל תַּחַת גֶּפֶן *ad sub vite*, pro *ad* locum qui est *sub vite*; יָצָא אֶל מִנֶּגֶב *egressus est ad a meridie*, pro *ad* regionem quae est *a meridie.*

*Praepositiones Nomini junctae, intercedente alia particula.*

CI. Plurimae praepositiones Nomini, quod regunt, interdum non proxime & immediate junguntur, sed intercedente particula alia, praesertim inseparabili, ל, aut מ; ubi itaque, si proprietatem spectemus, potius usum habent adverbiorum, quam praepositionum; ut תַּחַת לְרֹאשִׁי *sub capite meo*, proprie *infra*, relate *ad caput meum*, *Cant.* 2: 6. חוּצָה לָעִיר *extra urbem*, propr. *foras*, relate *ad urbem*, 2 *Chron.* 33: 15. אֶל מִבֵּית לַפָּרֹכֶת *intra velum*, propr. *ad* locum qui est *a parte interiore*, relate *ad velum*, *Lev.* 16: 15. לְמַעַן לְמוֹג *propter jactari*, pro-

propr. *ad responsum ad jactari*, *Ezech* 21: 15. לְבַד מִטַּף *praeter parvulos*, propr. *seorsim a parvulis*, *Exod.* 12: 37. חוּץ מִמֶּנִּי *ultra me*, propr. *extra a me*, *Eccles* 2: 25 לְמַטָּה מֵעֲוֺנֵנוּ *infra iniquitatem nostram*, propr. *deorsum ab iniquitate nostra*, *Esr.* 9: 13. בָּא עַד־אֲלֵיהֶם *venit usque ad eos*, propr. *transitu ad eos*, 2 *Reg.* 9: 20.

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CI.

1. Huc refer עַד לִמְאֹד, propr. *transitu ad nisum*, i. e. *quam maxime*, 2 *Chron.* 16: 14. עַד לְמַעְלָה *transitu ad superius*, i. e. *summopere*, 2 *Chron.* 17: 12. עַד לְאֵין מַרְפֵּא *transitu ad defectum sanationis*, i. e. *adeo ut nulla esset sanatio*, 2 *Chron.* 36: 16. et sim.

2. Peculiare quid habet praepositio בֵּין *inter*, quae, quando, semel posita, se refert ad duo objecta diversa & sibi invicem opposita, prius Nomen in genitivo regit, posterius ope particulae ל priori opponit; ut בֵּין מַיִם לָמָיִם *inter aquas et aquas*, propr. *inter aquas* relatas *ad aquas*, scil. alias, & oppositas, *Gen* 1: 6. בֵּין דִּין לְדִין *inter litem et litem*, propr. *inter litem* relatam *ad litem*. scil. aliam, *Deut.* 17: 8.

Sed si בֵּין ad posterius Nomen repetatur, ordinaria constructio locum habet; ut בֵּין הָאוֹר וּבֵין הַחֹשֶׁךְ *inter lucem et inter tenebras*, *Gen.* 1: 4.

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CII. Constructio conjunctionum.

CII. 1. Conjunctiones separatae pleraeque sua proprietate cum adverbiis conveniunt, neque constructione ab iis differunt, nisi quod membris orationis, quibus inter se conjungendis inserviunt, semper praemittantur.

Talis indolis sunt cum simplices; ut אַף, et גַּם, *etiam*; אוֹ *aut*; אִם *si*, *an?* לוּ *si*, *utinam*; כִּי *quia*, *quod*, *nam*, *sed*; &c. tum compositae, velut per appositionem, cum adverbiis, aut conjunctionibus aliis; ut לוּלֵא, vel לוּלֵי, *nisi*; רַק אִם *tantum si*, *si modo*; כִּי אִם *quia si*, *sed si*; *sed sane*; גַּם אִם, et גַּם כִּי, *etiamsi*; אַף כִּי *etiam quod*, et hinc *quanto magis*, vel *quanto minus*; &c.

Quaedam, more Nominum, quem & multa adverbia sequuntur, sibi praemittunt praepositiones; ut עַל כִּי, et יַעַן כִּי, *propter quod*, i. e. *eo quod*, *quia*; תַּחַת כִּי, et עֵקֶב כִּי, *pro* eo *quod*; עַד אִם *usque ad si*, i. e. *usque dum*; vel, per talem compositionem, ex adverbiis fiunt conjunctiones; ut לָכֵן, vel עַל כֵּן, *propter sic*, i. e. *propterea*, *ideo*.

Ita & conjunctiones componi possunt cum quibusdam particulis, quae, secundum *Synt. Reg.* XCV. usu adverbiali in regimine collocantur;

tur; ut בִּלְתִּי אִם propr. *remotione* ejus rei *si*, i. e. *nisi*; אֶפֶס כִּי propr. *exspiratione* ejus rei *quod*, i. e. *nisi quod*. *Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CII.*

2. Quaedam conjunctiones, quales sunt copulativae, disjunctivae, adversativae, non tantum majora, sed & minora, orationis membra, quae per se sensum non absolvunt, conjungere possunt; ut *adduxit* גַּם הוּא *etiam ipse*; כֶּסֶף אוֹ זָהָב *argentum aut aurum*; כָּלָה אַךְ נֶחֱרָצָה *consummatio, sed praecipitata.*

Aliae autem, quales sunt conditionales, causales, conclusivae, non nisi integra orationis membra connectunt, atque ideo cum Verbis finitis proxime construuntur; ut לוּלֵא דִבַּרְתָּ *nisi loquutus esses*; יַעַן כִּי נִגַּשׁ הָעָם הַזֶּה *quia appropinquavit populus hic*; עַל־כֵּן אוֹחִיל לוֹ *propterea exspectabo ipsum.*

Frequens tamen est Verbi finiti ellipsis; ut *novi*, כִּי כֵן *quod sic*, scil. res se habeat; אִם אַיִן *si vacuitas* est, i. e. *si* res talis *non* est, *sin minus*; &c.

3. Quaedam, per indolem suae significationis, solo cum Futuro construi possunt; ut אַל תַּעֲמֹד *ne subsistas; cave tibi*, פֶּן תִּשְׁכַּח *ne obliviscaris*,

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CIII. Conjunctio relativa אֲשֶׁר quomodo construatur.

Sed פֶּן, si sit metuentis malum, etiam cum Praeterito construi potest; ut פֶּן מָצָא metuo, *ne invenerit*, 2 *Sam.* 20: 6. Sic 2 *Reg.* 2: 16.

CIII. 1. Usum conjunctionis relativae habet pronomen relativum אֲשֶׁר, vel שֶׁ inseparabile, absolute, & sine praepositione, usurpatum, ita ut, si cum Praeterito construatur, causam rei factae exponat, valens *quia*, *eo quod*, *quandoquidem*; sin autem Futuro jungatur, finem, qui intenditur, aut eventum consequentem, indicet, notans *quo*, *ut*, *ita ut*; ut אֲשֶׁר חָמַל הָעָם *quia pepercit populus*, 1 *Sam*. 15: 15. אֲשֶׁר יִיטַב לְךָ *ut bene sit tibi*, *Deut*. 4: 40.

2. Eodem usu אֲשֶׁר etiam cum praepositionibus quibusdam construitur; ut בַּאֲשֶׁר *per id quod*; עַל אֲשֶׁר *propter id quod*; יַעַן אֲשֶׁר *responsione ejus quod*, et לְמַעַן אֲשֶׁר *ad responsionem ejus quod*, i. e. *propter id quod*; מִפְּנֵי אֲשֶׁר *ex respectu ejus quod*; עַל דְּבַר אֲשֶׁר *propter causam ejus quod*; (quod et עַל דִּבְרַת שֶׁ, *Eccles*. 7: 14.) בַּעֲבוּר אֲשֶׁר *per causam ejus quod*; תַּחַת אֲשֶׁר *pro eo quod*; עֵקֶב אֲשֶׁר *mercede ejus quod*; &c. quae item, cum Praeterito constructa,

va-

valent conjunctiones causales, sed Futuro juncta, finales; ut יַעַן אֲשֶׁר עָבְרוּ propter id quod, i. e. quia, quandoquidem, transgressi sunt, Jud. 2: 20. לְמַעַן אֲשֶׁר יֵדְעוּ propter id quod, i. e. eum in finem ut, cognoscant, Ezech. 20: 26. *Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CIII. CIV.*

Similis compositio est in כַּאֲשֶׁר secundum quod, i. e. quasi, ac si, מֵאֲשֶׁר prae eo quod, i. e. quam ut; עַד אֲשֶׁר usque ad quod, i. e. usque dum; אַחַר אֲשֶׁר, et אַחֲרֵי אֲשֶׁר, post quod, i. e. posteaquam; &c.

CIV. 1. Loco nostrarum conjunctionum Hebraei saepe adhibent praepositiones Infinitivo praemissas; ut לְמַעַן חַלֵּל propter profanare, i. e. ut profanent, Amos. 2: 7. יַעַן דַּבֶּרְכֶם propter loqui vestri, i. e. eo quod loquuti sitis, Jer. 5: 14. תַּחַת הֱיוֹתֵךְ pro esse tui, i. e. ideo quod fueris, Jes. 60: 15. *Praepositiones pro conjunctionibus usurpatae.*

1. Particulas inseparabiles, Infinitivo praemissas, in conjunctiones, quas Verbum finitum sequatur, saepe resolvendas esse, indicatum est supra, *Synt. Reg.* LXXXVII.

2. Nostras conjunctiones quodammodo includunt aliquae negandi particulae, quales sunt בְּטֶרֶם, מֵאֵין, מִבְּלִי, מִבִּלְתִּי, לְבִלְתִּי, & מ, vim negandi habens, de quibus supra, *Synt. Reg.* XCV. & XCVII.

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CIV. CV.

2. Per conjunctionis relativae אֲשֶׁר, de qua *Reg. praec.* dictum est, ellipsin saepe fit, ut praepositiones separatae, quae cum illa componuntur, usum obtineant conjunctionum, atque cum Verbo finito solae construantur; ut עַל לֹא שָׁמְרוּ תוֹרָתֶךָ *propter* id quod, i e. quia, eo quod, *non observarunt legem tuam*, *Psalm.* 119: 136. יַעַן שִׁלַּחְתָּ *propter* id quod, i. e. eo quod, *dimisisti*, 1 *Reg.* 20: 42. עַד שָׁבוּ *usque ad* quod, i. e. usque dum, *reversi sunt*, *Jos.* 2: 22. אַחֲרֵי הֵסַבּוּ אֹתוֹ *post* quod, i. e. posteaquam, *deduxerunt eum*, 1 *Sam.* 5: 9. בַּעֲבוּר תְּבָרֶכְךָ נַפְשִׁי *propter* id quod, i. e. eum in finem ut, *benedicat tibi anima mea*, *Gen.* 27: 4. לְמַעַן תִּחְיוּ *propter* id quod, i. e. in hunc finem ut, *vivatis*, *Deut.* 4: 1.

Ellipsis membri, ex quo pendet conjunctio.

CV. In quibusdam loquendi formulis usitata est ellipsis ejus membri sermonis, ex quo pendet aliud, quod illi ope alicujus conjunctionis subnectitur. Sic ante פֶּן *ne*, saepe deest Verbum הִשָּׁמֵר *cavere*; ut *nam dixi*, פֶּן תִּגְזֹל cavebo, *ne abripias*, *Gen.* 31: 31. aut Verbum יָרֵא *metuit*; ut פֶּן נְשָׂאוֹ metuimus, *ne abstulerit eum*, 2 *Reg.* 2: 16. Praesertim in jure-

rejurando omitti solet membrum, quod mali imprecationem continet; ut אִם אֶעֱשֶׂה *si faciam*, pro *Deus me puniat*, *si faciam*, i. e. juro me non esse facturum, 2 *Sam*. 11: 11. אִם לֹא תֵלֵךְ *si non proficiscaris*, pro *Deus te puniat*, *si non proficiscaris*, i. e. jurabis te utique profecturum esse, *Gen*. 24. 38. *Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CV. CVI.*

CVI. 1. Interjectiones, proprie sic dictae, abrupte & absolute enuntiari solent, ut cum alio sermonis membro non cohaereant; ut *dicent* הוֹ הוֹ *eheu! eheu! Amos*. 5: 16. Interdum Nomen adjunctum habent, in vocativo sumendum; ut הוֹי אָחִי *eheu! frater mi! Jer*. 22: 18. הֶאָח נַפְשֵׁנוּ *evax! o anima nostra! Psalm*. 35: 25. Quaedam Nomen sibi jungunt cum praefixa ל; ut אוֹי לְנַפְשָׁם *vae animae eorum! Jes*. 3: 9. אֲהָהּ לַיּוֹם *eheu illi diei! Joël*. 1: 15. *Interjectionum constructio.*

2. Usum interjectionum obtinere possunt Verba quaedam in Imperativo enuntiata; ut *quicquid est in corde tuo*, לֵךְ עֲשֵׂה *vade*, i. e. *age*, *fac*, 2 *Sam* 7: 3. Sic לְכָה *ito*, i. e. *agedum!* et לְכוּ *ite*, i. e. *agite!* nec non הָבָה *da*, *cedo*, pro *age!* ut הָבָה נֵרְדָה *age! descendamus*, *Gen*. 11: 7.

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CVI.

Ejusdem indolis proprie est נָא *surge*, Imperat. a נוּא *surrexit*, & hinc interjectio, sine personae, generis, & numeri, discrimine usurpata, valensque *age*, in hortando, precando, aliave simili orationis instantia; ut סוּרוּ נָא *recedite, agite! Num.* 16: 26. אָקוּמָה נָּא *surgam, age! Cant.* 3: 2. אִם יֶשְׁךָ־נָּא מַצְלִיחַ דַּרְכִּי *si es tu, age*, (i. e. quod rogo, & opto,) *fortunans iter meum, Gen.* 24: 42.

3. Vim interjectionum accipiunt quoque Nomina quaedam, abrupte, ob adfectum animi commoti, enuntiata. Tale est חָלִילָה *profanum*, pro *absit!* quod vel absolute ponitur; ut חָלִילָה לֹא תָמוּת *profanum! non morieris*, 1 *Sam.* 20: 2. vel ope praefixae ל sibi jungit nomen aut pronomen; ut חָלִילָה לַעֲבָדֶיךָ *profanum servis tuis!* scil. facinus foret, i. e. *absit a servis tuis! Gen.* 44: 7. חָלִילָה לִּי *profanum mihi!* i. e. *absit a me!* 1 *Sam.* 2: 30. unde est חָלִילָה לִּי מֵיהוָה *profanum mihi*, scil facinus habeatur, *a Jehova!* i. e. Jehovae beneficio, s. Deus me servet a tam impio facinore! 1 *Sam.* 26: 11. 1 *Reg.* 21: 3. Ita lege quoque 2 *Sam.* 23: 17. coll. 1 *Chron.* 11: 19.

In regimine poni solet אַשְׁרֵי *beatitates!* cum

cum laeta exclamatione pronuntiatum, pro *o quantae sunt beatitates*! i. e. *euge*! ut אַשְׁרֵי עֲבָדֶיךָ *beatitates servorum tuorum*! i. e. *euge servos tuos*! 1 *Reg*. 10: 8. Sic et אַשְׁרֵהוּ *beatitates ejus!* i. e. *euge eum! Prov*. 29: 18.

*Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CVI. CVII.*

CVII. 1. Articulus ה, si substantivum nulla ratione restrictum sit, adjectivo, ad eandem sententiae partem pertinenti, non additur; ut כְּכֶבֶשׂ אַלּוּף *sicut agnus mansuetus*, *Jer*. 11: 19.

*Constructio ה articuli.*

Praemittitur tamen tali adjectivo articulus, si constructio sit elliptica, qua ille in pronomen relativum resolvi possit; ut בְּיַד מַלְאָכִים הַבָּאִים *per manum legatorum*, *illorum venientium*, i. e. *illorum* scilicet legatorum *qui venerunt*, *Jer*. 27: 3. *hoc tempore multi sunt* עֲבָדִים הַמִּתְפָּרְצִים *servi*, *illi se abrumpentes*, i. e. *illi* scilicet servi *qui se abrumpunt*, 1 *Sam*. 25: 10.

2. Quodsi substantivum restrictum sit per articulum, aut per regimen, aut per adfixum pronomen, adjectivum, ad eandem sententiae partem pertinens, etiam ipsum plerumque articulum praefixum habet; ut עַד־הַנָּהָר הַגָּדֹל *usque ad fluvium magnum*, *Gen*. 15: 18. *donec absumerentur* אַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה הַיֹּצְאִים מִמִּצְרָיִם.

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CVII.

מִמִּצְרַיִם *viri belli egressi ex Aegypto*, *Jos.* 5: 6. לְרֵעֲךָ הַטּוֹב מִמֶּךָּ *socio tuo meliori te*, 1 *Sam.* 15: 28.

1. Raro articulus ad adjectivum, tali in loco, omittitur, ex praecedente substantivo repetendus; ut הַדּוּד אֶחָד *corbis una*, *Jer.* 24: 2. לְעֵינֵי הַגּוֹיִם רַבִּים *ad oculos gentium multarum*, *Ezech.* 39:27. *ducentes* אֶת־הָעֲגָלָה חֲדָשָׁה *currum novum*, 2 *Sam.* 6: 3.

2 ה substantivo praemissa si valeat *ecce*, ad adjectivum non repetitur; ut וְהָאֶבֶן גְּדֹלָה עַל פִּי הַבְּאֵר *et ecce lapis magnus* fuit *super ore putei*, *Gen* 29: 2.

3. Nomini, quod constituit praedicatum, sive sit substantivum, sive adjectivum, articulus praefigi non solet; ut הַמָּקוֹם — קֹדֶשׁ הוּא *ille locus*, *sanctitas ille* est, *Jos.* 5: 15. בָּרוּךְ הַבָּא *benedictus* sit *is qui venit*, *Psalm.* 118: 26. בְּנוֹת אַנְשֵׁי הָעִיר יֹצְאֹת *filiae civium hujus urbis* sunt *egredientes*, *Gen.* 24: 13. רָעַתְכֶם רַבָּה *crimen vestrum* est *magnum*, 1 *Sam.* 12: 17.

Praemittitur tamen ה praedicato,

*primo*, si habeat vim fortiorém demonstrandi; ut אַתָּה־הוּא הָאֱלֹהִים *tu ipse* es *ille* scil. unus & verus *Deus*, 2 *Sam.* 7: 28. מִשְׁפַּחְתִּי הַצְּעִרָה *familia mea* est *illa* familia *parva*,

1 *Sam.*

1 Sam 9: 21. אַלְפִּי הַדַּל — וְאָנֹכִי הַצָּעִיר *co-* *Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CVII. CVIII.*
*gnatio mea* est *illa* cognatio *tenuis*. *et ego* sum *ille parvus*, *Jud.* 6: 15. אֵלֶּה הַבָּאִים *hi* sunt *illi venientes*, i. e. illi qui venerunt, 1 *Chron.* 12: 1.

*secundo*, si valeat *ecce*, *sane*; ut וְהַחַיִל הַיֹּצֵא *et exercitus* fuit *ecce egrediens*, 1 *Sam.* 17: 20. וְהָיוּ בָּתֵּי יְרוּשָׁלִַם — הַטְּמֵאִים *et erunt domus Hierosolymorum sane immundae*, *Jer.* 19: 13.

CVIII. ה interrogativa in interrogationibus diversis, & proxime conjunctis, repeti quidem potest; saepius tamen, ubi repetenda foret, אִם *si*, et hinc *an? an vero?* pro ea substituitur; quod fere semper fit, si interrogatio sit duorum, pluriumve, membrorum, quorum unum alteri opponatur; ut הֲנֵלֵךְ אִם נֶחְדָּל *an proficiscemur? an vero omittemus?* 1 *Reg.* 22: 15. Conf. *Num.* 13: 18—20. *Amos.* 3: 3—6. *Constructio ה interrogativae.*

1. Interdum etiam in primo interrogationis membro pro ה usurpatur אִם; ut 1 *Chron.* 21: 12. coll. 2 *Sam.* 24: 13. Idem saepius fit in interrogatione obliqua; ut *videbimus*, אִם פָּרְחָה הַגֶּפֶן *an gemmas emiserit vitis*, *Cant.* 7: 13.

2. Ut in interrogandi, ita & in asseverandi virtute ab ה ad אִם transiri solet; הֲבֵן יַקִּיר — אִם יֶלֶד שַׁעֲשֻׁעִים *sane filius charus*; — *sane puer oblectationum*, *Jer.* 31: 20.

CIX.

Sect. IV. de Synt. Partic. cular. Reg. CIX. ו copulativae usus varii.

CIX. Particulae ו cum varii sint usus in copulandis membris sermonis, praecipui paucis exponendi sunt.

1. Pro diverso argumento membrorum, quibus connectendis illa inservit, non adeo diversas accipit significationes, quam potius una ejus vis connectendi diversis Latini sermonis particulis exprimitur, quales non tantum sunt *etiam*, *porro*, *deinde*, & similes, quae & ipsae quodammodo copulativae sunt, sed & plures aliae, ab illarum indole paulo longius abeuntes. Ita ו exponitur,

א. per *et quidem*, vel *adeo etiam*, quando membrum sermonis, quod alii quasi cumulum addat, adnectit, eoque usu saepe in media sententia collocatur; ut *hereditatem tuam*, וְנִלְאָה *et quidem fatiscentem*, *tu resovisti*, *Psalm*. 68: 10. *Saulus et Jonathan* — וּבְמוֹתָם *adeo etiam in morte sua non sunt separati*, 2 *Sam*. 1: 23.

ב. per *sed*, quando membra sibi invicem opposita conjungit; ut *occident me*, וְאֹתָךְ *sed te vivam servabunt*, *Gen*. 12: 12.

ג. per *et tamen*, *cum tamen*, quando membrum praecedenti adversans subnectit; ut *oculos habent*, וְלֹא יִרְאוּ *et tamen*

*men non vident, Jer.* 5: 21. *quare venistis ad me?* וְאַתֶּם *cum tamen vos oderitis me, Gen.* 26: 27. Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CIX.

ד. per *aut*, quando connectit membra disjuncta, praesertim ea quae pari ratione pendent ex uno praecedente; ut *maledicens patri suo*, וְאִמּוֹ *aut matri suae*, q. d. *et* maledicens *matri suae*; *Prov.* 20: 20.

ה. per *nempe*, quando explanationem praecedentis membri subjungit; ut *sepeliverunt eum in Rama*, וּבְעִירוֹ *nempe in urbe ipsius*, 1 *Sam.* 28: 3.

ו. per *etenim*, *quia*, quando rationem rei praecedentis subnectit, ut *tu moriturus es propter mulierem, quam duxisti;* וְהִוא *etenim ipsa juncta est marito, Gen.* 20: 3.

ז. per *itaque*, *quare*, quando subjungit id quod ex praecedentibus consequitur; ut *Israël non morigerus fuit mihi;* וָאֲשַׁלְּחֵהוּ *itaque dimisi eum, Psalm.* 81: 12. 13.

ח. per *ut*, *ita ut*, *adeo ut*, quando rei finem, aut eventum, subnectit; ut *tradite viros*, וּנְמִיתֵם *ut occidamus eos*, 1 *Sam.* 11: 12. *non jurabis per nomen meum falso*, וְחִלַּלְתָּ *ita ut profanes nomen Dei tui, Lev.* 19: 12.

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CIX.

19: 12. *qui percusserit virum*, וָמֵת *adeo ut mortuus fuerit*, *Exod.* 21: 12.

ט. per *quod*, post Verba רָאָה *vidit*, יָדַע *novit*, et similia; ut *si noveris*, וְיֶשׁ־בָּם *quod sint inter eos viri strenui*, *Gen.* 47:6.

י. per *quum*, vel *dum*, quando connectit res ad unum tempus pertinentes; ut *sol ortus fuerat*, וְלוֹט *quum Lothus intravit*, *Gen.* 19: 23. *ingressi sunt domum*, וְהוּא שֹׁכֵב *dum ille* erat *decumbens*, 2 *Sam.* 4: 7.

יא. Saepe loco pronominis relativi usurpatur; ut *Rebeccae* erat *frater*, וּשְׁמוֹ *et nomen ejus*, i. e. *cujus nomen*, erat *Laban*, *Gen.* 24: 29. *inventi sunt decem viri*, וַיֹּאמְרוּ *et dixerunt*, i. e. *qui dixerunt*, *Jer.* 41: 8.

Praesertim ו in pronomen relativum resolvenda est, quando sermo transit ad aliud subjectum, ex praecedentibus repetendum; ut *venit* Rutha *ad socrum suam*, וַתֹּאמֶר *et dixit*, i. e. *quae dixit*, *Ruth* 3: 16 *ut sit filio domini tui panis*, וַאֲכָלוֹ *et comedat eum*, i. e. *quem comedat*, 2 *Sam*: 9: 10.

יב. Per loquutionem ellipticam, in stilo conciso & sententioso, inservit etiam comparationi; ut *fatum hominum*, וּמִקְרֶה *et fatum bestiarum*, scil. aequalia sunt,

sunt, *Eccles.* 3: 19. *aquae frigidae*, — וּשְׁמוּעָה *et nuntius bonus*, scil. paria faciunt, *Prov* 25: 25. Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CIX.

Mitto alios usus plures.

2. Peculiaris, & probe observandus, usus est particulae ו, quo sententiae, quae alii praecedenti, conditionem, vel caussam, exprimenti, sensu retributivo respondet, saepe ita praemittitur, ut valeat *tunc*, vel *ideo*; ut *si ibis mecum*, וְהָלַכְתִּי *tunc ibo*, *Jud.* 4: 8. *si erit, qui exerceat aequitatem*, וְאֶסְלַח *tunc ignoscam*, *Jer.* 5 1. *si egrediar rus*, וְהִנֵּה *tunc ecce interemtos fame*, *Jer.* 14 18. *an, quia frater meus es*, וַעֲבַדְתַּנִי *ideo serviveris mihi gratis? Gen.* 29. 15. *propterea quod sprevisti mandatum Jehovae*, וַיִּמְאָסְךָ *ideo sprevit te*, 1 *Sam.* 15: 23. *pro eo quod observabitis has leges*, — וְשָׁמַר *ideo observabit Jehova illud foedus*, *Deut* 7: 12.

1. In tali dicto retributivo quando sensus ipse ad futurum tempus ducit, Praeteritum, ו praemissam habens, saepe Futuri significationem induit, nullo alio Futuro praecedente; ut *quia fecisti omnia facinora haec*, — וְעָשִׂיתִי *ideo faciam*, — *Jer.* 7: 13. 14. *pro eo quod amavit patres tuos*, וְיָדַעְתָּ *ideo agnosces*, — *Deut.* 4: 37—39.

2. Quodsi conditio omissa, & solo ex con-

 textu

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CIX. CX.

texta supplenda, sit, ו, hoc usu retributivo, per *alioqui* verti potest; ut *non delectaris victima*, וְאֶתֵּנָה *alioqui darem*, q. d. quodsi ea delectareris. *tunc darem*, *Psalm.* 51: 18.

3. Similis usus est, quo ו cum membro tempus rei designante ita connectit subsequens Verbum, ut per *tunc* exprimi possit; ut *quando puer fuit Israel*, וָאֹהֲבֵהוּ *tunc dilexi eum*, *Hos.* 11: 1. *inde ab illo tempore*, — וָאֶשְׁלַח *tunc misi*, *Jer.* 7: 25. *in die, quo comedetis de eo*, וְנִפְקְחוּ *tunc aperientur oculi vestri*, *Gen.* 3: 5. אֲשֶׁר בְּהַעֲוֺתוֹ וְהֹכַחְתִּיו *cujus in delinquere*, (i. e. qui quando delinquet) *tunc castigabo eum*, 2 *Sam.* 7: 14.

4. Cum nominativo absoluto ו ita connectit subsequens praedicatum, vel integram quoque sententiam, ut in Latino sermone redundare videatur; ut *illud munus*, — וְנִתְּנָה *tradatur pueris*, 1 *Sam.* 25 27. *gignens sapientem*, וְיִשְׂמַח בּוֹ *laetabitur eo*, *Prov.* 23: 24. *filii eorum* — וַיַּעֲלֵם *eduxit eos Salomo*, 1 *Reg.* 9: 21. *omnis comedens fermentatum*, וְנִכְרְתָה *exscindetur anima illa*, *Exod.* 12: 15. 19. Conf. *Synt.* *Reg* XXXIII *not.* 1.

*Particulae praefixae inter se constructae.*

CX. Particulae praefixae non tantum singulae, sed & binae, vel ternae,

nae, uni voci praemitti, atque inter se construi, possunt. *Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CX.*

1. ו copulativa ad omnes alias admittitur, primo semper stans loco.

2. ה articulus alias ita sequitur, ut suo Nomini proxime adhaereat.

Sed ה interrogativa alias praefixas antecedit; ut הֲמִבְּלִי *an ex defectu?* הַכְזוֹנָה *an sicut meretrix?*

3. כ praefixas alias, exceptis ו & ה interrogativa, praecedit; ut כְּבַחֲצִי *sicut in dimidio;* כְּמִפְּנֵי חֶרֶב *sicut a facie gladii.*

4. ב patitur ante se ל; ut לְבַעֲבוּר *ad propter causam*, i. e. *in finem ut*; et ש; ut שֶׁבְּשִׁפְלֵנוּ *qui in humilitate nostra;* et לם; ut לְמִבָּרִאשׁוֹנָה *ad ab in initio*, i. e. *inde ab initio*, 1 *Chron.* 15: 13.

5. ל sibi praemittere potest מ; ut מִלְּבוֹא *ab ad intrare*, i. e. *a loco quo intratur;* מִלְמַטָּה *ab ad locum inferiorem*, i. e. *inferne;* מִלְמַעְלָה *ab ad locum superiorem*, i. e. *superne;* מִלְּפָנִים, et מִלִּפְנֵי; *ab ad faciem*, i. e. *a conspectu;* et ש; ut שֶׁלָּנוּ *qui ad nos*, unde מִשֶּׁלָּנוּ *ex iis qui ad nos* pertinent, 2 *Reg.* 6: 11. בְּשֶׁלִּי *propter id quod ad me*, i. e. *mei causa*, *Jon.* 1: 12. בְּשֶׁלְּמִי

 pro-

Sect. IV. de Synt. Partic. *propter id quod ad quem?* i. e. *cujusnam causa? Jon.* 1: 7.

Reg. CX. CXI. Ex conflatis ב, ש, et ל, orta est vocula separata בְּשֶׁל *in eo quod ad*, *Eccles.* 8: 17.

6. מ, ut & separatum מִן, sibi praefigit ל, ad notandum *terminum*, *ad quem*, h. e. *a quo*, quid incipit; ut לְמִיּוֹם, et לְמִן הַיּוֹם, *ad a die*, i. e. *inde a die*; לְמֵרַע וְעַד־טוֹב *inde a malo*, *et usque ad bonum*, (i. e. *tam malum*, *quam bonum*) 2 *Sam.* 13: 22. לְמִבֵּית לַפָּרֹכֶת *inde a parte interiore*, relata *ad velum*, i. e. *intra velum*, *Num.* 18: 7. עַד־לְמֵרָחוֹק *usque ad* locum qui est *inde a longinquo*, *Esr.* 3: 13.

7. ש denique praefixas ב, כ, ל, מ, easdem quas אֲשֶׁר, sibi praemittere potest; ut בְּשֶׁכְּבָר *propter id quod jam*, *Eccles.* 2: 16. כְּשֶׁהָיָה *secundum id quod* (i. e. *quemadmodum*) *fuit*, *Eccles.* 12:7. מִשֶּׁתִּדּוֹר *prae eo ut voveas*, *Eccles.* 5: 4.

*Syllabae* פִּי *cum* ב, כ, ל, *et* מ, *constructae.* CXI. Praepositiones inseparabiles, ב, כ, ל, et מ, syllabas דֵי, מוֹ, et פִּי, ita sibi jungere possunt, ut cum iis voculas separatas constituant. Hae syllabae vulgo otiosae, & expletivae, habentur, quia, quod ad sensum attinet,

In-

interdum fere redundant; proprie tamen sunt Nomina substantiva, in regimine posita. *Sect. IV. de Synt. Particular.*

1. דַּי, in regimine a דַּי, proprie est *capacitas*, &, per metonymiam, *sufficientia*, *copia*; inde sunt *Reg. CXI.*

בְּדֵי; ut *leo rapiens* בְּדֵי גֹרוֹתָיו *in sufficientiam catulorum suorum*, i e. *quod sufficiat catulis*, *Nach.* 2: 13.

כְּדֵי; ut כְּדֵי אַרְבֶּה לָרֹב *secundum copiam locustarum, quoad multitudinem*, *Jud.* 6: 5.

מִדֵּי; ut מִדֵּי שָׁנָה בְּשָׁנָה *ex copia anni in annum*, i. e. *quovis anno*, *quotannis*, 1 *Sam.* 7: 16. מִדֵּי עֲלוֹתָהּ *ex copia adscendendi ejus*, i. e. *quoties ea adscendebat*, 1 *Sam.* 1: 7. מִדֵּי אֲדַבֵּר *ex copia* ejus rei ut *loquar*, i. e. *quoties loquor*, *Jer.* 20 8.

2. מוֹ proprie *liquidam* notat *speciem*, & hinc *instar* rei, *ipsamque rem*, cujus *species* apparet; inde sunt

בְּמוֹ; ut בְּמוֹ אֹפֶל *in specie caliginis*, i. e. *in ipsa caligine*, *Psalm.* 11: 2.

כְּמוֹ; ut כְּמוֹ אָבֶן *secundum speciem lapidis* i. e. *ad instar lapidis*, *Exod.* 15: 5. כָּמוֹנִי *secundum speciem mei*, i. e. *sicut ego*; &c. Conf. supra *Reg.* CLXI. 3. *pag.* 258.

*Sect.* IV. *de Synt. Parti cular. Reg.* CXI. CXII.

לְמוֹ; ut לְמוֹ חָרֶב *ad speciem gladii*, i. e. *ad ipsum* adeo *gladium*, *Job.* 27: 14.

3. פִּי proprie significat *sectionem*, qua quid vel *finditur*, vel *efformatur*, et hinc, per meton non tantum *os*, *orificium*, sed et *formam*, seu *modum* quo quid formatum est; inde sunt

כְּפִי; ut כְּפִי נִדְרוֹ *secundum modum voti sui*, i. e. *secundum votum suum*, *Num.* 6: 21.

לְפִי; ut לְפִי שִׂכְלוֹ *ad modum prudentiae suae*, i. e. *pro ratione prudentiae*, *Prov.* 12: 8. לְפִי רֹב הַשָּׁנִים *ad modum multiplicari annorum*, i. e. *pro ratione aucti annorum numeri*, *Lev.* 25: 16.

Adde עַל פִּי; ut עַל פִּי הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *super modo*, i. e. *secundum tenorem*, *verborum illorum*, *Gen.* 43: 7. עַל פִּי הַשָּׁנִים הַנּוֹתָרֹת *super modo*, i. e. *pro ratione*, *annorum residuorum*, *Lev.* 27: 18.

*Geminatio particularum.*

CXII. Particulae tam separatae quam inseparabiles interdum geminantur, non eadem semper vi & virtute. Ea enim geminatio,

*primo*, fit ad augendam & intendendam significationem; ut מְאֹד מְאֹד *valde, valde*, i. e. *vehementissime*; סָבִיב סָבִיב *circum*,

*cum*, *circum*, i. e. *circumquaque*; עַד כֹּה Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CXII.
וְעַד כֹּה *hac usque*, *et huc usque*, i. e. eo
ipso momento, non ulterius protracto
tempore, 1 *Reg.* 18: 45. יַעַן וּבְיַעַן *respon-*
*sione et per responsionem*, i. e. hanc ipsam
& solam ob causam, *Lev.* 26: 43. חָלִילָה
חָלִילָה לִּי *profanum*, *profanum*, *mihi*! i. e.
longissime absit a me, 2 *Sam.* 20: 20.

Ita & interrogandi particula, in eodem sermonis membro, ad majorem emphasin repeti potest; ut *Gen.* 17: 17. *Psalm* 91: 9 10.

*secundo*, continuum progressum notat; ut *expellam eum* מְעַט מְעַט *parum*, *parum*, i. e. paulatim, *Exod.* 23: 30. *adscendet* מַעְלָה מָּעְלָה *sursum*, *sursum*, i. e. identidem altius adscendet, *et descendes* מַטָּה מָּטָּה *deorsum*, *deorsum*, i. e. magis magisque descendes, *Deut.* 28: 43.

*tertio*, diversitatem indicat, ut כָּזֶה וְכָזֶה, vel כָּזֹאת וְכָזֹאת *sic et sic*, i. e his diversis modis; אַחַת הֵנָּה וְאַחַת הֵנָּה *semel huc*, *et semel huc*, i. e. modo huc, modo illuc, 2 *Reg.* 4: 35.

*quarto*, quibusdam in particulis mutuam quandam efficit relationem.

Sic אִם *si*, geminatum valet *sive* hoc, *sive* illud; ut אִם שׁוֹר אִם שֶׂה *sive bos*, *sive*

 pe-

Sect. IV. de Synt. Particular. Reg. CXII.

*pecus parva*, *Deut.* 18: 3.

גַּם *etiam*, geminatum notat *tam* hoc, *quam* illud; ut גַּם אֲנַחְנוּ גַּם אֲבוֹתֵינוּ *tam nos*, *quam patres nostri*, *Gen.* 47: 3.

Idem valet ו geminatum; ut וְרֶכֶב וָסוּס *et currus*, *et equitatus*, *Psalm.* 76: 7. גֶּשֶׁם וְיוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ *pluvia*, *tam prima*, *quam serotina*, *Jer.* 5 24.

Verbis praemissum ו quando geminatur, saepe eam vim habet, ut res diversis ad unum tempus referat; ut וְאָרוּצָה וְאָשׁוּבָה *et curram*, *et revertar*, i. e. statim ac cucurrero, revertar, 2 *Reg.* 4: 22.

כּ geminatum parem & aequalem diversarum rerum conditionem significat; ut כָּעָם כַּכֹּהֵן *sicut populus*, *sicut sacerdos*, i. e. talis est populus, qualis sacerdos, *Jes.* 24: 2. כָּמוֹנִי כָמוֹךָ *sicut ego*, *sicut tu*, i. e. ego et tu erimus pares, 2 *Reg.* 3: 7.

F I N I S.

IN-

# INDEX
## VOCUM HEBRAEARUM,

quarum forma, aut constructio, speciatim exponitur.

בוכיה

גל

הוֹרַדְתָּנוּ

הַרְבֵּה

וַיָּף

ח



ט



י

כַּפְתִּי

צ



ק



ר



רְאִיּוֹת

ת



תּוֹסֶף




Ex Typographia
Boltiana.

